

DIAS, Filippe (O.F.M.)

Reverendi Patris Fratris Philippi
Diez... Ordinis Minorum, Regularis
Obseruantiae... Quadruplicium concionum,
super Evangelia omnium sanctorum, quibus
etiam funebres conciones accesserunt :
tomi tertii secunda pars. -- Editio
secunda / nunc denuo per eundem
authorem... mendis repurgata. --
Salmanticae : Excudebat Ioannes
Ferdinandus, 1585

[4], 494, [2] en bl., [112] p., @2,
a-z8, 2a-2p8 ; 4°

Port. con anagr. xil. de los
Franciscanos. -- Colofón. -- Apostillas
marginales

1. Biblia. N.T. Evangelios-Sermones 2.
Biblia. T.B. Ebanjelioak-Sermoiak I.
Quadruplicium concionum, super Evangelia
omnium sanctorum, quibus etiam funebres
conciones accesserunt : tomi tertii
secunda pars II. Título

R-5858 Ejemp. falto de port., del
cuaderno de [4] p. y de las 141 p.
iniciales del de 494 p. -- Datos tomados
de CCPB, 156867. -- Enc. perg.

R-6167 Ejemp. falto de 8 p. del cuaderno
de [112] p. -- Enc. perg., deteriorada.
-- Firma autógr.: "Don J[acint]u Muñoz
de la Espada. Cofrade dela llaue"

R. 775

R-6167 *Th...*

...

Don ^o *...*
...

Cofrade

...

**R E V E R E N D I
P A T R I S F R A T R I S P H I L I P P I**

**lippi Diez Lusitani, ordinis Minorum, Prouin-
ciae Sancti Iacobi,**

V A D R U P L I C I V M C O N C I O N V M S V P E R E V A N -
*gia, Quae in Iesu Christi Saluatoris nostri, & intemeratae virginis matris eius san-
ctorumq; omnium à Festo Sancti Matthiae Apostoli vsq; ad sacratissimum
ipsius Domini Aduentum proprijs solennitatibus decan-
tantur in duas partes diuisi,*

T O M I T E R T I I S E C V N D A P A R S.

ITIO S E C V N D A N V N C D E N V O P E R E V N D E M
authorem à quam plurimis, quibus scatebat, mendis repurgata: ac pristi-
nae veritati, atque integritati restituta.



S A L M A N T I C A E,

Excudebat Ioannes Ferdinandus.

M. D. LXXXV.


R. B. V. E. R. E. N. D. I. S. S. I. M. U. L. I. S.

of the ... of the ... of the ...

... of the ... of the ... of the ...

... of the ... of the ... of the ...

... of the ... of the ... of the ...



S. A. L. M. A. N. T. I. C. A. E.

... of the ... of the ... of the ...

M. D. C. C. L. X. X. V.

THE HISTORY OF THE UNITED STATES

The history of the United States is a story of growth and change. From the first European settlers to the present day, the nation has expanded its territory and diversified its population. The early years were marked by struggle and hardship, but the spirit of independence and self-determination led to the creation of a new nation. The American Revolution was a turning point, establishing the principles of liberty and democracy. The subsequent years saw the nation grow in size and power, facing challenges such as the Civil War and the Great Depression. Despite these difficulties, the United States emerged as a global superpower, leading the world in science, technology, and culture. The history of the United States is a testament to the resilience and ingenuity of its people.

The history of the United States is a story of growth and change. From the first European settlers to the present day, the nation has expanded its territory and diversified its population. The early years were marked by struggle and hardship, but the spirit of independence and self-determination led to the creation of a new nation. The American Revolution was a turning point, establishing the principles of liberty and democracy. The subsequent years saw the nation grow in size and power, facing challenges such as the Civil War and the Great Depression. Despite these difficulties, the United States emerged as a global superpower, leading the world in science, technology, and culture. The history of the United States is a testament to the resilience and ingenuity of its people.

Sanctoralis errata primæ partis.

Pag. 14. *vers. na sed aliorum membrorum. leg. sed aliorum etiam membrorum.* Pag. 29. *vers. gone A. leg. At pag. 35. vers. facit hæc sacratissima. leg. hæc virgo sacratissima.* pag. 53. *vers. ma. cleorum. leg. calorum.* pag. 80. *vers. dam. addit. le. addidit.* pag. 81. *vers. eris, eris ipsismet. leg. eris si ipsis met.* pag. 104. *ver. cælis, veratur. leg. veratur.* pag. 131. *ver. tiam opostolatum, leg. apostolatum.* pag. 168. *ver. tileris de videt, leg. demulcet.* pag. 184. *ver. re cognosceis, quia, leg. conoscetis eum, quia.* pag. 196. *ver. lecto in reclamo suum, leg. suam.* pag. 201. *vers. pullularent oues. leg. oribus.* pag. 216. *vers. tem Germiono, leg. Germionio,* pag. 237. *ver. ab est eo. leg. est ex eo.* *vers. & interdum est. lege interdictum est.* pag. 269. *ver. tis noare, leg. notare.* pag. 304. *ver. cium in ineffabile, leg. ex ineffabili.* pag. 310. *ver. Diuus in reclamo inquit, leg. inquit.* pag. 311. *ver. sanguinis, lege sanguis.* pag. 327. *ver. gesecies. leg. facies.* pa. 349. *ver. non suerilis leg. sterilis.* pag. 357. *ver. ptecea veneficia, leg. beneficia.* pag. 371. *ver. meis cogitatem. l. cogitarem.* pag. 426. *ver. na. Secundo. leg. Secunda.* pag. 440. *vers. posest. proposui, leg. praposui.* pag. 449. *ver. ad solicitè, leg. solici ti.* pag. 468. *vers. mūdi in qua, leg. in quo.* pag. 483. *ver. di ipsiusmet, leg. ipsiusmet.* pag. 501. *ver. lis. Dico, leg. Dic.* pag. 529. *ver. te decrem, leg. decorem.* pag. 542. *ver. equoslutatis, leg. lustratis.* pag. 543. *ver. reuer. erigo, leg. origo.* pag. 544. *ver. coactetur, leg. coar. tetur.* pag. 557. *ver. con, expèdere quã eius anima, leg. expèdere eius anima.* & *vers. ma conuersatione habuit, leg. conuersatione, quam habuit.* pag. 581. *ver. saforo, leg. soror.* pag. 595. *ver. poterunt, leg. poterint.* pag. 611. *vers. tiel el leg. ei.* pag. 637. *ver. pus sopra, leg. supra,* pag. 646. *ver. liū, opus. leg. onus.* pag. 658. *ver. fec. eni. lege enim.* pag. 675. *ver. tiam vitæ. l. vita.* pag. 701. *vers. nis fuerentur, leg. fruerentur.* pa. 715. *ver. animæ pariantur, lege pariantur.* pag. 725. *ver. moneas quã, leg. quum,* pag. 739. *vers. paramur hic, leg. hinc.* pag. 753. *ver. Hoc festiuitate, leg. festiuitate.* pa. 770. *ver. & illis, leg. illius.* pag. 793. *vers. re docebant, leg. ducebant.* pag. 807. *ver. terius progreditur, leg. progredietur.* pag. 831. *vers. ver. patefaciat, leg. patefaciunt.*

Secundæ partis.

Pag. 16. *ver. eum. Tercentis, leg. Trecentis.* pag. 22. *qui riuissit, leg. iussit.* pag. 30. *ver. ges regulam. leg. regalem.* pag. 37. *ver. pa. sumus. leg. sumus.* pag. 41. *vers. ximè bonorum, leg. beatorum.* pag. 57. *ver. tur. Hebræis. leg. Hebræos.* pag. 71. *ver. etiam indignos, leg. indigni.* pag. 83. *ver. ñcut, leg. sicut.* pag. 105. *ver. tur negare. leg. negate.* pag. 115. *ver. hibere subdit, leg. subdidit.* pag. 131. *ver. quid fusficit. leg. sufficit.* pag. 161. *ver. neini, leg. nemini.* pag. 182. *vers. omnes fuendum, leg. fruendum.* pag. 197. *ver. sed. videntur, leg. videtur.* pag. 228. *ver. lem cgnum, leg. egenum.* & *ver. vt oculos, leg. oculus.* pag. 260. *ver. chari. medicus, leg. modicus.* pa. 274. *ver. ende, leg. vnde, & ver. litur, leg. dicitur, & ver. vt. leg. velut.* pag. 294. *vers. ram acut, leg. sicut.* pag. 350. *ver. ni seferitis. le. feceritis.* pag. 361. *ver. illic, leg. illinc.* pag. 387. *ver. uã præceptoru, leg. præceptorum.* pag. 411. *ver. uersa animari, leg. animati.*

FINIS.

I N C O M M V .
N I S A N C T O R V M
A P O S T O L O R V M
Concio Prima.

Hoc est praeceptum meum, ut diligatis inuicem, sicut dilexi vos, &c. Ioannis. 15.



O quod magna sunt maris pericula, terribile tumentium fluctuum ictus, & aqua nimis subtilis quae per minimam quamque rimam ingreditur, humana periti nauæ prudentia postulat, ut postquam nauim cõstuxerit, eam vndiq; pice, alijq; bituminibus liniat: quo cunctis foraminibus clausis viam securus ab aquæ ingressu cõficiat. Et sic præcipiens Deus Patriarchæ Noe arcam construere dixit ei: Bitumi ne lines intrinsecus, & extrinsecus. Sic diuinus nauta Iesus Christus filius Dei, cum furibundas huius sæculi maris procellas optine nosset, sanctamque Ecclesiam suam, quasi nauim construxisset, eam charitate, cordiumque vnitae linire curat dicens: *Hoc est praeceptum meum, ut diligatis inuicem* Quasi diceret: magne vos persecutiones afflictionesq; manet: ne igitur impatiētiae inconstantiae, pusillanimitatis, & relaxationis aqua in animos vestros introeat, hoc vobis remediū sumite, ut diligatis inuicem, sicut dilexi vos. O quis Beati Pauli, aut Beati Ioannis, qui hæc scripsit pectus haberet, ut horum verborum mysteria perscrutaretur: in quibus Christus filius Dei totum Euangelium suum incluse videtur. Et hoc primum in eis notandum est, Dñm non so-

Simile.

Genes. 6.

lū bona verba, recta q; opera, sed, præcipue pia viscera, atq; ani-
 mū postulare. Multi enim proximos suos familiariter alloquū-
 tur, bonisq; operibus prosequuntur, & tamē eos in patibulo pen-
 dētes perspicere vellēt. Ideoq; dicit: Vt diligatis, quod verbū in-
 teriore quēdam voluntatis actū significat. Dicitq;, vt diligatis in
 uicē, id est, absq; personarū acceptatione, tā notos, quā ignotos,
 tam inimicos, quā amicos. Quod si quis dicat: Debilitas mea hoc
 impossibile ducit, q; odio habentes me, atq; etiam acerrime per-
 sequentes diligā, ad hoc respondet Dñs dicens: Hoc est præce-
 ptum meum. Quod perinde est ac si diceret: Ego sum Deus hoc
 præcipiēs, qui scio quousq; vires vestre valeant peruenire. Non
 sicut sicut huius sæculi Dñi, qui subditorū vires nō considerant,
 & itā eis sæpe impossibilia iubēt: veluti Nabuchodonosor Rex
 Babylonis, qui somniū statuæ vidit, & postquā à somno surre-
 xit somniū ei⁹ fugit ab eo: omnesq; satrapas accersiri iussit, som-
 niūq;, & eius interpretationē sibi dicere imperauit. Dicentibusq;
 illis: Dic somniū seruis tuis, & interpretationē eius indicabimus:
 ipse respondit: Sermo recessit à me: nisi indicaueritis mihi som-
 niū, & coniecturā eius, peribitis vos, & domus vestre publicabū-
 tur. O rē stupendā, q; homines humane nature impossibilia po-
 scāt, Si regias curias quis circuiret, quot præcepta difficillima (nē
 impossibilia dicā) cerneret? atq; ipsi etiā subditi ad ea faciēda se
 offerūt, quę impossibilia vidētur. Deus autē cū sit pater mise-
 ricordiarum, resq; non sibi, sed nobis necessarias præcipiat, sem-
 per ea nobis imperat, quę humanis viribus possibilia esse nouit
 Moyses Dei nomine populo Israel dixit: Mandatū hoc, quod
 ego præcipio tibi hodie, nō supra te est, neq; procul positū, neq;
 in cælo positū, sed iuxta te est sermo valde in ore tuo, & in corde
 tuo, vt facias illū. Si ergo legē illā, de qua dixit B. Petrus: Iugū,
 quod neq; nos, neq; patres portare potuimus, Deus hominū vi-
 ribus dicit esse conformē, neq; illas excedere: quid erit lex, de
 qua ipse Dñs dixit: Iugum enim meū suauē est, & onus meū le-
 ue? Ne igitur dicatis fratres vos non posse omnes diligere: hæc
 enim est diaboli fraus: etenim quia nō vultis ideo nō potestis. Vi-
 dens Deus Cain odio plenū dixit ei: quare iratus es, & cur cōci-
 dit facies tua? Nōnē si bene egeris, recipies: sin autē male statim
 in foribus peccatū tuū aderit? sed sub te erit appetitus eius, & tu
 dñaberis illius. Aduertite quando de volūtatis libertate, Deus lo-
 quitur

Dan. 2.

Deut. 10.

Act. 15.

Matt. 23.

Gene. 4.

7 quitur cū Cain, scilicet, cū eum erga fratrem suum perspicit iracundum. Quasi diceret ei: Ne dicas: nō plus possū, nō est aliud in manu mea: nihil enim est corde liberius, nec quō melius vti possis, quā volūtatī actibus, qui sunt amare, & odio habere. Quod si dicas: Possibile est, nō autē mihi nec alijs mihi similibus: præceptū hoc sancti illi gratia pleni obseruare potuerūt: ne hoc excusemini: nā dicens Dñs. Hoc est præceptū meū: nō verò consiliū meū, significauit, illud omnibus esse. Consiliū nō est omnibus, sed ijs, quos spūs diuinus habiles reddit. Vnde loquēs Dñs de virginitate, ac cœlibatu dixit: Sūt Eunuchi, qui seip̄s castrauerūt p̄pter regnū cœlorū. Statimq; addidit: qui potest capere, capiat, significās hoc consiliū nō omnibus cōuenire. Nec verò præceptū hoc est Mosaicæ legis, quā soli Hebræi tenebantur obseruare: sed est præceptū meū, quod vniuersus orbis tenetur implere. O quantū pōderis habet hoc verbū, meū. Quādo aliquā iniuriā accepisti, si à priuato homine veniā rogaris, facilē te ab illo explicas eumq; dimittis: si verò à principe, aut magnate rogaris, plus eū reuereris. Quod si ipse rex te super ea alloquatur, quomodo poteris regio verbo nō indulgere? Quod si regi quicquā denegare nō audebis, quomodo aut qua facie dices Deo te nolle facere qđ tibi absolute imperat dicēs: *Hoc est præceptū meū, vt diligatis inuicē?* Quomodo ab eo cælū audebis petere, cū quod tibi præcipit, propter illū facere nolis? D. August. super hæc verba dicit: Hæredes bonorū testatoris iussa tenētur implere. nā secundū iuris peritorū sententiā hæreditas transit cū onere suo. Et siquidē Deus nos regni sui hæredes instituit, testamēti eius, legata sūmopere tenemur implere, & illius hæredes esse velim⁹. Vnū autē ex præcipuis legatis in quibus diuinā legem suā inclusit, est amor proximi. Cū Labā Patriarchā Iacob domo sua discessisse cognosceret: assumptis fratribus suis persecutus est eum & comprehendit eum in monte Galaad. Et inter alia ei dixit: Et nunc quidem valet manus mea reddere tibi malum. At non sic erit duplici de causa. Cū quia Deus Patris tui heri dixit mihi: Caue, ne loquaris contra Iacob quicquam durius. O efficacissimam rationem ad vos ipsos superandos. Cū tu, ò frater, ad iniuriā vlciscendam pergis, ad te reuertere dicens in medio furoris tui: Deus mihi præcipit, ne quid durius proximo meo loquar. Instum est me huius tanti Dei præcepto parere. Tum etiam (ait Laban) tibi of-

Matt. 19.

*Augu. sup.
Ioan.*

Gene. 13.

4 In Communi Apostolorum

ficere nolo, quia filiarum mearum, & filiorum, & greges tuas, & omnia, quae in
 cernis mea sunt. Quid possum facere filiis, & nepotibus meis?
 Veni ergo, & ineamus foedus. Efficacissima est etiam ratio haec
 quam Ethnicus hic reperit ad foedus cum Iacob ineamum, ne
 illi officeret, scilicet: Cum uxores tuae sint filiarum mearum libertique, tui
 nepotes mei sint, quid horum tangere possum, quin mihi offi-
 ciam? plus etenim mihi, quam tibi inferam detrimenti. O fratres
 in Christo Iesu, si cum ira excandescitis, unusquisque intra se di-
 ceret: Quid proximo meo damni possum inferre, quin mihi
 plus inferam? Si eius vitam attingo, animam meam laedo: si eius
 bona diripio, conscientiae meae officio: si eum a terra projicio, me
 ipsum ex caelo repello: si odio meo satisfacere volo iniuriam vl-
 ciscens, contra Dei voluntatem facio dicentis mihi: Hoc est praec-
 eptum meum: quomodo statim furoris passione superata dice-
 retis, Veni ergo, & ineamus foedus. 11

In his etiam verbis: *Hoc est praecceptum meum*, Significat Do-
 minus se praecceptum imponentem, auxilium viresque posse
 prestare quibus illud impleatur: sicuti reuera se ad illas accipien-
 das disponentibus praebet. Et sic loquens Ecclesiasticus de Moy-
 se dicit: Dedit illi, scilicet, Deus, cor ad praeccepta, id est vires, affe-
 ctionem, & amorem illi praebuit ad legem suam custodiendam,
 atque, ut eam custodiens alios erudiret. O quam singulare benefi-
 cium. Maximum est fratres donum cordis, sunt enim nonnulli
 quasi arboris trunci vacordes. Quapropter unusquisque horum
 plorans dicere potest illud Prophetae: Oblivioni datus sum tan-
 quam mortuus a corde. Numquid non est mortuus a corde, cui cor de-
 est ad omne bonum exquirendum? Vae misero, qui in carne viva cor
 mortuum gerit & solum quasi bruta animantia degit, ea tantum quaerens,
 & diligens, quae illa diligunt, atque perquirunt. Haec equidem 12
 omnia in poenam ingentium peccatorum eueniunt. Sicuti fate-
 tur David dicens: Circudederunt me mala, quorum non est nu-
 merus: comprehenderunt me iniquitates meae, & non potui,
 ut viderem. Multiplicatae sunt super capillos capitis mei, &
 cor meum dereliquit me. Ecce quam aperte dicit cordis amif-
 sionem ex innumerabili peccatorum multitudine provenire.
 O seuerum Dei supplicium: o poena dignissima, quae timeatur,
 o aeternae condemnationis indicium. O Deus infinitae miseri-
 cordiae (quae tua est superna clementia) ne nos in tantum ma-
 lum

Eccle. 55.

Psal. 30.

Psal. 39.

13 lum corrumpere patiaris. Cor nobis præbe non ad secularia quidem negotia, non ad temporalia lucra, non ad mundanos honores, fauoresq; perquirendos: sed ad legē vitæ & disciplinæ. Horum verborum diuinum ordinem perpendite: dedit illi cor ad præcepta: & postea, ad legem (inquit) vitæ, & disciplinæ, id est, dedit illi vires, & affectionem prius ad eam operandam, & postea ad illam alios docendum vires, affectionemq; præbuit. Super quæ valde etiam notandum est, hic, vbi nos legimus: Dedit illi cor ad præcepta: in alia translatione haberi: Dedit illi cora præcepta: & sic est etiam in contextu Græco. In quo significatur Deus legem illam, ad cuius obseruantiam ei cor dedit, cum magno fulgurum, tonitruumq; strepitu ei dedisse, quo illū Hebræi audientes, legem violare timerent. Circa quod aliud etiā

14 mysterium à vobis aduertì vellem, scilicet, quāuis Moyses splendenti vultu ex monte descenderit, illum tamen splendorem ibi stetit, nec in vestes fuisse diffusum. At cum Christus Redemptor noster ab æterno patre in monte Thabor Ecclesiæ suæ doctor fuit declaratus dicente: Hic est filius meus dilectus, ipsum audite, splendor vultus eius in vestes diffusus debatur. In quo significatum est Moysen non potuisse legis suæ obseruatoribus vires conferre: Christum verò reparatorem nostrum posse splendorem suum vestibus suis communicare, id est, sequacibus suis vires, virtutemq; posse largiri, quod diuinam legem suam cum suauitate custodiant. Difficillimum fuit, quod cœlestis hic Dominus Apostolis suis præcepit dicens: Nolite timere eos, qui occidunt corpus: animam autem non possunt occidere. O

15 suauissime sæculi reparator Iesu Christe fili Dei quomodo eis præcipis ne tam metuendum periculum, sicut mortem timeant? Tu eam immisisti, vt ea homines deterreret atque à sceleribus cohiberet: nunc verò nobis præcipis illam nō timere? Sic, quia mundo vires ostendere volo: quibus subditos meos ad diuinæ legis obseruantiam corrobore. Sicq; sancti discipuli præceptum hoc ad vnguem impleverunt, quia corporalem mortem non timuerunt: sed cum proprium sit morti nos in via, domo, nocte dieq; expectare, ipsi nō expectarunt se à morte sperari, sed ipsam hilari animo per iudicū prætoria quæsierunt, vt habetur in Actis Aposto. Vbi dicitur: Illi quidem ibant gaudentes à conspectu concilij, quoniam digni habiti sunt pro nomine Iesu

Exod. 34.

Matth. 17.

Matth. 10.

E. Cor. 12.

contumeliam pati. Et ubi nos legimus: Nam & nos infirmi sumus in illo, id est, in Christo: sed vivimus cum eo ex virtute Dei in nobis alia translatio habet: sed vivimus cum eo. Et sic est etiam in translatione Syriaca. In quo significat sanctus Apostolus se sociosque suos non solum in celo propter labores in hoc seculo toleratos gloriosa vita esse fruituros, sed hic etiam suavissimam vitam degere, licet exterius mors esse videatur. O benedictus talis Deus, qui tantam terræ vermiculis vim contulit. D. Paulus de Christo Redemptore nostro sic ait: Ut gratia Dei pro omnibus gustaret mortem. Quæ verba dupliciter explicari possunt. Vno modo, quod tanta nos charitate dilexit, ut etiam in morte amarissima, quam propter nos subiit, gustum inuenerit. Altero modo, gustavit mortem, id est, eam dulcē reddidit: sacratissima sua morte amaritudinem mortis ademit, eamque suavem effecit. 17

Heb. 2.

Non solum autem morti, sed iustorum etiam laboribus, & persecutionibus dulcorem contulit maximum, quod significant David dicens, secundum quod in nostra translatione legitur: Quoniam cogitatio hominis confitebitur tibi, & reliquæ cogitationum diem festum agent tibi: alij verò complures interpretes ita transtulerunt: Quoniam ira hominis confitebitur tibi, & reliquæ irarum diem festum agent tibi. Quod si quis querat, quomodo hominum ira, odiaque Dominum laudare possint, & eorum reliquæ, id est, mala ex illis dimanantia diem festum Deo celebrent: respondeo, cum Deum laudari sit eius potentiam, probitatem, excellentiamque demonstrari, tunc hæc magnopere patefieri cum potentes tyranni que huius sæculi servos Dei dirius insectantur: tunc enim cernitur quanto potētior sit spiritus Dei in iustis commorans, desideriumque, quo Deo placendi flagrant, quam universæ vires humanæ. Cum enim nullæ humanæ vires, eos à patientia, & charitate valeant reuocare, apparet, quā debiles sint, si cum iustorum amore, Dei que spiritu comparentur. Sicque quo furiosius Dei servos persecuntur, eò magis Deum magnificat, eiusque excellentiam manifestant. Quando Sathanas Sancto Iob divitias subtraherat, non tamen hoc, quam ei patientiā adimere conabatur. Et quia omnia ei odia, artesque illa ei auferre nequiverunt: ideo in illa sancti viri victoria, diuinæ gratiæ virtus patenter illoxit: ubi non solum vir Dei Sathanam, sed semetipsum vicit. David dicit, Multi dicunt anima mea: non est salus ipsi in Deo eius. Tu au

Psal. 75.

Psal. 3.

tem

19 tem Dñe susceptor meus es, gloria mea, & exaltans caput meū.

Huius Psalmi titulus dicit eum à Dauid filium suum fugiente fuisse compositum. Tūc Dauid victoriam canebat, cū filium suum Absalon fugiebat. Rationi dissentaneum videtur victoriā celebrare eum, qui, vt victus fugit. Mysteriū verò est, quòd pro alia præstantiori victoria, quā de se ipso comparauerat, paciētia vtens, seq; ipsum vincens gratias Deo agebat. Quod patet, quia cum eū Semei opprobrijs, lapidibusq; iactaretur, ad eū suimet ipsius dominabatur, vt volentibus seruis suis Semei occidere, ille restiterit, admirabiliq; mansuetudine dixerit: Dimittite eum vt maledicat: Dominus enim præcepit ei, vt malediceret Dauid. Et quis est, qui audeat dicere, quare sic fecerit? Est q; valde notandum, Semei à sancto viro filium Gemini fuisse vocatū, quod patris eius nomen non erat, sicuti B. Basilius ex alijs sacræ pagine locis probat. Eum sic propter significationem nominis appellauit: nam filius Gemini idem est, quod filius dexteræ meæ, fortitudinis meæ, & dilecti mei. Attendite, quo vocabulo calumniatorem suum nuncupauit: ex quo apparet quā meritò dixerit: Tu autem Domine susceptor meus es, gloria mea, & exaltans caput meum. Et sicut cœlestis hic Dominus omnibus his viris, quorum meminimus, fauit, vt legem suam suauiter custodirent: nobis etiam nos disponere volentibus auxiliabitur.

2. Reg. 16

Hæc est enim vna ex causis cur dicit: Hoc est præceptum meū, vt diligatis inuicem. Quod si quis dicat: Nunquid Domine vniuersa legis præcepta tua non sunt? vt quid hoc vnum tuum esse dicis? Ad hoc cōmuniter responderi solet, Deum peculiariter hoc præceptum suum appellare, quia in eo omnia continentur, sicut affirmat Diuus Paulus, dicens: Qui diligit proximum, legem impleuit: & paulò post: Plenitudo, inquit, legis est dilectio. Aliud autem sublimius hoc loquendi modo Dominus significare voluit, scilicet, hoc præceptum singulariter probitatem, benignitatemq; suam repræsentare. Ideo que dicit, meum, id est, singularissimè meum, quia hominibus valde necessarium, atque vtile est. Hoc enim inuidiam profugat, inimicitias tollit, è cordibus odiā pellit, res publicas conseruat, bona efficit communia, latrocinia, & iniurias demit, pacem, cœlestemque concordiam gignit, qua bona omnia crescunt. Quod præceptum si homines obseruarent, congregationes cœli exemplaria essent. Ad quod

Rom. 13

Exod. 32.

custodiendum Dei charitas necessaria est, ex diuini quippe amoris defectu proximi odium proficiscitur. Descendens Moses è monte duas legis tabulas ferens, cum populum idololatrare perspiceret, proiecit de manu tabulas & confregit eas ad radices montis. Peccatum illorum idololatrarum erat contra vnam tabulam: primo enim præcepto aduersabatur, & tamen vtramque confregit, vt significaret Dei charitate deperdita proximi amorem facile perdi. Cum Luna claritatem terræ non mittit, signum est, eam esse eclipsi obfuscata, neq; claritatem à sole recipere: sic ex eo quod anima eclipsata est, & diuino amore caret, prouenit quod proximis suis lucem amoris non præbet. Qua propter fratres mei studiosissime Deum diligere curemus, quo sic proximos nostros diligamus.

Simili.

Matt. 22.

At, videte quid dicat, *vt diligatis*, inquit, *in uicem sicut dilexi vos.* Si homines legis præceptum superficialiter considerarent, mandatum hoc de proximi dilectione periclitaretur: Dominus enim dicit: Diliges proximum tuum, sicut te ipsum: nam homines se ipsos carnaliter diligunt, vt in infernũ labantur. Videbitis insanum amatorem dicentem se foeminam inanem sicut animam suam amare: & verum dicit: se quippe diligit, vt corruat in infernum, & sic aliã diligit, vt eam etiam ad inferna deducat. O quã male seipsum homo diligit, quia cum corpus diligit, animam odit: siue (vt melius dicam) se non nouit amare: quia, vt se amet se odit. Dauid enim dicit: Qui diligit iniquitatem, odit animam suam. Et sic si homo sui metipsum amore ducitur, proximum suum diligere nesciet. Quod vt diuinus magister euitet, regulam nos docet, iuxta quam proximos diligamus dicens: Sicut dilexi

Psalm. 10.

vos. Statimq; quomodo nos dilexerit, manifestat dicẽs: Maior e hae dilectionem nemo habet, vt animã suam ponat quis pro amicis suis. Quasi dicat: Inter homines tũc amor ad altissimũ, quem potest, peruenit gradum cum quis pro amicis suis mortẽ subit: ergo verò multo vterius progressus sum: nam pro inimicis meis necem acerbissimam toleraui. Et ita dicit Apostolus: Commendat autem charitatem suam Deus in nobis, quoniam cum adhuc peccatores essemus (id est, inimici) Christus pro nobis mortuus est. O ineffabilem Dei charitatem qui, vt ingratisimis creaturis succurreret, vitam omnibus hominum, atq; Angelorum vitis multo pretiosiore morti exposuit. Itaq; si potentissimus

Rom. 5.

hic

Sic Angelorum Dominus vniuersam mundi molem annihilaret, non tantum esset, quantum fuit ipsum pro nobis in cruce mori. Quod si profunda animi consideratione volueremus tanto nos beneficio ingratos aduertentes pudore confundemur. Et si quidem nobis præcipit, nos inuicem diligere, sicut ipse nos dilexit, ipseq; propter nos adhuc inimicos mortuus est, sequitur, quod si necessitatis casus offerretur, corporalem vitam nostram pro spirituali proximorum, etiam inimicorum salute debemus exponere. O admirabilem euangelicæ legis perfectionem, miserisq; nos, qui tam perfectam legem profitentes, tam imperfecti sumus. Quomodo fratres pro inimicis vestris vitam periculo mortis exponetis, cum eostam crudeli odio persecquamini? O per clementissimi huius reparatoris, qui tanta
 26 cum charitate pro nobis mortuus est, reuerentiam vos deprecor, vt isthæc odia e cordibus vestris euellatis, intrinsecosq; in eos amore illa impleatis aduertentes illos esse diuinæ iustitiæ ministros. Delinquens in iudice punitus non solet tortorem odisse, *Simile.* quia illum iustitiæ nouit esse ministrum. Non querebatur sanctus Iob de igne, qui oues eius combussit, non de latronibus, qui camelos surripuerunt: omnes enim eos diuinæ iustitiæ instrumenta esse sciebat. Et sic celestis magister noster Christus Iesus mortem, quam inimici eius sibi illaturi erant, dicebat se ab *Ioan. 18.* æterno patre accipere his verbis: Calicem, quem dedit mihi pater: vbi crucifixores suos diuinæ iustitiæ ministros appellare visus est. At dicet quispiam: Pater ego non propter damna mihi illata, sed propter pessimam intentionem, qua illa mihi fecerunt,
 27 inimicos meos odi. Ad hoc respondeo, non oportere vos ad intentiones istas aspicere, sed diuinam potius legem atque intentionem considerare, qua Deus emolumentum vestrum expetit, nosseque illud pro tunc vobis potius expedire. *Simile.* Si quis habet apostema, quod cauterio oportet aperire, nõ est tã amens, vt in ignem, aut ferrum irascatur, quannis magno illi tormento sint: sed hoc patienter fert, licet ignis intentio, & naturalis propensio non est sanandi, sed vrendi. At æquo animo suffert, quia principalis agentis, scilicet, chirurgi intentio non est illum vrere, sed sanare: quod si posset, absque cauterio faceret. Sic insectator, velut ignis vos vrere atque euertere solum intendit, Dei autem illam regentis manus vos scelerum

Psal. 88.

Simile.

apostemate curare, bonosq; atq; humiles interdicit efficere. Et sic ubi nos legimus in psalmo: Exaltasti dexteram deprimentium eum, alia trãsslatio habet: Exaltasti dexteram inimicorum eius. Et sic legit etiam B. August. Ex quo apparet idem esse inimicus, quod oppressor, & humiliator, Deusq; illis vires ad hoc faciendum prabere. Superbus enim maximè inimicorum perfectionibus humiliatur. Et siquidem Deus his instrumentis vobis mederi vult, amentix est illos odisse. Cum dux hostis sui tela, & instrumenta bellica sibi comparat, quanuis ab eis magna perciperit detrimenta non illa disperdit, sed maximi æstimat. Sic nos, cum inimicis nostris nos gerere debemus: hi enim sunt tela, quibus nos Deus oppugnavit, vt ad sui obedientiam redigeret. Diuinus spiritus, fratres mei, efficacissimas has rationes in cordibus vestris imprimat, quo eis moueamini facere, quod tam manifeste vos docent.

Vt autè verus hominũ amator eos ad hũc amorẽ efficacius cõcitaret, subdidit dicẽs: *Pro amici mei estis, si feceritis quæ ego precipio vobis.* O Christe fili Dei Angelorũ gloria, benedictũ sit os tuũ, & benedicta lingua tua, qua tã sanctũ verbũ protulisti. Sufficeret vtiq; postquã volũtatem tuã diligentissimè exequeremur, nos à te seruos appellari, quod etiam nobis amplissimum, atq; honorificentissimum esset. Ea verò est probitas tua, vt eos, qui serui tui vocari non sunt digni, in familiares amicos suscipias. Philosophus Dionysius dicebat: ridiculum est diuitẽ dicere: pauper ille est mihi amicus: nã si tu verus esses amicus, nec tu ita diues, nec ille pauper esset, scilicet, quia diuitias tuas pauperi communicares. Et siquidẽ Deus dicit nos eius amicos fore, si fecerimus, quod hic præcipit nobis, videlicet, vt diligamus inuicem, sicut ipse dilexit nos, eiusq; amicitia non ficta quidem, sed verissima est, tutè credere possumus, eum diuitias suas abundantissime nobis esse largiturum. Quod si nõ fecerimus, eius nos inimicos iudicemus, quæ est summa quædam infœlicitas: cuius sola cogitatio hominem obstupescit, quòd homo illius magni Dei inimicitiam audeat contrahere, qui respicit terram, & facit eam tremere. Si quis Regis Hispaniæ inimicus est, transiens in Galliam aliquod sibi remedium poterit adhibere. Si vero Dei inimicus est, quo fugiet? Non erit fuga eis, dicit Amos Propheta, & qui fugerit ex eis non saluabitur. Si descēderint vsq; ad infernũ, inde

¶ inde manus mea educet eos: & si ascenderint vsq; ad cœlos, inde detraham eos. Et si absconditi fuerint in vertice Carmeli, inde scrutans auferam eos: & si celauerint se sub oculis meis in profundo maris: inde mandabo serpenti, & mordebit eos. Et ponã oculos meos super eos in malum, & non in bonum. O quam metuenda sunt hæc verba. Ecquis vel marmorei cordis hæc audies non trepidat? Fratres ne tantæ confusionis periculo exponamini, sed quæ vobis Deus vester hic præcepit, facere curate, quo sicut fidelis amicus gratiã suam vobis conferat, qua cœlestis gloria comparatur. Ad quam nos perducatur idem Iesus Mariæ filius Amen.

In eodem Communi Apostolorum Concio secunda.

Hoc est præceptum meum, vt diligatis inuicem, sicut dilexistis, &c. Ioannis. 15.



QUO maius, distantiusq; est exilium, eò maiorem exulum communionem atq; amorem esse oportet. Magis necessarium est in longinquis, ac peregrinis regionibus habitantibus amare se inuicem, atque adunari, quam in patria commorantibus. Sciens igitur omnipotens Deus, quam
 2 procul à cœlis homines in hac lachrymarũ valle, peregrinationisq; loco exulaturi essent, occasiones, rationesq; multas cumulauit, quibus illos ad amorem, vnionemq; conseruandam excitaret. Ipsi quippe soli in aliena, peregrinaq; regione ex cæteris omnibus creaturis iam habitant. Angeli enim in cœlesti Hierusalem vrbe propria tibi commorantur. Aues in suo proprio loco, scilicet aere, bestia in terra, pisces verò in aquis tanquã propria habitatione perfistunt. Solum miseri homines, quandiu corporis ergastulo sunt inclusi, exulant, ideoq; præ cæteris creaturis amor illis, atq; concordia est necessaria. Atq; idcirco sicut perpendit Diuus Augustinus, Deus vnum hominem creauit ex quo cæteri dimanarent, & ea propter se charius diligerent. In an-

*Aug. lib. 12
de ciui. c. 21
gelis*

gelis non est hæc vnitas, consanguinitas, quia cuncti simul ab eo creati fuerunt, neq; in cæteris animantibus est hæc vnitas, cū leæna nō ex leone, neque cerua ex ceruo prodierit, sed binos illos Dominus creauerit. masculum, scilicet, & foeminam. Nec verò his omnibus est contentus, sed in tota sacra scriptura hunc amorem maximè commendauit. Atq; in sacra hodierni Euāgelij lectione nobis regulam instituit, qua eū moderari debeamus dicens: *Hoc est præceptum meum.* Loquens æternus Pater de beneficio ineffabili, quod mundo collaturus erat mittens ei vnigenitum filium suum dicit: Ecce dedi eum ducem, ac præceptorem gentibus. Cumq; nobis eum dederit in Magistrum, duo nos inter alia mirabilia docuit: alterum quomodo nos cum Deo, alterum quomodo cum proximis gerere debeamus. Prius docuit dicens: Veri adoratores adorabunt patrem in spiritu, & veritate, & alibi, hoc est (inquiens) opus Dei, vt credatis in eum, quem misit ille. In quibus verbis ostēditur diuinus cultus in fide, spe, & charitate cōsistere, atq; etiam in actibus ex his virtutibus procedētibus, qualis est adoratio latria, absoluta, & respectiua. Quæ omnia, cum in præteritis D. Ioannis capitibus erudierit, nūc docet quomodo nos cum proximis habere debeamus dicens: *Hoc est præceptum meum, vt diligatis inuicem, sicut dilexi vos.* Se huius amoris proponit exemplar. Medium nanq; salutis nostræ prædestinatum est, nos vnigenito filio Dei esse conformes. Et ita dicit D. Paulus: Scimus quoniam diligentibus Deum omnia cooperantur in bonum ijs, qui secundum propositum vocati sunt sancti. Nam quos præsciuit, & prædestinauit conformes fieri imaginis filij sui, vt sit ipse primogenitus in multis fratribus. Vocat hic sanctus Apostolus iustos, qui Dei gratia, & amore sunt fundati iuxta diuinæ voluntatis dispositionem, propositum, ac prædestinationem. Nouit Deus Antichristum esse condemnandum, quia præuisis eius demeritis sua diuina voluntas eum condemnandum esse decreuit. Nouitque Deus ab æterno D. Petrum fore saluandum, quia diuina ipsius voluntas statuit illum esse saluandum. Hoc supposito dicit B. Paulus: Diximus sanctos esse sanctos, quia hoc fuit diuinæ voluntatis propositum. Vt autem hoc verum esse sciatis, sic probat: nam quos (inquit) præsciuit & prædestinauit conformes fieri imaginis filij sui. Vbi illud, &, non est copulatiuum, sed causale, & fa-
ciē

Isai. 55.

Ioh. 4.
Ioh. 6.

Rom. 8.

6 cit hunc sensum . Nam sciuit illos conformes fieri imagini filij sui, quia eos ad gloriam prædestinavit . Et sic etiam sumitur , & apud Isaiam dicentem : Ecce tu iratus es, & peccauimus tibi, id est quia peccauimus tibi. Ita hoc ab omnibus expositoribus declaratur . Et translatio sancti Pagnini habet : Ecce tu iratus es, quia peccauimus tibi. Itaque merita non sunt causa prædestinationis, sed sola diuina voluntas, & beneplacitum, imò potius merita bonusque liberi arbitrij vsus sunt diuinæ prædestinationis effectus, ideòque impossibile est ea illius esse causam. Additque, Vt sit ipse primogenitus in multis fratribus, scilicet ad prædicatorum consolationem, ne paueant scientes, si Iesu Christi imitatores futuri sunt, eum tãquam fratrem primogenitum eis esse fauturum .

7 Si enim primogeniti huius sæculi minoribus fratribus fauere consuescunt: quantò melius hoc faciet cœlestis hic frater primogenitus? Et sic, vt sit ipse primogenitus in multis fratribus, vult dicere: quo illis fauens in fauoribus primogenitus eorum frater esse innotescat.

Isai. 64.

Ex tota hac cœlesti doctrina elicimus, nos summopere debere Iesu Christo Redemptori nostro esse conformes, illumque imitari: ipse enim est originale, quo vitæ nostræ regulandæ sunt. Ideòque hîc dicit: Hoc est præceptum meum, vt diligatis inuicem, sicut dilexi vos. Et quemadmodum cum translatum, quod scriba ex originali depromit, non est illi conforme, abscinditur, & in ignem mittitur, sic Christiani, quorum vitæ non fuerint conformes huic admirabili exemplari, quasi falsa translata, cum per mortem rupti, lacerati que fuerint, in Gehēnam perpetuo arsi iacentur. Quapropter fratres oculos aperite: attendite quid vestra intersit, attentè considerate quomodo vos fidelissimus hic amicus vester dilexit, vt sic proximos diligatis. Dilexit ille non diuitias vtique vestras, sed vos . Multi quippe proximos non propter eos, sed propter temporalia ipsorum bona, aut propter fauores, quos ab eis sperant, venerantur, & diligunt, quorum bonis, postquam vsi sunt, finitur amicitia . Habent se cum amicis, sicut cum malis aureis, quæ succum habentia, quo illi vti volunt in catino reponunt, & magna cum autoritate in mensa constituunt: quæ postquam expresserunt, succumque ab eis abstraxerunt, humi proijciunt, & ab omnibus conculcari sinunt. Sic faciunt multi ex vobis, qui postquam amicos vestros expressistis,

&

Simile.

Plutar.

Seneca.

1. Ioan. 3.

Iosue. 2.

Psal. 39.

Psal. 83.

Prou. 3.

Prou. 14.

& quod expetebatis, ab eis elegistis, eorū obliuiscimini, nec eorum curam habetis, quanuis eos ab alijs contemni, atque opprimi videatis. Publius Minimus Senator Romanus sententiā protulit, quā Plutarchus maximè celebrat. Bonus (inquit) sua causa non est dicendus bonus, id est, nō potest appellari bonus, qui solum ob suā utilitatem est bonus. Et Seneca sententiam hāc ad amicum conuertens sic amplificat. Non est amicus, qui solū sui causa est amicus. O superne, ac fidelissime hominū amice Christe fili Dei, quā meritō dicere potuisti; *Dilexi vos*. Non diuitias nostras Domine diligis, siquidem es diues in omnes, qui inuocant te. Et sic cū hominibus consulis, vt venditis omnibus, quæ possident, & pauperibus erogatis te sequantur, non hoc facis, eò quòd eis indigeas, sed vt omnibus penitus expediti post te faciliùs currant. Sanctè etiā nos pius Iesus dilexit, videlicet, vt à nobis peccatū relegaret, sanctitatemq; conferret: dilexit nos perseueranter vsq; in finem: dilexit nos fortiter, vsque adeò vt pro nobis mortuus fuerit. Deniq; ita nos dilexit, vt verba, opera, miracula, vitā, mortem, sanguinem, corpus, animam, diuinitatē, atq; omnia sua ad utilitatē nostrā direxerit. Verbis nos docuit: operibus duxit: miraculis confirmauit: sanguine, ac morte redemit: corpore refecit: diuinitate protexit, atq; à diaboli potestate liberauit. Sic igitur nos inuicem diligere oportet. Et ita dicit Beatus Ioannes: *filioli non diligamus verbo, neque lingua (scilicet tantum) sed opere, & veritate*. Exploratores, quos sanctus Iosue misit Hiericho dixerunt Raab: *Cū tradiderit nobis Dominus terram faciemus in te misericordiam & veritatem, id est, miseremur tui non solum animo, sed opere*. Illa est enim vera misericordia, cum compatimur animo, & simul opere fauimus. Ideoque in sacris literis hi duo termini, misericordia & veritas, sæpe simul reperiuntur: vbi per misericordiā affectus, & per veritatem designantur effectus. Sic in Psalmo: *Misericordia tua, & veritas tua semper susceperunt me: & alibi: Misericordiam, & veritatem diligit Deus, & in Prouerbijs: Misericordia, & veritas te non deserant: & iterum alio in loco: Misericordia, & veritas præparant bona*. Quemadmodum igitur ad misericordiæ plenitudinem perfectionemque operis veritas requiritur, si possibilitas adsit: sic etiam, vt amor plenus, & non inanis sit nos monet *Diuus Ioannes, vt diligamus opere, & veritate: ita, scilicet, vt omnibus*

- 12 omnibus bonis nostris proximos subleuemus. Non solū autē eis subuenire debemus, sed ad imitationem cælestis magistri eadem charitate alterum alterius onera, imperfectionesq; portare oportet, cælestem (inquam) magistrum imitantes, qui onera nostra humeris suis libentissimè suscepit. Circa quod magnum mysterium vos adnotare velim, scilicet, quòd referens B. Matthæus *Matt. 8.* quomodo diuinus medicus Christus filius Dei socrum B. Petri, aliosq; infirmos varijs lāguoribus curauit, statim subdidit, dicēs: vt adimpleretur quod dictum est per Isaiam prophetam dicentem. Ipse infirmitates nostras accepit, & ægrotationes nostras *Isai. 53.* portauit: qui ad literam de Dominica passione loquitur, sicut apparet ex omnibus, quæ sanctus Propheta ante, & post hæc verba in eodem cap. dixit. In quo domini opprobria prædicit, quæ omnia pro sceleribus nostris eum passurum esse affirmavit. Quòd cum ita sit, quomodo B. Matthæus locum illum citat
- 13 ad corporis dolores, quos dominus miraculis suis sanauit? Mysterium hoc est. Cùm Christus Redemptor noster in omnibus operibus suis sit perfectus, sic executus est quod eius misericordia postulabat, vt iustitiæ etiam debito satisfecerit. Ideoq; pro nobis in cruce persoluere, pœnasq; nostras in se recipere voluit: ne iustitiæ debitum misericordiæ suæ largitatem impediret. Et cum ægrorum corporibus, tum etiam eorum animis, iuxta sanctorum sententiam medebatur. Et quia morbi erant supplicia peccatorum, diuinusq; Saluator culpas ab animis auferebat, & corpora doloribus, qui culparum satisfactiones erant, liberabat, ideo quando morbis medebatur: hunc (credo) contractum cum suo æterno Patre faciebat: Ignosce pater his culpas, & do-
- 14 lores simul adime: ego namq; pro pœnis simul, & culpis tibi persoluam. Illaq; voluntas, qua in sacratissimæ genitricis suæ visceribus solutionem pro nobis acceptauit in miraculorum operatione renouabatur. Et quia in miraculorum operatione pœnarum debitum in se recipiebat, hunc Domini animum, voluntatemq; qua pœnas nostras se soluturum acceptabat sanctus Euangelista considerauit. Ideo dixit, hîc adimpleri illud Isaiæ dicentis: Ipse infirmitates nostras accepit, & ægrotationes nostras portauit. Et in nostra alienorum onerum, molestiarumq; tolerantia constituit & reclusit D. Paulus per exag- *Gala. 6.* generationē totius legis implementum dicens: Alter alterius onera portate

Greg.

portate, & sic adimplebitis legem Christi. Nam hæc tolerantia 15
est magnum charitatis signū, & ipsius effectus. Et itā dicit Bea-
tus Gregorius, Tantum aliquis portat proximū, quātum amat.
Si amas portas: si desuisti amare, desuisti portare. Fratres, vt hoc
præceptum adimplere vrgentius concitemini, multūm prode-
rit vos attente considerare verbū hoc, Dilexi vos, etiā intelligi
de ijs, quos vōs odio habetis, quos adeo Dominus dilexit, vt pro
eis vitā obtulerit, nec iustum esse vos odisse, quem Deus tanto-
pere dilexit, tantique emit. Quem si tu tanti, quanti ille, emisses
eum vtique non odisses. Trecentis aureis equum emitis, eumq;
quo melius potestis, tractatis, quod si rogamini cur eum tam cu-
riose tractetis, respondetis: Ne mireris me hoc facere: nam tre-
centis illum aureis emi. O incommutabilis Deus, qui cum ho-
mines iumenta essent, sicut equus & mulus, quibus non est in- 16
tellectus, eostuo sacratissimo sanguine, ac morte (magno pretio)
emisti, illorum causa maiora opprobria ferens, quā vnquam
in orbe cuiquam illata sunt. Ego verō, quem tu adeo dilexisti
tantique redemisti, odero? eique substātiā, honorem, ac vitam
auferam? Maximam vtique amori, sanguini, ac pretio, quo illū
redemisti, iniuriam inferam. Profectō, si tanti mihi, quanti ti-
bi stetit, stetit, aliter eum tractarem.

Se autem illos, quos tibi diligere præcipit, vita redemisse de-
clarat dicens: *Maiorem hac dilectionem nemo habet, vt animam suam
ponat quis pro amicis suis.* Ex quibus verbis hæc difficultas oritur.

D. Bon. in. 3
dist. 20.

D. in. ibidem
quest. vlti.

D. Tho. 2. 2
q. 27. art. 7.

Caic. ibidē.

1. Cor. 3.
Simile.

Grauisimorum est Doctorum opinio, consentitque D. Tho-
mas sub distinctione maioris Charitatis actū esse magisque me-
ritorium inimicos quam amicos diligere, ac pro illis pati: maio- 7
rem enim in hoc homo sibi vim infert, illique difficilius est. Vt
enim dicit Diuus Paulus, vnusquisque propriam mercedem ac-
cipiet secundum suum laborem. Quemadmodū appetitus sen-
sitius ad bene cōditū cibum edendū facile commouetur, atque
ab ipso etiam cibo inuitatur: quod si male conditus, & amarus
est, difacile recipit: sic amicus voluntatis est cibus bene conditus
ipseque eum ad illius dilectionem inuitat. Inimicus autem est ci-
bus amarus voluntati: ideoque oportet eam maiorem sibi ad eū
diligendam violentiam inferre, ac perinde amor in eum est ma-
gis meritorius: atque etiam, quia liberalius est munus datum
inimico, quā amico. Amicum amari est quod debetur ei dari:

ini.

18 inimicum autem diligere est illi quod non debetur, erogari. Sicuti qui creditori suo centum aureos reddit, & alios centum donat ei, cui nihil debet, perfectius opus facit hos, quam illos præbens dum modo soluat quod debet. Quæ cum ita sint, quomodo dicit hic summa veritas: *Maiorem hac dilectionem nemo habet, ut animam suam ponat quis pro amicis suis?* Respondeo, Dominum hic dicere pro amico nullam maiorem charitatem fieri posse, quam pro eo vitam tradi: non tamen negat pro inimico mori maiorem esse charitatem. Vtrumque; amorem ostendit cœlestis hic magister se habere, cum pro amicis, & inimicis, hoc est, pro iustis, & peccatoribus mortuus fuerit. Et hoc nobis etiam necessitatis tempore facere iubet.

19 Utque nos ad hunc singularem amorem inuitet, excellens & protinus præmium subdit dicens: *Pro amici mei estis, si feceritis, quæ ego præcipio vobis, scilicet, ut diligatis inuicem sicut dilexi vos?* O admirabilem excellentiam vilissimi terræ vermiculi, quod ad tantam perueniat celsitudinē, ut Dei amicus sit. In domo Imperatoris omnia officia sunt magna, & honorabilia, vsque etiam, & aquarius se foelicissimum ducit. Quanto igitur foeliciorem se iudicabit, qui ipsius Imperatoris amicitiam impetrat? Quod si apud terrenum Imperatorem magni æstimantur, quanto magis æstimari oportet in domo vniuersalis cœlorum terræque Imperatoris? Ecquis igitur, ut talem, ac tantum habeat amicum, totis viribus, totoque conatu quod supernus hic Imperator præcipit, quantumcunque; difficile videatur, non nititur adimplere? O miseros illos, qui talem amicum deserunt ut iræ, passionique suæ satisfaciant. Complures scripserunt quales debeant esse amici, & quasnam illis condiciones inesse oporteat. Scripsit utique; Plato, Aristoteles, Tullius, & Beatus Augustinus. Ex quibus omnibus elicitur, in vero amico quinque condiciones esse oportere. Prima est, quod sit bonus: etenim inter malos amicitia esse non potest. Secunda quod sit sapiens: nam, ut ait Aristot. & Diuus Thomas cum amicis conuersandum nobis est. Versatur enim amicitia circa operationes quæ sunt ad alium. Magnumque est tormentum sapienti cum stulto conuersari. Tertia, quod sit constans, ne quasi frondes arboris immutetur. Quarta, quod seruet arcanum, ne quæ cum animo agit, alijs detegat. Quinta, quod sit conuersatione suaui, nec sit asper, ac rudis in-

genio. O quam bonus amicus est Deus, & quam plenè in eò cū
tā hęc conditiones reperiuntur: ipse enim est vniuersa bonitas.

Exod. 33.

Et sic dixit Moysi: Ego ostendam tibi omne bonum. Bonitas in
creaturas diuisa est, pars in alijs, & alia pars in alijs est: at in Deo
est bonitas cuncta, atque adunata. Et ita dicit Diuus Ioannes

Damas.

Damascenus: bonus, & omnibonus, & superbonus Domi-
nus: & infinitæ bonitati infinita pulchritudo coniuncta est.

*August. l. de
libero arbit.*

Et ita dicit Beatus Augustinus: Tanta est pulchritudo, & iucun-
ditas lucis æternæ, vt si non liceret in ea amplius viuere, quam
vnius diei hora, propter hoc solum innumerabiles anni huius vi-
tæ pleni delicijs, & circumfluentia bonorum temporalium re-
cte, meritoque contemnerentur. Hęc ille. Non solum au-
tem est bonus, sed amicos etiam suos bonoseficat. Qua propter
diligentissimè illius amicitiam debemus expetere. Vt enim di- 22

*Arist. lib. 1.
Ethi. in prin.
c. 12. §.*

xit Aristoteles, Bonum est, quod omnia appetunt: cūque
Deus summum bonum sit, summè est appetendus. Secun-
da conditio est, quod sit sapiens: nam insipiens suspicionibus, te-
merarijsque iudicijs est plenus. De singulis rebus, quas amicum
suam facere videt, male suspicatur, ideoque cū eo non debet ami-
citiā contrahi. Tullius enim, Suspicio, inquit, est venenum ami-
citiæ. O Deus infinitæ sapientiæ, quam expers es totius suspi-
cionis, quam æquè cum tuis amicis, quantumcūque graues pecca-
tores extiterint, conuersaris: sicut apparuit in Dauide, D. Petro,
& Paulo. Tertia conditio est, quod sit constans. Omni tempore
diligat qui amicus est, dicitur in Prou. Et cum amicus cōstans ali-
cuius amicitiam acceptauit, quem sibi non cōuenire cognoscit, ser-
uet cōsiliū Tullij in hac materia sic dicētis: Amicitia demen- 23

Prover. 5.

Tab. de ami.

da sunt non rūpenda. Non debes repēte amicitiam illius abrū-
pere, quæ tibi non conuenire intelligis, si iam illā cū eo cōtraxi-
sti: sed paulatim eam debes abscindere. Hoc seruat Deus cū ho-
minibus, Multos enim nō protinus in infernū præcipitat, quā-
uis sibi fuerint infideles: sed eos ad pœnitentiā expectat: quāuis
nōnulli hac Dei patientia abutentes de malis ad deteriora prola-
buntur, & à Deo sciunguntur quousque; in infernū deueniūt. Quo-
rū vnicuique; dicit D. Paulus: An diuitias bonitatis eius, & patien-
tiæ, & longanimitatis contēnis? Ignoras quoniā benignitas Dei
ad penitentiā te adducit? Secūdu autē duritiā tuā, & impenitēscor
thesaurizas tibi iram in die iræ, & reuelationis iusti iudicij Dei
quī

Rom. 2.

24 qui reddet vniciq; secundum opera eius: Quarta conditio est, quod sit fidelis, & arcani custos, ne defectus amici in publicum proferat. Quia B. Augustinus, amicus (inquit) est animæ custos: amicus verò infidelis similis est denti corrupto, qui minima quæque tēporum reuolutione dolet. Sic infidelis amicus leuissima quæq; occasione oblata, & sepe etiam sine occasione proximum infamat. O æterne Deus, quàm fidelis es amicis tuis, si aliquādo peccant, & tibi in confelsione cum vera contritione reuelantur, eis secretum seruare cōsuefcis, efficisq;, ne infamentur. Fratres si ob aliqua scelera, quæ fecistis, timetis infamiã, vultisq;, vt Deus obtreçtatorũ ora cōcludat, nec vos ab eis infamari patiatur, Deo vos detegite, veramq; agite pœnitentiã: hoc est enim singulare quoddã remediũ ad hoc cōsequendũ. Et sic credo verba illa D.

Aug. lib. 4.
conf. c. 6. es-
2. retr. c. 6.
Simile.

25 Petri dicentis: Charitas operit multitudinem peccatorum etiam significare, Dei charitatem plurimos peccatores pœnitentiã agentes operire consuescere, ne infamentur. Quinta conditio est, quòd sit ingenio dulcis, & conuersatione suavis. O quam conueniens est Dei ingenium, & familiaritas omnibus. Experientia comperimus musicam omnibus proportionate loqui. Tristis quippe in ea lachrymas, hilaris verò læticiã reperit. O Deus meus, quam apte nobis omnibus quadras. Si verè dicebat Apostolus: Omnibus omnia factus sum quanto melius idem de Deo dici potest, qui tam ineffabili charitate se vniuersis hominum ærumnis accommodat? Non solum autem bono, suauique ingenio est, sed amicos etiam suos boni, dulcisque ingenij solet efficere: multi enim pes-

1. Petr. 4.

Simile.

1. Cor. 9.

26 simo ingenio ad Dei amorem conuersi sunt similes Angelis. Tullius dicit, nullum posse dulciter sine bono amico viuere, & per consequens solitarium perfecta lætitiã vti non posse: quia non habet cui bonum suum communicet. Hoc humanitus homo ille fuit adeptus, quia conuersationem iusti cum Deo non intellexit, qui quò magis solitarius fuerit, eò plenius illa vti potest, sicque cum perfectiori lætitiã vitam ducet. De aliquo dicere vulgo consuefcitis. Nunquid hominem illum cognoscis? Quod si quem interrogatis respondet, se illum nescire: cum rogatis dicentes: Cum eo, quæso, conuersare, illiusq; probitatẽ, & in cōuersatione dulcedinẽ experieris ita vt ab eo separari minimè velles. O quanto maiori ratione

vobis ego dicere possum quod si cum Deo verè & ex animò²⁷ conuersaremini illius amore caperemini: ò quantam in eo suauitatem inueniretis, & quam difficile ab eo discederetis. O si eū gustare inciperetis, quam merito diceretis, non miror quæ sancti in huius optimi Domini ministerio fecerunt, quando quidē tam suauiter cum eo conuersabantur: quod intelligens Dauid nos admonet dicens: gustate, & videte quoniam suavis est Dominus. Beatus vir, qui sperat in eo.

Psal. 33.

Quæ cum ita sint fratres dilectissimi per clementissima huius fidelissimi amici viscera vos deprecor, vt secularibus negotijs expediti cum puritate cordis vnā saltem quotidie horam intime cum superna ipsius maiestate conuersemini: & experiemini quantum spiritus feruorem ex illius conuersatione percipietis, vt ei in omnibus seruiatis. Et siquidem quam bonus²⁸ amicus sit, quamque admirabilis dignitas, eius necessitudinem adipisci, cognoscitis, illi parete vos inuicem diligentes, sicut ipse dilexit vos, & sic eam impetrabitis, siquidem ille dicit: *Vos amici mei estis, si feceritis quæ ego præcipio vobis.* Additq; vltius dicēs: *Iam nō dico vos seruos quia seruus nescit quid faciat Dominus eius.* Vbi alia translatio habet: *Iam non dicam vos seruos, & sic legit Beatus Augustinus.* In quo significata fuit perseuerantia, qua sancti Apostoli Domini amicitiam seruaturi erant. *Vos autem dixi amicos, quia omnia, quæ audiui à patre meo, nota feci vobis.* Hæc fuit singularis quædam horum coelestium virorum prærogatiua, quod altissima fidei nostræ mysteria ex proprio Dei ore perceperunt: illisque tanquam intimis amicis illa Dominus mysteria reuelauit, quæ pro tunc animarum salu-²⁹ti necessaria fuerunt. Vnde verba illa: *Omnia, quæ audiui à patre meo, nota feci vobis,* significant: omnia, quæ pro nunc æternus pater mihi præcepit, vt vos docerem. Postea enim per Spiritum sanctum eos alia plurima docuit. Quod si quis fœlicè se ducit, quia docti alicuius viri discipulus fuerit: quam gloriosum erit eis filium Dei in Magistrum habuisse, diuinoque illius ore vitæ doctrinam audijisse? Et sic magnopere hoc Beatus Ioannes magnificat; dicens: *Vnigenitus filius qui est in sinu patris ipse enarrauit.* Nosque etiam magnas pro tanto beneficio gratias agere debemus: siquidem quod diuinus Magister discipulos suos docuit, id nobis per eos reuelauit

Ioan. 1.

30 reuelauit: & (quæ infinita est eius clementia) potiori mundi parte errorum tenebris obscurata nos fidei, cœlestisq; doctrinæ suæ lumine illustrauit: quod ideo fecit, vt eum diligamus, illiq; seruiamus. Mysterosa illa animalia, quæ vidit Ezechiel, *Ezech. 1.* erant plena oculis: in quo significantur Dei cognitione plena fuisse. Et vnumquodq; coram facie sua ambulabat, idest, coram facie cognitionis suæ ambulabat, & indita sibi cognitione ducebantur. Hoc nos omnes facere oportet: scilicet, iuxta quod nos Euangelicę doctrinę lux docet, viuere. Columna illa ignea, qua Deus filios Israel illuminauit in deserto, in terram promissionis eos adduxit: at in eam illos introducere nequijt: sed ipsi sudoribus, & laboribus, Gigantes barbarasq; nationes superantes in eam introierunt. Sic fidei, Euangelicęq; doctrinæ lux bene nos saluationis viam docet: verum oportet nos virtutum exercitu viriliter dimicare, passionumq; nostratum Gigantes superare, aliasq; complures contradictiones, quæ in spiritali via offeruntur prosternere, quousq; in illam terram viuentium ingrediamur, sperantes Deum in omnibus laboribus nobis esse futurum: sicut fatebatur David dicēs: Ego prodigium factus sum multis, sed tu adiutor fortis. *Psal. 70.* Prodigiosa utiq; fuit vita David, & multo prodigiosior sanctorum Apostolorum.

At vtriq; fatentur, vitam suam mundo prodigiosam extitisse propter diuinum auxilium, quod nobis non deerit, si fecerimus quod debemus. Quod auxiliū, vt diuinus Magister significet, protinus addit. *Non vos me elegistis, sed ego vos elegi: & posui vos vt eatis, & fructum afferatis, & fructus vester maneat.* O mirabilia verba magna consideratione dignissima, Dominus nobis spiritum conferat, quo ex illis fructum percipere nouerimus. Posui vos (inquit) vt eatis, idest, vt semper à bonis in meliora procedatis, nec vnquam regrediamini. B. Paulus dicit: Induite vos armaturam Dei, vt possitis stare aduersus insidias diaboli. Et inferius: Accipite (inquit) armaturam Dei, vt possitis resistere in die malo, idest, laborioso, qui est dies tērationis, & in omnibus perfecti stare. Et alia translatio habet: Et in omnibus perfectis stare: & sic est etiam in contextu Græco. In quo significatur, non solum in omnibus casibus, qui offerantur in perfectione nos stare oportere sed in omnia etiam perfectis rebus perseuerare debere. Ex his verbis D. Pauli, in quibus to-

ties nobis perseverantia commendatur, atq; vt in omnibus per-³³
 fectis operibus sit, & ex ijs Domini, scilicet, vt eatis, patet quam
 necessaria sit perseverantia in bono, & quam grata diuinę maie-
 stati. O quanta hęc effundendi lachrymas offertur occasio, cum
 tam modici per virtutem perseveranter gradientur, & quam ci-
 tō multi qui eam aggrediuntur, deficient, & retrocedant. Ne ita
 sit fratres, per Dei reuerentiam vos rogo. In sanctos Apostolos
 oculos conijcite, qui in virtutū operatione tanto studio perseue-
 rarunt cœleste semē ferentes, cuius fructus vsq; hodie in sancta
 Ecclesia perseverat, & vsq; ad seculi consummationem durabit.
 Ecquis diceret pauperes piscatores tam sanctam sensualitatiq;
 repugnantem legem, & fere omnium hominum corruptissimis
 moribus contrariam esse plantaturos, hocq; sanctum opustan-
 diu permansurum, cum eius operarij ob illius diuulgationē fue-³⁴
 rint interfecti? Solus ille hoc dicere potuit, qui hoc dixit, & fe-
 cit, in cuius virtute sacrosancti hi viri tot mirabilia perfecerunt,
 & propter quem ædificium, quod illi erexerunt, nunc stat, tan-
 quam super firmam petram constructum. O patres concionato-
 res ab his sacris magistris discite, quęso, vestraq; doctrina, & pio
 exemplo magnum fructum ferre præcipue intendite. Nec verò
 solum fructum facere curare debetis, sed maxime etiam inten-
 dere, vt fructus, quem feceritis, conseruetur. Ezechieli præcepit
 Deus Hierusalem in cocto latere depingere, non vero in crudo,
 qui facile dissoluitur, iussitq; picturam illam telis, bellicisq;ue
 instrumentis muniri. Munus vestrum patres mei est in homini-
 bus cœlestem Hierusalem depingere, ita, vt vnusquisq; Chri-
 stianorum quoddam cœli exemplar appareat, & sit. Simulq;ue³⁵
 curare debetis, vt hoc conseruetur, eos sanctarum exercitationū
 modos, ieiunia, scilicet, disciplinas, orationesq; erudientes, qui-
 bus in sancta virtute perseuerent: præcipue verò vt diuina con-
 fessionis, sacrosanctęq; Eucharistię sacramenta frequentent.
 His enim telis, ac munitionibus eos defendi oportet: quo vtri-
 q; cœlesti gratia repleti, æterna beatitudine frui-
 turi ad ætherea regna ducamini.

Amen.

In eodem Communi Apostolorum Concio Tertia.

Hæc mando vobis, vt diligatis inuicem, &c. Ioan. 15.



SA I A S Propheta magna spiritus iubilatione sic dicit: Cantate Domino canticum nouum, laus eius ab extremis terræ, qui descenditis in mare, & plenitudo eius, in insulæ & habitatores earum. Hoc canticum nouum, quod sanctus hic propheta com

Isai. 42.

2 mendat, iuxta magnorum doctorum sententiam est lex Evangelica. Dicitur autem canticum nouum, quia tam suauiter illud coelestis cantor Iesus Christus cecinit, vt post se vniuersum mûdum attraxerit. Tam suaue fuit hominibus hoc canticum nouû, vt diuitijs, liberis, vxoribus, parentibus, & quod maius est, semetipsis cõtemptis diuinum saluatorem sequi statuerint. Amphion Thebanus dicitur Thebas insignem Græciæ urbẽ construxisse musicæ suæ suauitate efficiens, vt ipsi met lapides suis locis apte locarẽtur. Et Arion Methymneus dicitur citharæ suæ suauitate marinos ad se pisces allexisse. Alpheus quoque immanes belluas fertur cantus sui dulcedine domuisse. Hæc omnia mendacia fuerunt, quæ à poëtis ficta sunt. Infallibilis autem veritas est coelestem Amphionem Iesum Christum suauissima Euangelij modulatione, quod est canticum nouum, coelestem Hierusalem construxisse, efficiens lapides eius, idest, iustos in loco iuxta merita singulis concessio apte locari. O diuine Arion quàm merito dicere possumus pisces ab hoc furibundo sæculi mari per te Euangelicæ musicæ suauitate abstrahi. Denique ô superne Alpheu, quanta est efficacia dulcedinis diuinæque prædicationis tuæ, siquidem illa syluestres belluas, idest, homines brutos, diuinæque cognitionis expertes ferorum instar animantium in carnalium illecebrarum pratis atque aliorum complurium vitiorum nemoribus persistentes ad te illexisti: & ex belluis non solum homines, sed sanctos etiã illos effecisti. O quam merito dicit David: Mirabilis Deus

Psal. 67.

in sanctis suis. Hoc vobis dicam, & si nimiae audaciae esse videbitur: scilicet, mirabiliorem mihi videri nunc in statu corruptae naturae vnius hominis sanctitatem, quam esset tota cūctorum electorum congregatio in statu innocentiae. Sicuti mirabilius est vnius fluminis aquam contra naturae cursum sursum regredi, & in fontem, vnde exijt reuerti, quam vniuersa flumina deorsum defluere: sic quanto mirabilior est innumerabilis sanctorum multitudo, qui contra corruptae naturae suae propensionem feruentissimè ad Dominum cucurrerunt? Canticum nouum dicitur hīc Euangelium. A deo q̄; nouum visum est hominibus, vt gentibus stultitia, Iudæis autem scandalum visum fuerit, vt affirmat Diuus Paulus dicens: Nos prædicamus Christum crucifixum, Iudæis quidem scandalum, gentibus autem stultitiam, ipsis autem vocatis Iudæis, atq̄; Græcis Christum Dei virtutem, & Dei sapiētiam. Idest, præsciti Christum crucifixum, & eius Euangelium stultitiam & scandalum iudicant: prædestinatis vero Dei virtus & sapientia esse videtur. Est q̄; cātus dulcis, ac suavis, quia est cātus, & lex Charitatis. Cātorū illa dulcia esse consuecūt, in quibus de amoribus agitur.

Hic autem diuinus cantus totus est amor, sicut apparet in hodierna sancti Euangelij lectione, vbi Dominus ait: *Hæc mando vobis vt diligatis inuicem.* Hoc dixit, cum ad mortem pergere vellet, in vltimo vitæ suæ, scilicet, vt firmiùs hominum cordibus maneret impressum: sicuti manere solent verba amici tui iam in extremo transitu existentis. Mirabileque est Dominum ter idem in vna concione dixisse. Primò cum dixit: *Atandatum nouum dedi vobis, vt diligatis inuicem sicut dilexi vos.* Et paulò post, *Hoc est (inquit) præceptum meum, vt diligatis inuicem.* Stati inq̄; tertio dixit: *Hæc mando vobis, vt diligatis inuicem.* Hæc omnia rem hanc nimis exaggerant, & valde necessariam nobis esse manifestant, siquidem qui nos maximè diligit, eam nobis toties commendat. Hoc præceptum nouum appellat, quantum veteris legis etiam fuerit, quia ipse illud renouauit in lege gratiæ, quippe quod in lege scripturæ nimis destructum corruptū maleque intellectum erat. Habes imaginem confractam, pedibus, manibus, ac capite lacerato, ità, vt vix simulacrum esse videatur: quam pictor renouat, eiusque membra iterum depingit, vt noua videatur, dicit q̄;: *Ecce imaginem nouam, scilicet, quia*

I. Cor. i.

simile.

- 7 quia illam renouauit. Hoc amoris præceptum truncatum, con-
fractum, & male intellectum erat: arbitrabantur etenim homi-
nes se suos tantum amicos amare teneri. Venit autem coele-
stis artifex Iesus Christus, manusque ac pedes illi adhibuit,
fecit illud ad inimicorū etiam dilectionem peruenire, illud per-
fecit, diuersisq; coloribus depinxit, idest, rationibus pluri-
mis confirmauit, dicens: Diligite inimicos vestros, benefacite *Matt. 5.*
ijs, qui oderunt vos, orate pro persequentibus, & calumnian-
tibus vos: vt sitis filij patris vestri, qui in cœlis est. Si enim di-
ligitis eos, qui vos diligunt, quam mercedem habebitis? Non-
ne, & publicani hoc faciunt? Ecce quam decoris coloribus præ-
ceptum hoc depinxit. Ideoq; dicit: Mandatum nouum do vo-
bis. Etiam nouum ideo dicitur, quia illo mirificè animus renou-
atur, & ita dixit Dominus: Dimittite, & dimittemini. Solet
homo aliquando peccato maxime deuinciri: solet adeò affectio-
ne, ira, cupiditate, atq; ambitione ligari, vt ad exeundum ab illa
viam reperire non posse videatur. Aliquando adeo inertē, præ-
peditū, atq; incrassatū ad peccata cōfitenda se homo experitur,
vt in ore plumbeam massam habere videatur. Quod significa-
tum est apud Zachariam Prophetam dicentem: Missa fuit mas-
sa plumbea in os amphoræ, vbi erat impietas. Quid igitur reme-
dij erit huic malo? Dominus utiq; dicit: Dimittite, & dimitte-
mini: Idest, iniurias dimittite, proximosq; diligite: & sic dispo-
nemini, vt Deus vos adiuuet, & sceleribus istis, quibus vincti te-
nemini, vos absoluat, animusq; vester renouabitur. Et quia hic
amor est huius renouationis causa, ideo eum Dominus manda-
9 tum nouum appellat.

Dicit igitur nūc: *Hæc mando vobis, vt diligatis inuicem* Hic posset
esse vnus sensus horum verborum. Hæc omnia quæ vos hucusq;
docui, in hunc finem diriguntur, vt, scilicet inuicem diligatis,
Hic cognoscetis vnde prouenit, tam parum amoris inter homi-
nes esse: videlicet, quia charitas in corde, in quo imprimēda est,
multa præsupponit, amor nō est qualitas, quæ potest assidere in
tabula rasa mentis nostræ. Sicut pictor non constituit aurum su-
per nudam tabulam, sed multos prius colores, atq; atramen-
ta supponit, & super ea collocat aurum: sic oportet prius alijs
virtutibus animum exornari, vt illi charitas bene assideat. Ne-
mopotest alium, vt debet diligere, nisi se prius diligat, sicut

oportet. Vt autem se homo diligat, iuxta B. Augustini sententiam debet esse virtutibus exornatus: vnde solus virtute præditus se, proximosque suos optimè diligit. Vnde, cum Dominus in signum consummationis sæculi dixit, quod homines præ nimia morum corruptione odio habebunt se inuicem: statim huius odij causam assignauit dicens: Quoniam abundabit iniquitas, refrigescet charitas multorum. Vbi manifestè docuit, ex virtutum defectu, & abundantia vitiorum inter homines odia exoriri. Ideoque hinc dicit: Hæc mando vobis, vt diligatis inuicem, id est, sæculi amorem, cupiditatem, temporalia bona, superbiam, libidinem, & cætera vitia vobis prohibui, patientiamque in laboribus, cordis humilitatem, & mansuetudinem aliarumque virtutum exercitia commendauit, quia sic vos inuicem diligetis. Diuus Paulus dicit: Finis præcepti est charitas de corde puro, & conscientia bona, & fide non ficta. Id est, vniuersæ legis sanctarum exercitationum finis est, Deum diligere, illique placere, & sanctam eius voluntatem exequi. Sum castus, humilis, patiens, & misericors, quia Deus hoc vult: amor meus erga Deum me commouet, vt has virtutes exquiram & exerceam. Si castus, siue misericors sum, solùm, vt talis sim, bene facio, sed nihil mereor. Sic virtutes Philosophi operabatur, ob nihil aliud, nisi, vt eas possiderent. Finis autem, quo Christiani ad hæc omnia commoueri debent, est sola Dei charitas, quam, vt ait Sanctus Apostolus, de corde puro, id est, sine cupiditate esse oportet. In omnibus debet iustus sui ipsius immemor esse: & ob solam Dei gloriam bene operari. Geometria docet calcem, qua lapides in ædificatione connectuntur, arenæ commisceri posse: summum autem fornix lapidem, qui dicitur clavis, viua, puraque; ac totius arenæ experte calce esse struendum: nam seiunctis parietum lapidibus, quoad plurimum fit rima in eis: clavi autem corruente perit ædificium. Sic in spiritali ædificatione amorem inter proximos aliqua utilitatis cupiditate esse commissum, tolerabile est. Amorem verò Christiani erga Deum purissimum esse oportet. Etenim amicum meum possum ego precipuè propter Deum, & deinde quia est mihi officiosus, aut propinquus, diligere. Deum autem (ait Apostolus) corde puro, & conscientia bona debemus amare. Hæc etiam secunda conditio est magnopere necessaria. Licet enim quisquã bene operetur, & aliqua ex diuinis præceptis adimpleat: si mala est

*Matth. 24.**1. Tim. 1.**simile.*

13 est conscientia, omnia perdit. Fuerunt Gedeoni septuaginta vnus liberi, septuaginta legitimi, & vnus spurius, nomine Abimelech: & hic vnus omnia conturbauit, & filijs septuaginta patris sui super lapidem vnum capita abscidit. Hoc spiritualiter in anima contingere solet. Etenim vnus lethalis reatus filius ancillæ, id est, sensualitatis, plurimas virtutes, & actus moritorios, qui sunt filij legitimi rationis, interimit. Defert quis mulum vitro, aut ouis magno labore comparatis onustum, quæ est tota illius substantia, corrudente mulo cuncta franguntur, & eius substantia perit. Ite faciebas tu multis bonis operibus, quæ in Dei ministerio feceras, onustus, si forte in vnum peccatum lethale prolaberis omnia in terram proijcis, atque deperdis. *Iudi. 9.* *simile.*

14 Ideo acerrima poenitentia nos oportet corpus mortificare, ne sit sicut mulus indomitus, & passim offendens efficiat, vt merita confringantur. O fratres, si cum peccatum vultis admittere meminissetis horum, quæ vobis hic diximus, quam potens vobis hoc esset frænnum, quo ab illis committendis reuocaremini. Cū peccata se vobis offerunt, sic quælo considerate: Quid hinc præter animæ confusionem elicere possum? B. Paulus dicit: Fornicatio, & omnis immunditia, aut auaritia nec nominetur in vobis, sicut decet sanctos, aut turpitudine, aut stultiloquiū, aut scurrilitas, quæ ad rem non pertinet. Et alij transtulerunt quæ ad rem non pertinent. Et sic est in contextu Græco: & ita legit etiam Diuus Hieronymus. In quo significatur non solum scurrilitatem, sed hæc omnia vitia, quæ hic sanctus Apostolus recensuit, ad rem non pertinere. Hoc à vobis profundè considerari vellem, scilicet, hæc omnia ad rem non pertinere, sed ad condemnationem potius vestram esse. Ideo dicit hic sanctus Apostolus: & conscientia bona, & protinus addit: & fide non ficta, id est, sine hypocrisi, quæ Deo nimis est exosa. Nam vnum vitium alteri, gulam luxuriæ, homicidium furto, furtumque fastui, ac superbiæ deseruire magnum malum est. At hoc est peccatorum ingenium, alia esse aliorum causam: virtutem autem ab hominibus in peccatorum fraudumque instrumentum assumi, hoc multo maiorem affert admirationē. Et ita dicit Diuus Chrysostomus summam virtuti inferri iniuriam, quando ab hominibus in instrumentum iniquarum expetitionum accipitur. Sichem, & filij eius circumcisi sunt ob Dinæ pulchritudinem, & diuitias Iacob. *Eph. 5.*

cob. Dixerunt enim: Si circumcidamus masculos nostros, substātia eorum, & pecora, & cuncta, quæ possident, nostra erūt. Ideoq; permisit Deus illos atrocissime gladio perire. Quod quidem accidit illis, ut virtute ventibus, ut inanium laudum iactantia perfruantur: meritum etenim amittentes spiritualiter moriuntur. Idcirco admonet spiritus diuinus singulos fideles suos dicens: Ne fueris hypocrita in conspectu hominum, & non scandalizeris in labijs tuis. Attende in illis, ne forte cadas, & adducas animæ tuæ inhonerationē, & reuelet Deus abscondita tua & in medio Synagogæ elidat te. Quoniam accessisti maligne ad Dominum, & cor tuū plenum est dolo, & fallacia. O quā terribilia verba, quibus perspicue ostēditur quam execrabiles Deo sint hypocritæ, eorumq; fictiones: siquidem non solum 17 æternis supplicijs in futuro sæculo punit, sed eos etiam in hac vita ignominijs, & confusione comminatur. Ecquis amodo ijs uti audebit, intelligens quam odiosa sint Deo? Merito igitur dicit Apostolus: In fide non ficta. Ex his omnibus oportet vos intellexisse, quam apte verba hæc sancti Pauli, finis præcepti est charitas, his sancti Euangelij consonāt, vbi dicitur: Hęc mando vobis, ut diligatis inuicem. Nam totius legis finis est charitas, quæ præcipue in Dei, secundarie vero in proximi dilectione consistit. Et quanuis hîc Dominus de Dei amore nō loquitur, illud tamen præsupponit: quia proximi amor, ex Dei dilectione dimanat. Mirum est autem quomodo cū charitas finis sit, à Beato Paulo via vocatur. De ea namq; loquens dicit: Ad huc excel 18 lentiore[m] viam vobis demonstrō. Si finis, quo modo via? Virtutū dicitur finis, quia illa est earum perfectissima, & quia ad illā reliquæ virtutes quasi media diriguntur. Dicitur autē via, quia nō est nobis in illa sistendū dicentibus, iā amari quod debui, nam quanuis nimis dilexeris, amplius diligere debes. Itaq; per eam quasi per viā nos semper oportet progredi. Sic nos admonet D. Paulus dicēs: Reddite ergo omnibus debita, cui tributū, tributū cui vectigal, vectigal, cui timorē, timorē, cui honorem, honore[m]. Nemini quicquam debeatis, nisi, ut inuicem diligatis. In hoc (ait sanctus Apostolus) vos semper debitores iudicate, ne vnquam iam vos omnia fecisse putetis: semper in amore progredimini.

Dicit igitur Dñs: *Hęc mando vobis, ut diligatis inuicem.* O quāta esset virtus, ac fortitudo Christianis, si eis hæc vnio inesset. Pro

ceru:

Eccl. 1.

1. Cor. 12.

Rom. 13.

1. Reg. 17.

19 **gigerus ille Gigas Goliath, vt sacrae literae testantur, erat altitudi-**
 nis sex cubitorum, & palmi, & cassis aerea super caput eius, &
 lorica squamata induebatur. Porro pōdus loricae eius quinque;
 millia siclorū cr̄is erat: & ocreas creas habebat in cruribus, & cly-
 peus aereus tegebat humeros eius. Hastile autē hastae eius erat
 quasi liciatorium textentium, ipsum autem ferrum hastae eius
 sexcentos cyclos habebat ferri. Et quanuis tantus, ac tam muni-
 tus erat, clamabat aduersus Phalangas Israel, & dicebat: Eligite
 ex vobis virum, & descendat ad singulare certamen. Attendi-
 te ingentem grandis bellae pusillanimitatem, atque formidi-
 nem: quae cum vno tantum, & non pluribus dimicare audebat.
 Hic utiq; Sathanæ pusillanimitas delineata est, qui cū a deo po-
 tens sit, vt de illo dicat Iob: Non est super terram potestas, quae

Iob. 41.

20 compareturi. Quo ad potest curat nos diuisos, atque discor-
 des inuenire, vt nobiscū singulari certamine dimicet. Et haec est
 vna ex rationibus, quare inter proximos discordias ferit. Quia
 verò tot, tantasque inimicitias inter Christianos seruit, ideo tot
 ab eis, tantasque victorias reportauit. Perspicue hoc gloriosus
 Apostolus Paulus intelligebat: siquidem nobis vnitatem tam
 efficaciter commendat dicens: Obsecro vos fratres per nomen
 domini nostri Iesu Christi, vt id ipsum dicatis omnes & nō sint
 in vobis schismata. Sitis autem perfecti in eodem sensu, & in
 eadem scientia. Et alia translatio habet: In eadem mente, & in
 eadem sententia: & sic est in contextu Graeco. Idemq; vos dile-
 ctissimi deprecor per idem nomen, per quod D. Paulus Corin-
 thios precabatur. Vellemq; illius spiritu, efficaciq; pollere, vt
 21 hoc cordibus vestris imprimerem, omnesq; hinc exiretis propo-
 nentes firmissime vos prius mille vitas, si tot haberetis, amissu-
 ros, quàm proximorū vnitatē, atq; concordiam esse diuisuros.

I. Cor. 1.

Dicit vltorius Dominus: *Si mundus vos odit scitote, quia me prio-
 rem vobis odio habuit.* A deo solitum est malos insectari odio bo-
 nos, vt dicat Ecclesiasticus: Contra malum bonum, & contra vi-
 tam mors, sic contra virum iustum peccator. Vix hoc odium
 alijs verbis posset exaggerari. Quid enim bono magis contra-
 riatur, quam malum? & quid magis vitae, quam mors? Quanto
 Cain statim in mundi primordio fratrem suum Abel odio fuit
 insectatus: siquidem eum occidit: & vt credibile est, cum non
 dum gladij essent, illum dentibus momordit, ac lacerauit. Et eo

Eccle. 33.

in tem-

intempore quo hominem occidi fuit, dimidiam fere mūdi par²²
 tem, quæ ex illo stipite oriri posset, eueri. Quod non ignora-
 uit Chaldaicus interpret: qui pro eo, quod nos legimus, vox san-
 guinis fratris tui clamat ad me de terra vertit: Vox sanguinis ge-
 nerationum, quæ futuræ erant succedere de fratre tuo clamat
 ad me de terra. Quod cum ita sit fratres in Christo Iesu, quando
 mūdus vos fuerit persecutus lætami: signum enim est, vos ex
 mundo non esse. Nam si de mundo essetis, mundus quod suum
 erat diligeret, quia verò de mundo non estis, sed ego elegi vos
 de mundo: propterea odit vos mundus: Ne verò arbitremini,
 quia Dominus hæc verba sanctis Apostolis dixit, ideo vos etiã
 eius electos non esse. Diuus enim Petrus ait credentibus: Vos
 autem genus electum, regale sacerdotium, gens sancta, populus
 acquisitionis, vt virtutes annuncietis eius, qui de tenebris vos²³
 vocauit in admirabile lumen suum. Peculiariter vos genus ele-
 ctum, & perinde nimis dilectum vocat: quia quæ magis ama-
 mus, de cæteris eligimus. Et sicut à Christo Christiani, idest,
 vncti, sic ab hoc summo sacerdote, ac Rege sacerdotes, & Re-
 ges nominamini. Non quia per regulam vnctionem, atque
 iurisdictionem, nec per sacerdotalem consecrationem reges, sa-
 cerdotes ve sitis, sed quia eos vos per sanctitatis excellentiam
 esse oportet. Nam, sicut inter omnes melior in regem, ac in
 sacerdotem eligitur, sic vos meliores esse debetis. Ideò que fa-
 cer textus insuper addit: Gens sancta. Hæc est quasi prioris
 sententiæ expositio. Et quod hic dicit Beatus Petrus: Regale
 sacerdotium, legunt Græci, sacerdotes, & reges. Et in Apo-
 calypsi, vbi nos legimus: Fecisti nos Deo nostro regnum, in con²⁴
 tex. Græco habetur: Fecisti nos reges, idest, fecisti nos tanquam
 reges, ac sacerdotes inter millia delectos: sicuti reges & sacerdo-
 tes inter cæteros eliguntur. Vnde confunditur hæresis aſſeue-
 rantium omnes Christianos esse sacerdotes de factò: cum reue-
 ra non sint nisi per figuram, & certum quendam loquendi mo-
 dum. Nam vno eodemq; modo dicit, hic Diuus Petrus, nos re-
 ges, ac sacerdotes esse. Ergo, si de factò sumus sacerdotes, etiam
 reges sumus. Et si quidem constat, nos non, nisi spiritualiter esse
 reges, ergo nec sacerdotes, nisi spiritualiter sumus. Vnde appa-
 ret hæresis illa ex eo processisse, quòd eius autor sacras literas
 ignorauit. Nam sæpe in sacris literis sacerdos non dicit ordinē,
 sed

Gene. 4.

1. Petr. 2.

Apo. 5.

25 sed solam excellentiam, & dignitatem. Et sic regnum sacerdotale significat hic regnum celebre, insigne, Deoq; dicatum vt sacerdotes, vt in primo Regū dicitur: Hirā Hiraites erat sacerdos 1. Reg. 20.
 David, idest, cōsultor, & honorator. Nam immediate dictū fuerat: Sadoch verò, & Abiathar sacerdotes erant, scilicet, verè, & realiter Dei. Dicit vterius D. Petrus: Popul⁹ acquisitionis, idest acquisitus. Nā Hēbraica phrasis sepe numero genitiuū pro adiectiuo vsurpat: quia Christ⁹ verus mūdi saluator eū suo sacratissimo sanguine acquisiuit. Atq; etiā Christianus populus meritò potest populus acquisitionis actiuè vocari: quia inter omnes populos ipse vnus operibus in charitate factis gratiā, & gloriā acquirit. Ethnicorū historiē plenè sunt multis virtutibus moralibus, quas Gētiles Philosophi operati sunt, quib⁹ tamē nihil gratiē meruerūt, imo nūc in inferno cruciātur. Ex quo apparet illos
 26 nō fuisse populū acquisitionis. O Beatā gentē, quē vnalachryma propter Deum fasa, vno suspirio ex intimo cordis eduāto & vno vase aque frigide cū charitate largito regnū cœlorū valet acquirere. Cōcluditq; B. Petrus dicēs: Vt virtutes annūcietis eius, q de tenebris vos vocauit in admirabile lumē suū. Idest hęc omnia fecit, vt ad tāti Dei, à quo tot percēpimus beneficia, amorē, gratitudinemq; cōmoueamur: semperq; eius probitatē, sapientiā, atq; potētiā prædicemus, vt omnes ad eius amorē excitētur. Siquidē igitur fratres mei à Deo estis electi in peculiarē eius populū, ne miremini, mundū vos odisse: at bonū hoc signū esse iudicate. Nā flores ab arbore repulso colligit pharmacopola, ex q
 27 bus salubria cōficit medicamina: sic viros à mūdo despectos recipit Deus, & tanquā artifex peritissimus cœleste quoddā cōficit medicamē, quo postea ægris medetur, idest, eorū exēplo alij peccatores curātur. Quamobrē fratres gaudete: nā bonū signū est vos à seculo negligi. Nā vt hic summa veritas ait: si de mūdo essetis, mundus quod suum est, diligeret. In primo Regum volumine sic habetur: Dixit Ionathas ad adolescentem armigerū suum, Veni, transeamus ad stationē incircuncisorū horū, si forte faciat Dominus pro nobis, quia non est Domino difficile saluare, vel in multis, vel in paucis. Ecce nos transimus ad viros istos, curāq; apparuerim⁹ eis, si taliter locuti fuerint ad nos: Manete donec veniamus ad vos, stemus in loco nostro, nec ascedamus ad eos. Si autem dixerint: Ascendite ad nos (scilicet nos cōtemnentes)

Simile.

1. Reg. 14.

nentes (ascendamus: quia tradidit eos Dominus in manibus nostris: & hoc erit nobis signum. Et sic fuit. Apparentes enim hostium conspectui, seq; ab eis illudi, & contemni videntes, tantum animi perceperunt, vt soli, diuino tamen auxilio fulti ex ingenti exercitu victoriam compararint. Sic si à mundo contempti patientes extiteritis, vos ab eo despici signum erit, ex quo victores vos euasuros esse colligetes. Deus dixit: Magna erit gloria domus istius nouissimæ plus quam primæ. Quauis prius templum pacifice, atq; abundanter nimis à Salomone fuerit constructum, posterius verò varijs aduersantibus prælijs hostiumq; concussibus opprimentibus erigebatur: nihilominus tamē Dominus dixit, huius posterioris multo maiore, quàm prioris gloriam esse futuram. In quo significauit eo gloriofiorē esse virtutē, quo minus auxilij reperit: resistentiamq; in gloriam conuerti, si perseveranter agatur. Ideoq; de iustis summa veritas dixit: Multum fructum afferunt in patiētia. Nec verò mirandum est Dæmonem iniquorum caput, ac principem viros iustos persequi per se, membraq; sua. Experientia quippe comperimus venenosum animal, velut viperam, nisi tangatur, siue lædatur, alijs non officere. Videbitis viperam in via, quæ mortua videtur, at vbi primū pede teritur, statim ore venenoso occurrit, damnumq; sibi illatum, venenū conspuens conatur vlcisci. Sic cum Dæmon, ac mundus se à iustis conculcatos semper aduertant, in eos venenum conspuunt, quò ad possunt illos mordentes, & persequentes. Quæ omnia Deus sua diuina prouidentia permittit, malis tãquam instrumentis ad maiorem iustorum purificationem, atq; coronam vtens. Vnde pro eo, quod nos legimus in psalmo: Exurge Domine, præueni eum, & supplanta eum: eripe animam meam ab impio, frameam tuam ab inimicis manus tuæ, D. Hieronymus ex Hebræo vertit: Surge Domine, præueni faciem eius, salua animam meam ab impio qui est gladius tuus. O mirifica verba. Quæ si attente consideraremus, quã patienter aduersariorum persecutiones reciperemus intelligentes eos esse Dei gladios, quibus nos percutit, siue ad culparum nostrarum pœnas purificandas, siue ad gloriæ nostræ coronas augendas. Nihil in terra sine causa fait, & de humo non egredietur dolor, ait sanctus Iob: idest, non ita è terra veniunt, sed è cœlo descendunt. Et per Isaiam Prophetam dicit Deus: Ego Dominus formans

Aggei. 2.

Luc. 18.

Simile.

Psal. 16.

Iob. 5.

1/ai. 43.

31 formans lucem, & creans tenebras, faciens pacem & creans ma-
lum, ego Dominus faciens omnia hæc. Atq; eadem veritas di-
xit alibi: Nonne quinq; passeret vaneunt dipondio, & vnus ex Luce. 12.
illis non est in obliuione coram Deo? Sed & capilli capitis ve-
stri omnes numerati sunt, nolite timere, multis passeribus plu-
ris estis vos. Si ergo Deo passerum, atq; capilli tāta cura est, quā-
tam de homine, cui vniuersum orbē creauit rationem habebit?
Ergo certē credere debetis labores qui vobis accidunt,
esse maximē necessarios. Illos igitur accipite, sicut ex manu ele-
mentissimi patris, qui vos tantopere diligit. Sicq; purificati, di-
uinaque gratia locupletati gloriæ coronam accepturi ad coele-
stia regna ducemini. Ad quæ nos perducatur Iesus Mariæ fi-
lius. Amen.

1
In eodem Communi Aposto-
lorum Concio Quarta.

Hæc mando vobis, vt diligatis inuicem, &c. Ioan. 15.



2
S ANCTVS Propheta David sic ait: Pax mul-
ta diligentibus legem tuam, & nō est illis scanda-
lum. In his verbis docet sanctus Propheta eos,
qui verē, & charitatiuē Deo obediunt, cunctis bo-
nis esse replendos. Nam pax in sacris literis iux-
ta Hebraicam proprietatem complurium bonorum significat
abundantiam, & ita hīc significat. Hæc etiam ratione idem Pro-
pheta alibi iustos hortatur dicens: Timete Dominum omnes
sancti eius, quoniam non est inopia timentibus eum. Quid? non
ne complures iustos in hospitalibus cernimus? nonne alios præ-
nimia inopia esurire perspiciamus, contra verō plurimos pec-
catores sumptuosissimis fastibus triumphantes? Sic. Verum
quod in diuitijs, quæritur, est requies, honor, atq; voluptas: qui-
bus omnibus abundantius vitur pauper tritis indutus pannis,
quā diues temporalium bonorum affluentia circumseptus.
Et sic protinus ipse propheta subdit dicens: Diuites egerunt, &

Psal. 118.

Psal. 33.

esurierunt: inquirentes autem Dominum non deficient omni
 bono. Omnia quippe, quæ homines tam diligenter inquirent,
 in solo Deo reperiuntur, qui vnus veram tribuit abundantiã, &
 saturitatem. Nam, vt ait D. Hieronymus, satis auarus est, cui
 Deus non sufficit. Et D. Augustinus dicit, Ideo nihil deest pos-
 sidentibus Deum, quia alijs eos bonis replet, quæ temporalium
 defectum suppleant, illosq; maiori consolatione permulcent, &
 quendam secularium rerum contemptum in eorum cordibus
 gignunt, ex quo illis carentes tranquillam vitam degunt. Im-
 possibile est enim hominẽ earum rerum, quas nec diligit, nec
 vult, cura torqueri, siue perturbari. Et non est illis scandalum,
 idest, nullum habent offendiculum, nec qui eis possit officere:
 ab ipsa enim lege, quam custodiunt, inuicem custodiuntur, &
 conseruantur, sicut affirmat Ecclesiasticus dicens: Si volueris
 mandata conseruare, conseruabunt te: vt accidit mœnia conser-
 vantibus, & assiduo fulcientibus, qui cum ea sic reparent, ab eis
 custodiuntur, ne hostium concussibus opprimantur. Et sic, vbi
 nos legimus in Psalmo: Tu mandasti mandata tua custodiri ni-
 mis, alia trãslatio habet: Custodire nimis: & sic est in paraphrasi
 Chald. & sic etiam legit B. Ambrosius. Vbi significantur diui-
 na præcepta obseruatores suos maximè custodire. Non solum
 autem diuinæ legis obseruatio homines ab spiritualibus, sed à
 corporalibus etiam hostibus protegit. Vnde dixit Deus Iosue:
 Confortare, & esto robustus valde, vt custodias, & facias omnẽ
 legem, tunc diriges viam tuam, & intelliges eam. Noli metuere,
 quia tecum est Dominus Deus tuus in omnibus ad quæcunq;e
 perrexeris. O mirabiles promissiones, quas hic Dominus huic
 sancto duci fecit, si diuinam ipsius legem custodiret. Prima est:
 Diriges viam tuam, & intelliges eam. Ex quo apparet, legis
 obseruationem perspicuam lucem esse ad ipsius intelligentiã.
 Et ita vbi nos legimus in Psalmo: Declaratio sermonum tuorum
 illuminat: alia trãslatio habet: Ingressus sermonum tuorum
 illuminat. Notandumque est, nos tunc ingredi verba Dei, cum
 illa adimplemus, quæ legis obseruatio animum clarificat, quo
 se in omnibus optimè gerat. Qui vero hoc modo in diuinam
 legem non ingrediuntur, quantumuis sapientes sint, in te-
 nebris ambulat. Ideo etiam Dominus dixit: Qui sequitur
 me,

Hierony.
August.

Ecclesi. 15.
simile.

Psal. 118.

Iosue. 1.

Psal. 118.

Iohan. 8.

6 me, non ambulat in tenebris, sed habebit lumen vitæ. Et super omnia societatem, auxiliumque suum Dominus legis suæ obseruatoribus pollicetur in omnibus, ad quæcunq̃que perre-
 xerint, vt non ab spiritualibus tantum, sed à corporalibus etiam hostibus victoriam reportent. Quod intelligens Sanctus Iosue non solum ipse legem obseruabat, sed illam etiam ab vni-
 uerso populo curabat obseruari, & ad hoc illos conuocabat, il-
 lisque capitula habebat, sicut ex vicesimo tertio capite appa-
 ret. Vbi dicitur: Vocauit Iosue omnem Israel, dixitque ad eos: *Iosue. 23.*
 Confortamini, & estote solliciti, vt custodiatis cuncta, quæ scri-
 pta sunt in volumine legis Moyssi. Et sequenti capite dicitur:
 Congregauit Iosue omnestribus Israel in Sichem. Illos quip-
 pe tanquam ad capitulum conuocabat, vt eorum animos in
 7 diuinæ legis obseruatione fulciret. Congregatiq̃ue steterunt in *Iosue. 24.*
 conspectu Domini, idest, adeo obediens, ac si à Deo accer-
 sissentur. O foelicem congregationem, vbi viri à prælatis ac-
 cessiti tam feruenti, pioque spiritu sunt, quasi in Dei conspectu
 persisterent. Illic sanctus Iosue singularia beneficia, quæ à
 Deo perceperant, in eorum memoriam reuocauit. Et tandem
 conclusit dicens: Nunc ergo timete Dominum, & seruite
 ei perfecto corde, atque verissimo. Quod si nolueritis, sal-
 tem ego, & domus mea seruiemus Domino. O quàm singu-
 lare præsidis exemplum, quo populus commotus dixit: Ab
 sit à nobis, vt relinquamus Dominum. Et qui totum illud
 caput leget, videbit quoties se Domino seruituros, & obe-
 dituros esse promiserint. Multum quippe conducit sancta
 8 proposita assiduo renouari, crebroque diuinæ legis adimplen-
 dæ determinatio. Cui proposito concipiendo permagni in-
 terest omnium commodorum consideratio, quæ ex diuinæ
 legis obseruatione provenire prædiximus. Nolebat utique
 Deus supellestilia tabernaculi à iumentis, aut bobus, sed ab ho-
 minibus asportari: vt patet in Numeris. Vbi dicitur: Filij autē *Numer. 7.*
 Caath non dedit plaustra, & boues: quia in sanctuario ser-
 uunt, & onera proprijs portant humeris. In quo significatum est
 diuinam legem non esse iumentis, quæ dētibus frendentia one-
 ra fugiunt, sed hominibus rationis, ac prudētisq̃ plenis, qui quæ-
 ti sua interest obedire, fructusque diuinæ legis intelligunt,

noruatq; Deum non quòd eorū ministerio indigeat, sed ad ipso
 rum vtilitatem eis præcepta imponere, quæ ab eis custodiri se-
Dent. 5. uerissimè iubet. Et ita dixit in Deuteronomio: Quis det talem
 eos habere mentem, vt timeant me, & custodiant vniuersa mǎ-
 data mea in omni tempore? O Deus infinitæ maiestatis cur mǎ-
 data tua vis ab hominibus obseruari? Quid ex eorum obedi-
 tia electuruses? Non hoc (ait Dominus) mei causa volo, sed vt be-
 ne sit eis, & filijs eorum in sempiternum? O benedictus talis
 Deus, qui sic vtilitati nostræ consulit.

Estq; valde notandum dñm ex tota lege sua peculiariter pro-
 ximorū dilectionē commendare dicētem. *Hæc mando vobis, vt di-
 ligatis inuicem.* Etenim amor est beneficiorum origo: q; si vos in-
 uicē dilexeritis, vobis inuicē benefici eritis. Quod si propter me
 feceritis ego illud in me recipio, ac si mihi beneficium conferre-
Isai. 28. tis. Et sic dicit Isai. Propheta: In loquela enim labij, & lingua lo-
 quetur populo huic, cui dixit: Hæc requies mea, reficite lassum,
 & hoc meum refrigerium. Hic Dominus Apostolorum prædi-
 cationes aperte promisit, ad quas eis diuersæ linguæ distributæ
 fuerunt: qui omnes in vna eademq; fuerunt doctrina concor-
 des: cuius summa & conclusio est charitas. Et quia hæc charitas
 in Dei, & proximi dilectione consistit, proximofq; diligere, &
 indifferenter eis benefacere, est signum diuini amoris, ideò di-
 cit: Reficite lassum. Vbi quod subdit, valde p̄sandum est: Hæc
 (inquit) requies mea hoc meum refrigerium, quasi ipse Deus fa-
 tigationem, necessitatemq; pateretur. Vt autem clarius cog-
 noscatis quali corde, ac visceribus nos in proximos nostros
Num. 11. Deus esse velit, aduertite quæ sanctus Moyfes Dño dixit: Cur
 afflixisti seruū tuum? & cur imposuisti pondus vniuersi populi
 huius super me: Nunquid ego concepi omnem hanc multitudi-
 nem, vt dicas mihi: Porta eosin sinu tuo, sicut portare solet nu-
 trix infantulum? O ineffabilē Dei probitatem? Attendite quæ-
 so fratres quanta amoris teneritudine voluit Dominus popu-
 lum illum rebellem, à quo toties fuit offensus, tractari. Hoc
 est in mensē illius maiestatis pectus: cui Moyfes in hoc obediit,
Exo. 32. illamq; abominabilem gentem adeò dilexit, vt dixerit: Aut
 dimitte eis hanc noxam, aut si non facis, dele me de libro tuo,
 quem scripsisti. O quantæ confusioni est nobis in amoris, &
 gratiæ lege viuentibās hæc audire: cum non solum amoris
 teneri-

12 teneritudine proximos non amemus, verum leuissima quaq;
 occasione in eos irascamur, & insectemur. Nunquid non pater
 vnus omnium nostrum? (dicit Malachias Propheta.) Nunquid *Malach. 2.*
 non Deus vnus creauit nos? Quare ergo despicit vnus quisq; ve-
 strum fratrem suum violans pactum patrum nostrorū? Et hoc
 rursum fecistis. Operiebatis lachrymis altare Domini fletu, &
 mugitu. Hoc dicit, quia oppressi, & iniurijs affecti ad templum
 Domini confugiebant, ibiq; lachrymantes de iniurijs sibi illatis
 conquerebantur. O quam merito verba hæc hodie dicere possu-
 mus, siquidem nostris met oculis perspicimus quot inhumani-
 tatibus alij in alios Christiani vtuntur, cum vna eademq; sit om-
 nibus fides, vnumq; omnes profiteamur Euangelium, & eiudē
 patris, ac Domini serui simus. O quis posset verbis explicare
 13 quod circa hoc sentit. Profecto, nisi in meliorem frugem nos re-
 cepturissimus, minus incōueniens esset, terram aperiri; quæ nos
 viuos deglutiret, quam in tantæ maiestatis conspectu nos tot
 odijs, ac inimicitijs repletos viuere. O lux beatissima tu Dñe
 nos illumina, quo tantam miseriam cognoscamus. Hæc est Do-
 mine classis tua? Hi ne sunt discipuli tui? Sic eis cœlestis doctri-
 na tua profuit? Hunc ex tuo admirabili exemplo, quod eis præ-
 stitisti atq; ex ineffabili amore, quo eos dilexisti, fructum perce-
 perunt? O homines lapidibus duriores, qui tot ac tantis nō sunt
 mollefacti beneficijs. Deus homo factus venit in mundum, &
 adimpleuit quod per Isaiā Prophetam promiserat dicens: *Isai. 40.*
 Ecce Deus vester in fortitudine veniet, sicut pastor gregem suum pa-
 scet: in brachio suo congregabit agnos: & in sinu suo leuabit fra-
 14 tas ipse portabit. O dulcissima verba infinitamq; Dei probitatē
 manifestantia, qui cum infinite fortitudinis sit, tanquam clemē-
 tissimus pastor sese cū hominibus gessit, quos cruore cōspersos,
 obscœnos, imbecillesq; reperiens non horrūit, sed eos diui-
 nis brachijs suis amplexus fuit sacratissimoq; pectori, & cordi
 applicuit. Eia crudeles, quare quanta cum pietate suos ini-
 micos peccatores Deus recipiat, audientes non confundimini?
 Et cur tanto exemplo concitati vosmetipsos non vincitis,
 vt proximos vestros intimo cordis amore cōplectamini. Quod
 si quis dicat: Pater inimici mei cruorem mihi bibere concu-
 piscunt, ideoque non est mirum, si eorum interitum exoptem,
 nihilominus tamen ò frater cum sis rationalis optimis

tibi considerationibus resistere potes. Considera inimicos tuos magni boni tibi occasione esse. Cū quadā die in senatu Romano recenseretur quam tranquilla, atq; pacifica Respublica viueret Carthagine, scilicet, superata, Europa in populi Romani seruitutem redacta, Africa tributa soluente respōdit Scipio: Imo verò nunc in maiori periculo sumus, non enim habemus inimicos, quos timeamus. Eos inimicis carere magnum prudens ille vir periculum ipsis esse ducebat: ab eis enim oppugnati diligenter militariæ exercitationi vacabant, illis verò penitus superatis, cū neminem pertimescerēt, lasciuia, alijsque vitijs indulgebāt. Sin minus dicite (quæso) cur populus hic nō est bene munitus, nec in eo militaris exercitatio floret? Quiavtiq; hostes nō timet ideoq; armis se munire nō curat. At verò populus quātūcūq; modicus sit, si in hostiū conspectu situs est, quantū potest se munit. Hoc igitur commodū vobis afferūt inimici, scilicet, vt quasi ciuitas hostium congressibus exposita semper cum sollicitudine, vigilantiaq; viuatis. Amici sunt vitiorum occultores hominibus imperfectis: nam coram eis nihil dicere, aut facere verentur: inimici verò sunt fræna vitiorum. Si te loquente inimicus tuus aduenit, cōticescis, ne te in verbis capiat. Si habes inimicos, statim in noctis crepusculo te in domum tuam recipis. Ecce quomodo inimici efficiunt te silentium, reclusionemque seruare.

Ergo consentaneum est illos à te diligere siquidem tibi sunt virtutis occasione. Præcipueq; hoc te facere oportet, quia Deus in hac sancti Euangelij lectione, atq; in alijs compluribus sacræ paginæ locis id tibi præcipit absolute. Nam in Prouerbijs dicitur: Noli de mortuo inimico tuo gaudere, sciens quoniam omnes morimur, & in gaudium volumus deuenire. Siquidē postquam peccauimus, & Dei inimici sumus, volumus, vt nos in gloriam suam perducatur, iustum est nos ea mensura metiri, qua volumus, vt Deus nos metiatur. Est q; valde notandum hic vbi no legimus, in gaudium volumus venire, aliam translationem habere: In gaudium nolumus venire: & sic legit etiam Rabanus. In quo miseria nostra notatur, cum simul velimus, atque nolumus. Volumus nobis ignoscere, & gloriam conferri, nolumus autem alijs parcere, neque quæ nobis Deus imperat, facere. Et hoc est quæquã velle, & simul nolle, sicut de pigro dicitur.

18 In Prouerbijis: Vult, & non vult piger. Efficacissimum est etiam
 remedium ad patientiam in persecutionibus habendam, atq; ad Prouer. 13.
 persecutores nostros diligendos, quod Dominus subdit dicens:
Si mundus vos odit scitote, quia me priorem vobis odio habuit. In his enim
 verbis pramonuit omnes sequaces suos, vt parati essent, ne ab
 aduersarijs, & persecutoribus incauti occuparentur. Nam vt ait Seneca.
 Seneca, sero animus ad periculorum patientiam post pericula Grego.
 instruitur. Et D. Gregorius illud psalmi ceterlini decimi octa-
 ui: In mandatis tuis exercebor, & considerabo vias tuas, sic ex-
 ponit: Quicumq; proficere in virtute cupit, redemptoris vias ocu-
 lis subijciat, atq; vt mens ad diuersa praparetur, moerorem gau-
 dium putet, & praesentis vitae gaudia damna mortis esse credat.
 Hoc fecerat gloriosus Apostolus Paulus cum diceret: Quae mihi Phili. 3.
 fuerunt lucra, haec arbitratus sum propter Christum detrimen-
 ta, propter quem omnia detrimetum feci, & arbitror, vt sterco-
 ra, vt Christum lucrifaciam ad cognoscendum illum, & virtute
 resurrectionis eius, & societatem passionum illius configuratus
 morti eius, si quomodo occurram ad resurrectionem, quae est ex
 mortuis. Omnia vir sanctus ante oculos proponebat: futuros la-
 bores praestantissimumq; sui ducis exemplum, nec non admira-
 bile resurrectionis praemium. Et sic his munitus armis mundi lu-
 cra damna esse ducebat, mortemq; lucrum sibi iudicabat. Est q;
 valde notandum in his verbis: Me priorem vobis odio habuit,
 dictionem priorem, dignitatis potius, quam temporis priorita-
 tem significare, quamvis etiam temporis prioritatem significare
 possit. Et sic declarat D. Augustinus illud Ioannis dicentis: Quia Ioan. 1.
 20 prior me erat, id est, me dignior, atq; praestantior. Et ita hic: Si me
 priorem vobis odio habuit, significat: Si me filium Dei, totiusq;
 sanctitatis fontem mundus odit, ne miremini si vos odio habeat.
 Et inferius dicite eis: Si me persecuti sunt, & vos persequentur,
 id est, si quidem me licet optimum, ac summe diligendum tam
 immaniter persecuti sunt, & vos persequentur. Sanctus David
 piam quandam sanctae Ecclesiae, atque iustorum, quos mundus
 fuit infectatus querelam copiose recenset, & eorum nomine sic
 dicit: Deus auribus nostris audiimus: patres nostri annuncia-
 uerunt nobis opus, quod operatus es in diebus antiquis. Id est
 grandia auxilia, quae Abraham, Isaac, Iacob, Ioseph, Moyse,
 Iosue, alijsque priscis patribus, seruis tuis praestitisti, & quam

gloriosos eos in omnibus effecisti: mirabilia, quæ illorum causa in Aegypto perfecisti, & quam fortiter, atque potenter eos in terram promissionis introduxisti, audiuius: & quomodo manus tua gentes disperdidit, & plantasti eos. Non illi quidem, sed tu hæc fecisti. Neq; enim in gladio suo possederunt terram, & brachium eorum non saluauit eos: sed dextera tua, & illuminatio vultus tui, quoniam complacisti in eis. Addit q; sanctæ Ecclesiæ nomine dicens: Tu es ipse Deus meus, & rex meus, qui mandas salutes Iacob. Quæ nam igitur est inmetatio hæc? quæ tanta desertio? quomodo in tuos te crudelem reddidisti? Tunc tot eos indulgentijs permulcebas: nunc autem expulisti nos, & confundisti nos, auertisti nos retrorsum post inimicos nostros: & qui oderunt uos, diripiebant sibi. Dedisti nos tanquam oues escæ, & in gentibus dispersisti nos: quæ non solum nos cruciarunt, sed magnis nos ignominijs deturparunt. Et sic tota die verecundia mea contra me est, & cõfusio faciei meæ cooperuit me. Etenim tyranni sanctorumq; insectatores sanctas feminas publice denudabant, & in omnium conspectu suspendebat, vt Ecclesiasticæ historiæ referunt. Hæc omnia venerunt super nos, neq; oblitus sum te, & inique non egimus in testamento tuo: & non recessit retro cor nostrum. O quoties sancti illi Patres chrymantes hunc psalmum (vt credo) cum suis clericis recitauerunt cum sacris Ecclesijs per tyrannos destruetis ad montium caernas confugerent. Ecquis eos sic afflictos, tribulatosq; perspicies non stuperet, considerans nunc (humano videri) Deum suis diligentius esse fauturum: cum iam humanã naturam suscepit? O altitudo diuitiarum sapientiæ, & scientiæ Dei, quam incomprehensibilia sunt iudicia eius, & inuestigabiles viæ eius, ait D. Paulus. Non utiq; illa desertio, nõ, sed magnũ erat auxiliũ, non obliuio, sed amor ardentissimus. Sic diuina prouidentia cõuenire perspexit. Non acceptator personarũ, sed temporũ considerator est Deus. In principio cũ mundus similis esset infanti, populũq; Dñi esset imperfectus sicut pia mater liberos suos paruulos, ac teneros delicatè tractat, ac multis maneribus donat: sic Deus se cũ hominibus habuit eos plurimis indulgētijs permulceus. At postquam Deus homo factus est, mundoq; illuxit, & diuinus spiritus suorum cordibus se infudit, non oportuit populũ eius in ætate iã perfecta persistentem terrenis manusculis, quasi

Rom. 11.

Simile.

24 quasi pueros allici: sed tanquam præstâtissimos equites pretio-
 sis, quæ illis ipse dedit, armis munitos, crudelibus, sanguinolentis
 q; prælijs intendere, ex quibus locupletes coronas eliceret. Quo
 sic mundo innotesceret quantû filij Dei aduētus in mundû pro-
 fuerit: cû nulla tyrannorum tormenta, nullę ignominia, oppro-
 bria nulla iustos à diuina charitate potuerint subtrahere. Atq; etiã
 voluit, vt labores paterentur, quia multum interest inter narra-
 tionem passionis Dñi, clauorum, verberû, opprobriorum, cru-
 cis, ac deniq; mortis, quã pertulit, & actualẽ eorum experienciã
 & in proprio corpore tolerantia. Voluit Deus eos calicis sui par-
 ticipes facere vt experimento cognoscerent, quid fuerit eorum
 causa perpeffus, gustarentq; quod ipse ob eorum peccata gu-
 stauit, & quo clarius beneficiũ cognoscerent, eò ardētius pro
 25 illo gratias agerent. Atq; etiam aliquo modo (si sic dici potest)
 eis iniuriã videretur inferre, nisi eos pati fieret, sicut ipse pat-
 sus est, nolletq; illos adipisci quæ ob martyria naēti sunt. O pa-
 teti misericordiarũ, & Deus totius consolationis, quæ vox, quæ
 poterit lingua retexere, quæ tu martyribus munera præparas?
 Si ardētissimorũ Seraphim corda inuidiã capere possent, iustis,
 qui in lege gratiæ pro Dei gloria, tot tormenta perpeffi sunt, ma-
 ximẽ (credo) inuiderent. Nullus enim illorum bonorum spiri-
 tuũ allatus, lapidatus nullus, nullus deniq; propter Deum suum
 fuit excoriatus. O quanta nunc hæc considerantes exultatione
 perfunduntur. O quam alacriter ignibus, entibus, vngulis, ver-
 beribus, ac tormentis, quæ pertulerunt, per quæ, ad tantam glo-
 riæ celitudinem peruenerunt, benedicunt. O quantopere nũc
 26 gaudent, quia in carnificum manibus à Deo sunt clementissi-
 me dereliēti. (*Por quanto no quisieran aquellos santos, me dexid, auer
 dexado de padecer lo que padecieron?*) Ergo Deũ illos martyria perpe-
 titinẽs nõ illos deseruit, vt hominibus videbatur sed magnũ po-
 tius eis contulit beneficiũ: non immanitate quidẽ, sed clemētia
 cũ eis vsus est. Quid autẽ de hac misera tēpestate dicemus cũ iã
 sese homines adeo diligunt, laboresq; oderũt vt vix quisquã mi-
 nimũ quodq; pro Dei gloria detrimentũ perpeti velit? Si hodie
 vna ex illis cõpluribus antiquis persecutionib⁹ in Christiana re-
 ligione confurgeret, quæ Ecclesiam Dei afflixerũt, quãdo mul-
 ta millia martyrũ in cælum vndiq; mittebãtur nanquid Deus
 fidem in terram inueniret, cum iniuriam nobis à proximis nostris
 c 5 illatam

illatam non feramus, nec allatum aliquod incommodum dimit-²⁷
tamus? Siquidem tam parua non ferimus, quomodo magna to-
lerabimus? Cum in modico fideles non simus, quomodo in mul-
tis erimus? O bone Iesu, o Angelorum gloria, noli Domine,
noli hac nos tempestate probare, ne quam parum in nobis ha-
bes appareat. ²⁸ Hijs, quæ Germani fecerunt, cõijcere potestis,
quid nos faceremus. Etenim perditum cuiusdam fraterculi fraus
tantam prouinciam, hominesq; humano videri, tam graues, ac
nobiles, quibus ob illustrem, ac singularem eorum fidem sancta
Ecclesia prisci; summi Pontifices Christiani populi imperij
monarchiam aduersus Ethnicos, barbarasq; nationes commise-
rant, euertere, decipere, atq; à verissima, & antiquissima fide, sa-
cræq; Ecclesiæ obedientia potuit separare.

Hi ergo, qua occasione, quibus miraculis, quibus minis, qui-²⁸
bus largitionibus, quo deniq; sanctitatis exemplo concitati tã
breuiter, tam facile, tam gratis ab obedientia, si deq; Deo, ac san-
ctæ eius ecclesiæ debita recesserunt, in tantosq; errores, & abo-
minationes, quantos audijstis, inciderunt? O tremendum Dei
iudicium? Ecquod vel faxeum cor hæc audiens timore non fran-
gitur? Quod si illi tam facile corruerunt, quid de nobis poterat
iperari, quibus ad eò voluptas, libertas, superbia, & cætera vitia
dominantur? O quàm merito Deum possumus rogare, dicere-
que: Domine per infinitam misericordiam tuã te deprecamur
ne modo nos probes: nescio enim quid in nobis reperiens. Sæcu-
lares igitur fratres charissimi contradictiones æquo animo per-
feramus. Cumq; nos mundus in seclatus fuerit, exulemus: hoc
est enim signum nos Dei esse electos. Ij autem, qui conciona-²⁹
tores, diuiniq; verbi ministri estis, ne deficiatis, si vobis pro ani-
marum salute laborantibus, tantum fructum sicut velletis non
sentitis. Attendite Christum summum concionatorem, sum-
mamque sapientiam plurimas conciones habuisse, quas ineffa-
bilibus miraculis confirmauit, cœlestem tamen eius doctrinã
à paucis fuisse susceptam. Qui quidem hic Apostolis suis, & vo-
bis etiam dicit: *Si sermonem meum seruaauerunt, & vestrum serua-
bunt.* Origenes super epist. ad Rom. verba illa primi capituli exponens,
vbi dicitur: *Per quem accepimus gratiam, & Apostolatam*, no-
tat Christum Redemptorem nostrum, quò eius Apostoli Apo-
stolatu Euangelicæq; prædicatione melius fungerentur, non so-

Origenes.
Rom. 1.

lum spiritalem, sed benedicendi etiam eis gratiam communi-
 casse, vt grati, iucundi, lepidi; prædicatores essent. Cumq; di-
 uinus Dominus gratiosissimus esset cõcionator, vt dicitur apud *Luc. 4.*
 D. Lucam: Mirabantur in verbis gratiæ eius, quæ procedebant
 de ore eius, hanc etiam illis gratiam communicauit. Vnde ver-
 ba illa: per quem accepimus gratiam, sic intelliguntur: non solũ
 gratiam iustificantem, sed etiam dicendi gratiam accepimus.
 Cumq; ipse etiam Redemptor summus Apostolus fuerit, vt ait
 Diuus Paulus considerate Apostolum, & Pontificem confesio-
 nis nostræ, qui fidelis est ei, qui fecit illũ: hæc omnia sanctis Apo-
 stolis communicauit. Et quanuis omnes fidelissimi in suo mini-
 stero, nimisq; gratiosi essent, eos tamen mundus odio habuit,
 & maior illius pars in infidelitate remansit, & non solum eorum
 31 doctrinam nõ receperunt, sed eius causa illis mortem intulerũt.
 Ne miremini patres mei, si cõciones vestræ operationem, quã
 optatis, non effecerint. Nec ideo defeciscamini, sed cum spiritus
 feruore, pioq; exemplo perseuerate hos binos sanctos Aposto-
 los Simonem, & Iudam B. Iacobi Minoris fratres imitando, qui
 omnes tres filij fuerunt Mariæ Cleophæ sororis sacratissimæ
 Virginis Mariæ Dominæ, N. quæ etiam cum cœlesti regina, &
 cum Magdalena, ac B. Ioanne iuxta Domini crucẽ stetit, vt pa-
 tet in euangelio Beati Ioannis: vbi socia, particepsque fuit *Ioan. 19.*
 Dominici calicis. Quem etiam tres gloriosi eius liberi pa-
 tientissimè biberunt: gratiaque cœlesti repleti æterna
 beatitudine fruituri ad ætherea regna migra-
 runt. Ad quæ nos perducatur Ie-
 sus Mariæ filius,
 Amen.

IN COMMUNI

Euangelistarum Con- cio Prima.

Designauit Dominus, & alios septuaginta duos, &c.
Luca. 10.

Ioa. 3.



DOQVENS Christus Redēptor no-
ster de diuino amore dixit: Sic Deus dile-
xit mūdum. Quomodo sic? Vt filiū suū ²
vnigenitū daret. Hunc donans omnia pos-
sibilia dedit, quod fuit sufficiētissimum
bonū ac reparatio mūdi. At, necesse erat
hūc amorē, ac beneficiū hominibus inno-
tescere. Nisi enim illud cognouissent, pa-
rū eis prodesset, Deū mūdū venisse. Verū D. Paulus ait: quo-
modo credent ei, quem non audierūt? Quomodo autem audiēt

Rom. 10.

Isai. 52.

sine prædicante? Quomodo verò prædicabunt, nisi mittantur?
Statimq; citat Isaiā prophetā dicens: Sicut scriptum est, quam
speciosi pedes euangelizantiū pacem, euāgelizantiū bona. Vbi
notandū est in translatione nostra hic legi: quā in pulchri super
montes pedes annunciantis, & prædicantis pacem, annuncian-
tis bonum, prædicantis salutem. Perpēdite quoties sanctus Pro ³
pheta repetit verbum, annunciantis, & prædicantis, vt rei neces-
sitatē magis exaggeret. Quæ omnia S. Apostolus breuioribus
verbis comprehendit. Et sept. interp. hic transtulerūt: Sicut ho-
ra super montes, sic pedes euangelizantis auditum pacis. Euan-
gelizantis bona horæ horologij super montem sonantis confe-
runtur, qua multi gubernātur. In omnibus translationibus ostē-
ditur quantum bonum mundo sacrorum Domini discipulorū
prædicatio attulerit: quamq; singulare beneficium fuerit illos
tam scēlices nuncios relatueros mitti ad gentes. Hoc prædixerat
Abacuch propheta his verbis: Domine opus tuum in medio an-
norum viuifica illud, in medio annorum notum facies. Statim-
que

Abac. 3.

4 que paulò inferius addit: Qui ascendis super equos tuos, & quadrigæ tuæ saluatio, idest, Domine opportuno tempore esse, vitamq; operi misericordiæ tuæ dabis, illudq; excitabis humanam assumens naturam, hoc que vniuerso mundo prædicari iubebis equos, & triumphales currus assumēs. Hi sunt sacrosancti Apostoli, discipuliq; tui, in quibus tanquam in equis asidebis, & velocissimè cures, vt toti mundo illucescas, illum que abijs in quibus residet, tenebris eripias.

Eccè hæc omnia adimpleta, cum dicat sanctum Euangelium, *Designauit Dominus, & alios septuaginta duos, & misit illos binos ante faciem suam.* Super quo animaduertendum est sanctum Euangelium non dicere illos se se ad tantum munus exequendum inuitasse, neq; vtrò obtulisse: sed à Domino fuisse designatos, & missos. Inter alia cognomina, quæ iustus virtute comparat, vnum est sanctus appellari. Sanctus enim idem significat quod totus Deo dicatus, atq; deuotus, cui nihil sui manet, aptus, sicut acerrimus Iesu Christi miles, vt vbi primum pugnæ signum sonet, statim diuitias, honorem, ac vitam denique offerat. Vnde sanctificari sabbathum est, festum Domino dedicari. Reliquos dies in nostri ministerio consumimus diem autem festum integrum Deo debet obseruari. Sic homo sanctus idest, homo totus Deo dicatus. Ideò de Christo R.N. dixit Angelus sacratissimæ Virgini Mariæ Dominæ nostræ: *Quod nascetur ex te sanctum* Luc. 1. *vocabitur filius Dei. Sanctum, idest, totum Deo consecratum. Et sic dicit Beatus Paulus supernum mundi saluatorem cum suo æterno Patre loquentem, cum in mundum ingrederetur, idest,* Hebr. 10. *in instanti conceptionis suæ, (Etenim hoc significat, ingrediens mundum) Corpus aptasti mihi, idest, (Disserue vn cuerpo hecho, a tu condicion)* Luca. 2. *Et sic intelligitur illud B. Lucæ: Omne masculinum ad aperiens vuluam sanctam Domino vocabitur, idest, Deo offeretur, atque dicabitur. Ideoq; Nazarçi Deo comas offerebant. In quo significabatur, qui verè, & ex animo se Deo deuouet, capillos quidem quos ventus deferre solet, ac pedibus conculcantur, & in sterquilinum emittuntur, nec pallij pilum in Sathanæ ministerio consumere, sed Deo cum omnibus suis ministrare velle. Peccator cum omnibus, cum substantia, honore, vita, & anima Sathanæ deseruit. Iustus vice versa nihilò Sathanæ, aut mundo, cunctis verò Deo deseruit. Verùm quanuis omnino sit* Num. 6.

Deo

Deo dicatus, honestis tamen, & magnæ autoritatis muneribus exercendis non se offert. Et ita dicit Diuus Paulus: Nec quisquam sumit sibi honorem, sed qui vocatur à Deo tanquã Aarõ. Et de seipso alibi dicit: Paulus seruus Iesu Christi vocatus Apostolus segregatus in Euangelium Dei, idest, quanuis Iesu Christi sum seruus legitimo certamine acquisitus, nõ ego me in Apostolatus munus immisi: sed Deus me in Euangelij sui prædicatorem vocauit. Vnam ex rationibus, quare multi huius miseræ tempestatis concionatores tam parum fructus efficiunt, esse credo, quia à Deo nõ sunt vocati ad hoc sanctum ministerium, sed ipsi sese vanè ac præsumptuosè iactantes illud vsurparunt. Sicq; ex concionibus nihil aliud, quam honorem auctoritatemq; sibi expetunt. De concionatoribus à Deo missis dicit Apostolus: Fiduciam talem habemus per Christum ad Deum, nõ quòd sufficiẽtes simus cogitare aliquid à nobis quasi ex nobis. Sed sufficientia nostra ex Deo est, qui idoneos nos fecit ministros noui testamenti non litera sed spiritu. Perpendite sancti Apostoli (licet adeò legis periti) humilitatem: qui omnem fiduciã suam statuerat in sufficientia, quam sibi Dñs contulerat, quia ipsum in prædicatorem suum elegerat. Estq; notandum híc, vbi nos legimus: Non litera, sed spiritu, in alia translatione esse non literæ, sed spiritus, sicut etiam est in contextu Græco. Quasi diceret: Non sumus prædicatores tantum verborum, nec eis, aut exteriori legis literæ, sed diuino spiritui sumus astricti: eoq; illustrati literæ spiritum, & quod Deus in illa dicere voluit, perscrutamur. Hocq; in genti spiritus efficacia prædicamus, hominesq; spirituales efficere curamus,

Et misit illos binos. Videlicet, vt sese inuicem consolarentur, & alter alterius vitæ cõsuleret. Vt enim dicitur in Prou. Frater, qui adiuuatur à fratre, quasi ciuitas firma est. Et in Ecclesiaste dicitur: Melius est duos esse simul, quã vnũ, habēt enim emolumentum societatis suę. Si vnus ceciderit, ab altero fulcietur. Vx soli, quia cū ceciderit, nõ habet subleuãtem se. Et hæc est vna ex rationibus, ob quas diuinus spiritus iustũ palmę cõfert dicēs: Iustus, vt palma florebit, scilicet, quia inter omnes arbores sola palma ab alijs separata fructũ non fert, quod si fuerit altera comitata fructum feret: sicut experientia cõperitur. Seritur quippe certi generis palma iuxta alteram, quo aër per vnã transiens, aliam fructum

Ebr. 5.

Rom. 2.

Cor. 3.

Prou. 18.

Eccles. 4.

Psal. 91.

10 fructum gignere faciat. Sic multis iustis solis commorantibus spiritus exunguitur, & in virtute marcescunt: alijs verò sanctis cōiuncti proficiunt, florent, ac ingentem fructum preferunt meritorum. *Misit illos binos ante faciem suam.* Hæc verba duo significant. Alterum, quod misit eos ante faciem suam: sicut venatores Hispani (Monteros) regem venatum euntem præcedere solent. Per Hieremiam Proph. dixerat Deus: Mittam eis multos venatores, & venabuntur eos de omni monte, & de omni colle, & de cauernis petrarum. Regij venatores in nemoribus regem præcedunt, ferasq; excitant, atq; exagitant quousq; eas in statione vbi eas rex expectat, inducunt, quo illas telo suo interficiat. Sic supernus Rex regum Iesus Christus discipulos suos binos misit ante faciem suam, vt quasi venatores homines tanquam belluas
 11 in vitiorum nemoribus delitentes excitarent, & in cœlestium sacramentorum stationes, vbi ipse manet, inducerent: ibique telo suo eos mundo, ac peccato necaret. Hoc est fratres concionatorum munus, vos quasi feras scelerum vestrorum montibus inclusos reprehensionibus, rationibus, exhortationibus, promissionibus, ac denique comminationibus commouere, quo è tam misero statu erumpentes ad diuina sacramenta confugiatis, in quibus sicut in statione vos rex cœlestis expectat, vt diuini amoris sui iaculo feriat, vt vniuerso malo mortui toti bono viuatis. O Deus infinite maiestatis, hodie Dñe verbis meis confer efficaciam, vt si quod hîc adest brutum animal, si quis libidinosus, siue superbus, siue quiuis alius peccator, eis commotus per veram pœnitentiam è vitiorum suorum nemoribus exiliens ad te conuertatur. Altera horum verborum: Ante faciem suam, significatio est: quod misit eos sicut prudētes viros, & magnæ considerationis, vt ministeriū, ad quod mittebantur, exequentes recordarentur se in diuino conspectu persistere. O quam necessariū nobis est in omnibus, quæ facimus, considerare Deū magis, quā nos nobismetipsis adesse. Hoc Deus Abrahæ maximè commendauit dicens: *Ambula corā me, & esto perfectus.* In hoc verbo: *Ambula*, illum hortatur, vt semper in virtute proficiat, nee retrosum regrediatur. Vnde Theologi iustos huius sæculi viatores, vocant, quia per mansiones suas ad cœlum iter faciunt. Illuc autem accedentes, comprehensores appellant, quia finem optatissimum, ob quem à Deo creati sunt

Hierem. x6.

simile.

Genes. 13.

manu comprehendunt, & nanciscuntur. Et illud: Esto perfectus, ¹³
 idem significat, quod, eris perfectus. Hic enim sicut & in alijs sa-
 cræ paginæ locis imperatius pro futuro sumitur, vt successus in
 fallibilitas exaggeretur, vt dicitur in Psalmo. Gustate, & videte
 quoniam suavis est Dominus, idest, Deum gustare incipite, & vi-
 debitis, quàm suavis est Dominus. Et ibidem: Accedite ad eum
 & illuminamini, idest, accedite ad Deum, qui est perennis fons
 Lucis, & illuminabimini. Et alibi. Vacate & videte, quoniã ego
 sum Deus, idest, à creaturis vos expedite, & me Deum esse vide-
 bitis, idest, cognoscetis. Nam separatio ab amore creaturarum, &
 celeris per eam transitio hominem in creatoris cognitionem in-
 ducit. In his omnibus locis imperatius est pro futuro, sicut ali-
 bi est futurum pro imperatuo, vt apparet in præceptis Decalogi
 Non mæchaberis, non annunciat, neminem esse mæchaturum, ¹⁴
 sed prohibet hoc fieri. Ponitur autem in futuro, vt efficacius pro-
 hibeatur. De hac sancta exercitatione, qua perfectio impetra-
 tur, magnopere gloriabatur Dauid dicens: Meditatio cordis mei
 in conspectu tuo semper. Vnde filius eius Salomon Deum allo-
 quens de Patre suo dicit: Tu fecisti cum seruo tuo Dauid patre
 meo misericordiam magnam, sicut ambulauit in conspectu tuo
 in veritate, & iustitia, & recto corde tecum. Hoc etiam sanctus
 Rex Ezechias citabat dicens: Obsecro Domine, memento que-
 so, quomodo ambulauerim coram te in veritate, & corde perfe-
 cto. Hæc erat sanctorum illius temporis exercitatio. Et Sanctus
 Zacharias dixit ad hoc nobis Deum humanatum deditum fuisse,
 vt (inquit) seruiamus illi in sanctitate, & iustitia coram ipso, om-
 nibus diebus vitæ nostræ. Quod Beatus Paulus Apostolus ve- ¹⁵
 re, & ex animo faciebat. Ipse enim dicit: Non sumus sicut pluri-
 mi adulterantes verbum Dei: sed ex sinceritate sicut ex Deo co-
 ram Deo in Christo loquimur, idest, non sumus, sicut plurimi,
 qui verbum Dei adulterantur, ex illo suo spiritu falsos adulteri-
 nosque sensus gignentes, cum tamen verus eius sponsus, atq; ma-
 ritus sit spiritus diuinus. Sed de sancti Euangelij sinceritate, pu-
 ritateq; loquimur, sicut ab Spiritu sancto, qui & ipse Deus est,
 percepimus. Et sic verbum Dei explicamus, deq; illo loquimur,
 per merita Iesu Christi, quasi qui coram Deo est, & loquitur. Et
 alibi dicit: Coram Deo in Christo loquimur. Dicensque in his
 duobus locis, in Christo significat, coram Deo loqui, ambulare.

Feria quinta post Cineres.

*Cum intrasset Iesus Capharnaum, accessit ad eum
Centurio, &c. Matth. 8.*

VNum ex illis, quæ magis in sacris literis laudatur, est misericordia. De charitate dixit S. Paulus, fides, spes, charitas, maior autem horum est charitas & hoc est, quia charitas non solum ad proximum, sed ad Deum præcipue ordinatur. Et ut dixit Arist. Actus distinguitur per objecta. Præstantissimus scopus omnium est Deus, & quia objectum & scopus charitatis est Deus, ideo charitas est virtus omnium præstantissima. Verum præter affinitatem, quam cum Deo habet, si illam consideremus in quantum ad proximum ordinatur, dico quod charitas est, ipsa misericordia, siue misericordia est filia primogenita, & principalis charitatis. Ipsa enim charitas, quæ nos ad proximi amorè inclinatur, ipsa (in qua) nos mouet ad detestandum malum, quod proximo euenire potest, & illi in necessitate subueniendum. De hac misericordia dixit Dauid loquens cum Deo quonia dixisti in æternum misericordia edificabitur in cælis. Tu Domine dixisti, & ita oportet esse, quod misericordia, & pietate æternum in cælo ædificium constructur. Maxima est hæc excellentia misericordiarum. Aliam etiam de illa dixit Ecclesiasticus his verbis: Ignem ardentem extinguit aqua, & eleemosyna resistit peccatis: & Deus prospector est eius, qui reddit gratiam. Meminit in posterum, & in tempore casus sui inueniet firmamentum. O mirifica verba, & mirifica beneficia quæ misericordie promittuntur. Licet quod eleemosyna, & misericordia, qua erogata est, est sicut fortissimum, ad resistendum peccatis, quando nos agrediuntur: & est aqua frigidissima, in qua commissa demerguntur. Peccata viri erogantis eleemosynam, non habebunt vires, erunt mortua, & in eleemosyna submersa: quia per eam disponitur homo ad illorum veniam consequendam. Peccata vero hominis crudelis qui proximi sui non miseretur erunt viva in hora mortis eius, & sicut viva illum condemnabunt. Dicit etiam quod misericors est gratus. Qui reddit gratiam: & se non solum hominibus, sed Deo etiam iucundum ac gratum efficit. Facientem opera misericordiarum erga proximum suum vocat hic Spiritus sanctus reddentem gratiam, quia ali-

1. Cor. 13.

Arist. 2.
de anima.

Psal. 88.

Eccles. 13.

quomodo beneficia, quæ à Deo acceperat, persoluunt. Et idcirco ac- 4
 ceptionis oculis illi Deus intuetur, & recordabitur illius, ut in
 posterum maiora beneficia in eum conferat. Et in die casus sui. Hoc
 est in morte sua, reperiet bona opera quæ fecit, quæ erunt quasi co-
 lumna, cui adhaerebit, ne in infernum labatur. Quid vobis videtur
 fratres mei de hoc, quod de viro misericorde dicitur? quis dein-
 ceptis viscera sua in proximos non patefaciet? & quis eis quan-
 tum poterit non fauebit, cum talia præmia Spiritus sanctus
 misericordibus promittat? Contrà vero maxima sunt supplicia,
 quibus Deus punire solet duros corde, & qui non habent mise-
 ricordiam. Propheta Oseas, supplicium quoddam maximum
 commemorat dicens: & ablactauit eam, quæ erat absque mise-
 ricordiam. Licet Deus tantoperè Hebræos dilexerit, quia tamen in
 proximos suos crudeliter fuerunt non occurrentes illis in necessita- 5
 tibus eorum, eis consolationes, & particularia auxilia abstulit: at-
 que hoc vocat S. Propheta ablactare. Dicere quod Deus ablactat, est
 dicere, quod auferat suam peculiarè providentiam, manutenentiam.
 & consolationem, & ita vbi nos in Genesi legimus: Ego Deus om-
 nipotens. Est in Hebræo: Ego Deus Sadai, id est, vberum, id est, Deus
 qui habet vbera. Et ideo sponsa dicebat. Osculetur me osculo oris
 sui, quia meliora sunt vbera tua vino fragrantia vnguētis optimis
 Quam admirabilis, & inusitata res, quod sponsus optimis vberibus
 laudetur. Vbera in viro inepta videntur. O quam maximum my-
 sterium est hoc. Vbera ista sponsi, qui est Deus sunt ineffabiles
 fauores, & consolationes, quæ magis animam fulciunt, quam omnes
 seculares voluptates per vinum significata. Has ergo consolationes 6
 & indulgentias adimit Deus homini non videnti misericordia cum
 proximis suis. O quam graue supplicium? Videte qualis maner-
 et infans ablactatus à matre sua, & sine villo, qui eum protegeret,
 & de illo curam haberet. Talis profecto manet anima à Deo dereli-
 cta propter duritiem, crudelitatemque suam. Cupis ergo frater inter
 vbera Dei commorari? vis ut te à se non expellat, nec te derelictum de-
 serat? Esto misericors: siquidem per misericordiam tot bona in presen-
 ti: & in futuro seculo comparantur. In Actibus dicitur quod erat in ci-
 uitate Ioppe mulier quædam nomine Dorcas, hæc erat plena operi-
 bus bonis, & elemosynis, quas faciebat: factum est autem, ut infir-
 mata moreretur, quam cum lauissent, posuerunt eam in cœnaculo,
 Cum autem prope esset Lydda ad Ioppe, discipuli audientes, quia

D. Petrus

Ose. 1.

Genes. 17.

Cant. 1.

7 Diuus Petrus esset in ea miserunt duos viros ad eum rogantes, vt veniret Ioppe. Cumque sanctus Petrus venisset, duxerunt illum in coenaculum, & circumsteterunt illum omnes viduæ flentes: & ostendentes illi tunicas, & vestes, quas faciebat illis Dorcas. Et videns sanctus Petrus eleemosynas, quas illa clemens mulier eroga uerat. hoc vno commotus positus genibus pro illa orauit, eamque suscitauit. Dignissima est enim, quæ longissimam vitam ducat, persona, quæ in operibus charitatis se exerceat.

Hæc omnia diximus occasione huius sancti Euangelij, quod hodie nobis alma mater Ecclesia proponit, in quo fit mentio de homine quodam gentili, qui quod esset misericors adeptus est, vt in cognitionem Dei veniret, & tantam fidem haberet, vt dixerit summa veritas: *Non inueni tantam fidem in Israel.* In quo admone mur, vt quanuis in peccato aliquando simus, non tamen desista mus bene operari: per hanc enim viam remedium reperiemus, sicut hic optimus Cæturio illud inuenit. Et vt paulò antea diceba mus super illa verba Ecclesiastici: Ignem ardentem, &c. Et licet sanctus Matthæus hic non meminerit, nisi de pietate tantum in do, qua hic optimus vir cū seruo suo infirmo vsus fuit: sanctus Lu cas hanc historiam referens, dicit quòd synagogam Hebræis con- *Luc. 7.* struxerat. Itaque erat misericors erga Deum, & erga homines. Et sicut prudens, ac verus misericors ita alienis succurrebat, vt suorum non obliuisceretur. Qui enim in domesticos suos est parcus, & in alienos liberalis melius potest vauus, quam misericors nūcupari. Hic est sicut fluuius Xalon, qui oritur in Castellâ, & irrigat Ara- *Simile.* goniam. Magnæ stultitiæ est, quòd domesticos, & cōsanguineos tuos pauperes, nudos, & ægros deferas, & eleemosynam ad extra neos mittas. Oritis in Hispania, & irrigas Aragoniâ. Veram mise- ricordiam à domo tua oportet incipere: postea verò si fuerit possi- bile, ad extraneos peruenire. Alij omnia bona sua cū hominibus locupletibus, & potētibus consumunt: domesticos autē suos fame perire sinunt. Hi fluuij, quos plerunq; videtis tāta aquæ abundan tia defluere, totā illā in mare immittunt, ybi tāta illius abundātia est: proximas verò ripas ita aridas, & steriles relinquunt, vt ne gut- ta quidem aquæ in illis maneat. O fluuij capitales huius seculi di- uites, & potentes, qui aquam directè ducitis, vt in mare deueniat. Cōuiuia, & munera alijs diuitibus facitis. Omnes sumptus, & ma- gnificencias diuites cum diuitibus facitis, quod est aquam in ma-

re conijce. Famulos autem vestros pauperes, & ægrotos deseri-
Mat. 6. tis non recordantes aliquod illis bonum facere. Amen dico vobis
 receperunt mercedem suam, dixit Dominus de alijs vanis sicut
 vos estis, qui opera sua propter vanitatem faciebant, sicut & vos
 facitis. Non ita faciebat optimus Centurio, siquidem tāta animi
 contētione famuli sui infirmi salutem curabat. Qui, vt refert san-
 ctum Euangelium, cum primum Dominus accessit Capharnaū,
 ad illum properauit humiliter eum rogans, ac dicens: *Domine puer*
meus iacet in domo paralyticus, & male torquetur. Quid plus pro dile-
 ctissimo filio posset facere, quā pro famulo fecit? O quā acriter
 nos huius gentilis misericordia reprehendit! O vtinam hunc
 Centurionem tanquam magistrum in ista pietate imitemur.
Simile. Experientia videmus, quod licet vir nobilis nō sit faber ferrarius
 nec calceator veterinarius cum longum aliquod iter confecturus
 est desert soleas ferreas, & clauos, & quando necessitate compelli-
 tur ipsemet quō melius potest equum suum vna solea calceat.
 Quid? cum sis vir nobilis equum calceas? & non dedignaris id fa-
 cere propter necessitatē, quæ tibi oblata est, quia est equus tuus,
 & te baiulat? Quare igitur famulum tuum, qsi in itinere ægrotat
 illic derelictum deseris? quare non te præbes talē erga eum, qua-
 lem te præbes erga equum tuū? quanuis enim sis illustris maxi-
 ma gloria, & honor tuus erit si alij te viderint illi ministrantem,
 & lectum etiam sternentem, si opus esset. O quantam coronam
 coram Deo, & hominibus comparares! Verūm non fit hoc in hac
 regione. Tanta est superbia, elatio, & immanitas Hispanorum.
 Ecce ergo hunc gentilem, qui in finali iudicio coram diuina Ma-
 iestate contra vos consurget.

12

Vidēs Dominus fidem, ac pietatē huius optimi viri dixit illi.
Ego veniam, & curabo eum. Et respondens Centurio, ait: *Domine non*
sum dignus, vt intres sub tectum meum. O profundā primarij viri hu-
 militatem, quæ superbiam nostram acerrimè reprehendit! Nō di-
 cunt hoc, qui volunt, vt crebro domi suæ sacrum celebretur.
Concil. Tri- Hoc enim est dicere: Dñe sum dignus vt intres sub tectū meum.
den. sessio. Cum autem hoc negotium tam irreuerenter tractaretur intendit
22. de eni- sancta mater Ecclesia illi obuiare in sancto Concilio Tridētino.
tandis in Illi tamen adhuc perseverant in afferendis priuilegijs, vt Deus
sacrificio domos suas veniat. Beatus Petrus dixit: Domine si tu es iube me
Missa. venire ad te super aquas. Et sic immissus est in aquas maris, vt ad
Mat. 14. suum

28 **Omnipotens vōs mitto, viresq; conferam, quibus tam aduersa quam prospera patiamini. Nonnulli sancti doctores de natura, & gratia libros composuerunt: in quibus explicuerunt, quam parum homo ex se valet, & quā debilis est eius natura: quantumque Dei auxilio fulta facere potest. Non est aranea debiliior, nec imbecillior musca quam homo ex natura sua: vix enim se se à formica, aut ciniphe defendere potest. A Deo autem adiutus cum Diuo Paulo dicere potest: Omnia possum in eo, qui me confortat. Hac consideratione fulciebatur Dauid ad omnes huius sæculi aduersitates perferendas sperans sibi diuinū auxilium non esse defuturum. Et sic ubi nos legimus in Psalmo: Deus, qui præcinxit me virtute: alia translatio habet: Deus qui præcingit me virtute, in præsentī tempore: & sic est in con-**

Philip. 4.

Psal. 17.

29 **tex. Græco, & in paraphr. Chaldaï. In quo adnotatur quam cōtissua sint auxilia diuina in iustis: & quomodo nō contentus est Deus eis iam fauisse, sed semper eis auxiliatur.**

Dicit eis vltorius: *Nolite portare sacculum, neque peram, neque calceamenta.* O ineffabilem Dei probitatem: attēdite quomodo illos ab omni humana voluptate, corporaliq; cōsolatione eradicat; & euellit: Quando quis denuo vitē plantat, paxillū ei supponit, vt vires accipiat. Si verò illud, cui eā apponit radices haberet in terra multū palmiti officeret totum enim terræ virore fugeret. Humanū cor est simile palmiti: vtq; in virtute proficiat, diuini amoris paxillo debet inhærere. Si enim pecunijs, honoribus, aut voluptatibus apponatur, quæ radices habēt in terra, totā cordis virtutem, viroremq; sanctitatis fugēt, & illud aridum, ac sterile relinquēt. O infelices filij Adæ, quam arida, steriliaq; corda geritis, quia illa terrenis apponitis: illa ab hoc terrestrium paxillo remouete, diuinoq; amorī apponite, sicq; reuirescent, abundantemq; meritorū afferent fructum. Ideo præcipit Dñs discipulis suis, vt pauperes, temporalibusq; omnibus expediti, solo diuini ipsius amoris baculo innitentes per diuersas orbis partes proficiscantur. In quo considerandum vobis est, quantū vos Dñs diligat, cum tam sedulam de vobis curam gerat totq; modos excogitet, quibus vos ad sui obediētiam alliciat. Apostolos, scilicet, prophetas, atq; discipulos mittēs, eosq; magno cū labore, ac ignominia pauperes, nudis pedibus, tritisq; vestibus indutos absq; humano refrigerio peregrinari iubens: quorum

Simile.

omnium fructus est salus vestra. Eis enim sic ire præcipit, quo
 maius præbeant sanctitatis exemplum: salubrisque eorum præ-
 dicatio auditorum cordibus efficacius impressa maiorem faciat
 operationem. O corda lapidibus duriora, quæ hæc cum intelli-
 gant, teneritudine, liquefacta tanti Dei, qui salutem nos tam
 tanto opere exoptat, ministerio, ac obedientiæ non subiiciuntur.
 Quod etiam apertius manifestatur in ijs, quæ illis dicit: Et ne-
 minem per viam salutaueritis. O Christe vere totius vrba-
 nitatis magister, quomodo hic discipulis tuis præcipis, vt sese in
 proximos inurbanos, & aridos præbeant, nec eos in via inue-
 nientes saluent? Dico Dominum hic vrbantatem non prohi-
 bere: imo vnum ex ijs, quæ sunt sancto Euangelio, diuinæque
 legi propinquiora, est vrbantitas. Nam vna ex virtutibus, quas
 Christus Redemptor noster nimis exaggerauit, fuit humilitas, 32
 hocque fecit per leges vrbantitatis dicēs: Cum inuitatus fueris ad
 nuptias, non discumbas in primo loco, ne forte honoratior te sit
 inuitatus ab illo. Ecce quomodo per vrbantitatis leges, iuxta
 quam sublimior locus honestiori debetur, diuinus magister hu-
 militatem docuit. Et sic Dominus hic vrbantatem non prohi-
 bet, sed vult dicere: A deo celeriter huic rei vobis à me cōmen-
 data incumbite (quæ est animarum salus) vt si cuiusquam salu-
 tatio vobis impedimento futura esset quominus eam diligentif-
 sime faceretis, eum in salutatum prætermittatis. Potius vos in præ-
 tereuntium salutatione, quam in huius sancti muneris executio-
 ne deficere volo. Sic dixit Eliseus Propheta puero suo Giezi.
 Accinge lumbos tuos, & tolle baculum meum in manu tua, & va-
 de. Si occurrerit tibi homo, non salutes eum: & si salutauerit te 33
 quispiam, non respondeas illi. Hæc omnia exaggerationes erāt,
 quibus significabat se velle illum velocissime quæ sibi præcepe-
 rat, conficere. O quā manifeste hic infinita Dei probitas inno-
 tescit, & quanto opere peccatorum salutem exoptet, ostenditur, cū
 velit eorum diligentem a concionatore doceri, vt non in heb-
 domadam, aut diem, verū, ne in minimum quidem temporis spa-
 tium, quod in amici salutatione consumitur, huius ministerij exe-
 cutionē differri patiatur. Dicite igitur fratres doctrinæ auditus
 cuius pluris interest? concionatoris ne, an peccatoris? Cui præ-
 cipue est hæc utilitas? nostra ne, an vestra? Cui magis necessarius
 est imber? aridæ terre pluuia que, defectu pereūti, an nubi? Terræ
 vtique

Luc. 14.

4. Reg. 4.

34 vtiq; arida. Si ergo Deus vult concionatorem adeo ad animas
 sancta doctrina illuminandas, manumq; eis porrigenda, vt a pec-
 cato exilient, festinater pergere, vt nulla occasione detineatur,
 tu o infelix peccator, cuius in hoc salus agitur, quomodo con-
 uersionem, emendamq; audes differre? Medico præcipitur, vt
 tibi diligentissime præparet medicamen, quomodo tu eius re-
 ceptionem audes differre? Ne puctum quidem (ait Dñs) detno-
 remini: quomodo igitur tu Diem, hebdomada, ac mensẽ de-
 tineri audes? Ecquis tibi infelix securè affirmat te isto tẽpore,
 quod tibi promittis certo fruiturũ? E quis nostrũ nouit, an sicut
 in hoc templum pedibus suis fuit ingressus, ex alienis manibus
 pendens sit ab eo exiturus. O superne pater luminum, & Deus
 infinitæ pietatis, hos cæcos illumina, vt nouerint quanti sua in-
 35 ter sit, opportuna tẽporis occasione vti, quò veram agentes pœ-
 nitentiam, diuinam hic gratiam recipiant, qua cœlestis gloriæ
 beatitudinem valeant comparare. Ad quam nos perducatur Iesus
 Mariæ filius. Amen.

In eodem Communi Euange- listarum Concio secunda.

Designauit Dominus & alios septuaginta duos, &c.
 Luca. 10.



Mirabilem huius mundi molem David in spiritu
 cõtemplans dicit: Quam magnificata sunt ope- Psal. 103.
 ra tua Domine, omnia in sapientia fecisti: Cer-
 tum est enim quicquã sapienter, beneq; dispo-
 sitũ, atq; directũ structoris rectorisq; sui sapien-
 tiã demonstrare. Et licet admirabilis totius orbis
 dispositio infinitam Dei sapiẽtiam, potentiamq; ostendat: vnũ
 tamen ex ijs, in quibus hæc Dei sapientia, atq; potentia clarius
 illucescit, hoc est, quod non solũ per se hanc machinam modera-
 tur, sed potest atẽ etiam creaturis commisit, quo aliæ sint aliarũ
 causæ, atq; rectores. Plus est enim creaturas esse habere illudq;
 cõmunicare posse, quam solũ esse habere. Nec verò cõtẽtus est

Deus solummodo esse creaturis cōtulisse, sed potestatem eis tribuit illud esse communicādi, atq; vt alię alias moderari possint. Ex quo patet creaturas in duabus rebus Deo esse similes: altera, quia sunt bonę, altera verò, quia sicut Deus est causa, sic & ipsę cause secūdx esse possunt, e quibus aliarū perfectio proficiscitur: sicut experientia cōperitur, quòd cœlū, sol, & cæteri planeta virtutem habent influendi in hæc inferiora corpora, atq; illa regendi. Et quemadmodū Deus se in mundi gubernatione habuit, sic se in suę sanctę ecclesię regimine, peccatorumq; conuersione gessit: coadiutores quippe, ac ministros exquisiuit, qui ipsius auxilio adiuti eam regerent. Et sic exorditur sanctū Euāgelium dicens: *Designauit Dominus, & alios septuaginta duos, & misit illos binos ante faciem suam.* Pristinis quondam temporibus ad tantam illam Hebræorum prouinciam erudiendam vnum tantum Deus concionatorem eligebat. Elegit vtique; Isaiam, deinde Hieremiam, postea Ezechielē, & postea Danielelem, & deinde alios: nunc autem nō est contentus duodecim Apostolos, elegisse: sed alios septuaginta duos ministros soli illi prouincię designat. Nā protinus eis dixit: *In viam gentiū ne abieritis.* Ex quo apparet quātō opere cœlestis reparator Hebræos ad se conuertere desiderarit: Posteaq; hos, & alios cōplures in vniuersum mundū milit quo singulari beneficio nūc etiam dilectissimi fruimur: cū non solum in vnum regnū, verū ad vnam etiam vrbe Dñs septuaginta ministros mittat: qua propter nimiū nobis gaudēdum est. Mercator solus esse cupit, quia non reipublicę quidē, sed suam potius expetit vtilitatē: & medicus, ac iuris consultus, atq; etiā futor, & quinis alius artifex singuli in vrbe cōmorari vellent: nā hi omnes quę sua sunt, quærunt. At verò in animarū negotiatione quo plures concionatores, confessarios, & coadiutores habuerimus, eo magis lætare debemus Deū precātes, vt plures mittat: solā enim Dei gloriam animarumq; emolumētum expetimus. Quod si non facimus, valde decipimur. Sex mille sexcenti sexaginta sex demones semel cōgregati sunt, & in vniushominis corpus introierunt, vt eius animā perderēt. Aduersus igitur tot hostes quibus viribus, atq; auxilio opus est? Ideo dicebat S. Moses: *Quis tribuat, vt omnis populus Prophetet, & det eis Dñs spiritū suum?* Hoc nos omnes oportet optare, puroq; corde dicere. *Vtinā omnes Christiani concionarentur, ijq; essent, qui aliorū salutem*

Luc. 8.
Num. 11.

- 5 salutem inuicem in se suscipiēt. Et quāuis in hac ministrorum abundantia quā Deus nobis mittit, infinita eius probitas ardentissimumq; salutis nostræ desiderium, quo flagrat, ostenditur, etiam in ea deprauatio nostra declaratur, cum tam parū fructus ex omnibus his Dei diligentijs, beneficijsq; percipiam⁹: & sic (quæ nostra est culpa) hæc omnia beneficia in atrocissima nobis verbera conuertētur. Nam per Ezechielē Prophetā iustissimus hic Dñs ait: Væ ciuitati sanguinum, cuius ego grandem faciam pyram. Et tanti supplicij causam assignās dicit inferius. Multo labore sudatū est, & non exiuit de ea nimia rubigo eius. O quot sudores hodie serui Dei in Christianis rebus publicis effundūt: & quam immundæ peccatorū animæ remanent. Vereamur igitur fratres, ne supplicium hoc, quo Deus hic Hebræis minatus est, super nos corruat. Etiā diuina maiestas hāc ingratitude punire consuecit, sui facti verbi ministros auferēs, hosq; ingratos tam celestibus auxilijs priuans. Hoc ad literam per Hieremiam Prophetam Dominus ipse significauit dicens: Defecit sufflatorium in igne, consumptum est plumbū. Frustra cōflauit conflator: malitiæ enim eorum non sunt consumptæ: argentum reprobum: uocate eos, quia Dominus proiecit illos. O terribilia verba. Diuinus nos spiritus illuminet, quo eorum virtutem intelligamus, necessarium que ex illis fructum nobis percipiamus. Sumit hic Dominus metaphoram ab aurifice, qui cum in fornace follibus nimis insufflasset, quousq; illos disrupit, scoriā ab argento nequijt separare: & lassus atq; molestus argentum illud relinquit, neq; in eo vult amplius laborare. Sic Deus diuinis inspirationibus, promissionibus, ac minis, pijsq; ac charitatiuis concionatoribus obduratos peccatores cum nimis insufflaauerit, videns calorem, quo plumbum consumi posset in eorum cordibus nihil efficere, neq; eos ab iniquitatibus suis purificari velle, instar lassi molestiq; artificis eos quasi reprobum argentum deponit, suisque peculiaribus auxilijs, fauoribusque destituit. Et enim hoc significat: Defecit sufflatorium in igne: cōsumptū est plumbum, id est, plumbum tali ac tanto ignis calore consumi posset. Omnis autem hæc diligentia vana fuit, & incassum adhibita, siquidem ex ea fructum percipere noluerunt. Ecquis hæc audiēs non trepidet? Quomodo nō stupetis qui cum plurimas cōciones audieritis, quib⁹ ipsi met. infideles cōverti possēt,

Ezec. 24.

Hierem. 6.

nullum ex illis prouentum elegistis? O insensibilia saxa, quæ
 ista nō sentitis. In ecclesiastico dicitur vox tonitruī eius verbera
 nit terram. Vbi alia translatio habet: Vox tonitruī eius expro-
 brabit terram: & sic est in cōtextu Græco, & ita etiam legit Ra-
 banus. Vbi nos docet spiritus sanctus vnum tantum coeli toni-
 truū audiētes nos deterreri oportere: illa enim est quædam vox
 & reprehētio, qua nos Dominus comminatur. Quod si cœlesti-
 bus tonitruis debemus terri, quātō maiorem nobis stuporem
 inferre debent Euangelicorum concionatorum verba, nos Dei
 nomine comminantium, scelerumq; grauitatem, ac diuinæ iu-
 stitiæ rigorem indicantium? Per immēsam charitatem, qua nos
 clementissimus hic pater accersit, & minatur, vos deprecor fra-
 tres, vt ex pijs eius diligentijs fructum percipiatis. Prius quàm
 horrida illa grandinis plaga A Egyptū vastasset, Moses Pha-
 raonem, & seruos eius ab hoc periculo seruare volens his illos
 verbis præmonuit: Mitte (inquit) iam nunc & congrega iumē-
 ta tua & omnia, quæ habes in agro: homines enim & iumen-
 ta, & vniuersa, quæ inuenta fuerint foris, nec cōgregata de agris,
 cecideritq; super ea grando, morientur. Et protinus sequitur:
 Qui metuit verbum Domini de seruis Pharaonis fecit confuge-
 re seruos suos, & iumenta in domos: qui autem neglexit sermo-
 nem Domini, dimisit seruos suos, & iumenta in agris, quæ om-
 nia vi grandinis interiēre. Idem nunc accidit. Etenim alij con-
 cionatorum verba timentes, se se in meliorem frugem recipiunt
 & sic saluantur: alij verò similes illis Pharaonis seruis illa contē-
 nunt, & sic eos tempestas diuini furoris absorbet.

Dicit vltius sanctum Euangelium: *Misit illos binos ante faciem*
suam. Moyfi dixit Deus: Fac tibi duas tubas argenteas ductiles,
 quibus conuocare possis multitudinē, quando mouenda sunt
 castra. Per has tubas Euangelici concionatores figurati fuerunt.
 Tuba enim flatu ab intimis visceribus prodeunte sonat. Nō sic
 organum, nec cymbalum sonant, quæ aere sibi extrinsecus ad-
 ueniente resonant. Sic prædicatorem verbis ex intimis visceri-
 bus productis animarum salutem exoptantē clamare oportet.
 Et sic dixit Deus Isaïæ Prophetæ: Clama, ne cesses, quasi tuba
 ex alta vocem tuam: annuncia populo meo scelera eorum. Non
 dicit: Quasi organum, aut, quasi cymbalum, sed quasi tuba, vt si-
 gnificet concionatorem efficacissimis vocibus clamare debere,
 quibus

Eccle. 43.

Exod. 9.

Num. 10.

Isai. 58.

In quibus auditorum animos penetret, atque dirumpat. Ex quo patet quam longè decipitur Christianus, qui dicit: Noui quid concionator dicturus sit: domi habeo libros, tã sapiens sum, quam ille, concioni interesse nolo. *Psalm. 28.* O insane, nescis quid dicat David: *Psalm. 28.* Ait enim: Vox Dñi cõfringētis cedros: vox Dñi intercidentis flãmam ignis: vox Dñi cõcutiētis desertũ, An concionatorem Dei tubã viuis sermonibus soporatã animã excitãtib; resonãtẽ esse ignoras? Herba sagittariorum, quæ sagittæ adherens interimit, quanuis manibus cõtrectetur, nõ officit: solum vbi est vulnus sanguinem inficit, animalq; occidit. Sic verbum Dei vitia non vbique, sed vbi est vulnus, interimit. Hoc autem vulnus infligit Deus per concionatorem te reprehensione sua vulnerantem, quo herba, idest, cõlestis doctrina te vitijs interficiat, & Iesu Christo viuum relinquat. Et sic accidit, quod aliqua sententia, quã tu sciebas, & sæpe animo cogitaueras, nec in corde tuo aliquã fecerat impressionem, ex feruidi, spiritalisque concionatoris ore percepta, tibi viscera cõmouet, & à peccato cõuertit. *Psalm. 111.* Ideo frater ne prudentiæ, sapientiæq; tuæ fidas: attende concionatorem esse tubam, spiritu ex visceribus producto sonantem, qui salutem tuam vehementer exoptat: sicq; maiorem in te quã sapientiam tuã impressionem facere posse. Has tubas binas esse Deus præcipiebat, scilicet, vt significaret concionatorum omniũ prædicationem in Dei, & proximi amore includi. Illasq; argenteas esse volebat, vt ostenderet, concionatorum verba casta, nimiumque examinata ad animarum ædificationem, & vtilitatẽ non verò ad earum scandalum esse oportere. Et ita dicit David: *Psalm. 111.*

33 Eloquentia Domini eloquia casta, argentum igne examinatum. Omnia concionis verba quasi argentum diuini amoris igni probari, purificariq; oportet, sicut argenteas tubas exactissimas temporalium omnium vacuas diuinoque spiritu repletas. Quem amorem, vt Dominus significaret, doceretque illos hac charitate ad supernum hoc munus exequendum commoueri debere, misit illos binos ante faciem suam, atque etiam, vt vnus alteri testis esset sanctæ, honestæque conuersationis eius.

Misit illos binos ante faciem suam in omnem ciuitatem, & locum, quærat ipse venturus. O quanta est hæc nonnullis prædicatoribus cõfusio nolentibus, nisi in magnis populis, & coram frequentissima hominum multitudine prædicare, quasi in paruis oppidis

non essent animæ, sicut & in magnis: aut quasi pauperum; atq; ¹⁴ agrestium animæ non essent tam pretiosæ apud Dominum, quàm diuitum, atque potentum. In hoc se non Dei quidem, sed suum honorem querere manifestant, ideoque prædicare nolunt, nisi vbi sibi plus honoris, atq; vtilitatis videantur acquirere. Cõfundatur hi audientes sanctum Euangeliũ dicens: In omnem locum, quo erat ipse venturus. Et siquidem Dominus infinitæ maiestatis non est dedignatus in paruis oppidis prædicare: sed cū ineffabili pietate, animarumque zelo in omnem locũ discurrebat, discant eum in hoc etiam eius concionatores imitari. Sanctus Moses dixit: Concresecat sicut pluuia doctrina mea, descēdat sicut ros eloquium meum. Vnum ex ijs, quibus terra magis indiget, est aqua. Si bi duo pluuia desit, statim marcescit, & aquę defectum sensibilibiter videtur ostendere, nam vndiq; præ illius ¹⁵ desiderio scaturit, quasi viscera adaperiens, vt quod desiderat, accipiat. Et postquam imbres accepit, viscera recludit, rimæq; illę reficiuntur, herbæq; ac flores oriri consuescunt, quasi terra lætante, quia quod optabat adeptæ est. At multo magis animæ doctrina, quam terra imbribus indigent. Siquidem igitur nubes aquam indifferenter effundunt, & tam humiles valles, quam excelsos mōtes irrigant, pauperumq; simul ac diuitũ fundos fertiles reddunt: sic Euangelici prædicatores vniuersales esse cœlestisque doctrinæ suæ pluiam ampla quadam charitate super magnos, & paruulos, diuites, ac pauperes effundere debēt. Verum est hic sanctam doctrinam à Mose pluiam, ac rorem appellari. Quia, sicut pluuia crassior, ros verò subtilior est: sic concionatores res planas, quæ que passim manibus contrectantur ¹⁶ hominibus parui, rudis qui ingenij, subtilia verò, atq; sublimia viri acutis, & eruditis prædicare debent: sic vtraque reducētes, vt per ea diuino amore auditorũ animi inflammati vitia fugientes virtutes studiosissime amplectantur. Misit illos ante faciem suam in omnem locũ quo erat ipse venturus. Quasi diceret eis: Ite, ego quoque vos protinus sequar quo sic ad munus suũ melius exequendum mouerentur. Qui operarios in vineam suam mittens dicit eis: Ite, & ego statim illuc ibo, vt quid facias aspiciam, eos mouet, vt diligentius elaborent. O si assidua animi cogitatione volueremus, non solum Deum omnia corda scrutari, & vniuersas mentium cogitationes intelligere, sed

etiam

Deut. 32.

Simile.

1. Paral. 28

4 dum legem, scilicet, quod amicos diligere inimicos verò odio haberent, falso quodam fundamento nitentes. Cùm enim Deus illis præcepisset, dicens: Diliges proximum tuum. Cùmque eum solum proximum esse crederent, qui illis beneficeret, arbitrabantur, quod præcipiens eis Dominus ut proximum diligere, nullum aliud præter amicum diligere præcipiebat. Et ita à cōtrario sensu argumentum conflabant, dicentes: Præcipit Deus, ut amicos nostros diligamus? Ergo hinc sequitur quod inimicos nostros odio habere debeamus. Hanc falsam doctrinam corroborabāt, dicētes: Deus præcepit Sauli, ut Amalech, & omnia eius bona euceret, & quia non hoc adimplevit regno expulsus fuit, & infelici morte obiit. Ergo sequitur quod Saul punitus fuit, eo quod inimicos suos nō oderit, quod erat falsum. Nam Saul non fuit à Deo punitus, nisi quod cum esset vicarius Dei, & de Amalech dignū peccato suo supplicium sumere deberet, id non executus est. Itaque quemadmodum errabant arbitantes amicum suum solum esse proximum, sic etiam in Saulis exemplo fallebantur, quo doctrinam suam confirmare sibi videbantur.

1. Reg. 15

Cùm autem Christus filius Dei spiritualis vitæ reformator veniret, tãtam falsitatem, & fraudem ab hominum cordibus voluit expellere. Et sic postquam falsam antiquorum opinionem retulit, statim subdidit dicens: *Ego autem dico vobis, diligite inimicos vestros, &c. ut sitis filij patris vestri.* Magnum, & admirabile præmium est, quod hic Dominus inimicos suos diligētibus pollicetur: cùm dicat illos cælestis patris filios futuros esse. Et cùm sint filij etiam hæredes erunt. Tantum autem præmium promittit, quia hæc virtus est maxima, & difficillima. Vix in toto orbe reperietur, quis plus homini officiat, quã alter homo. Et sic cùm Sathanas vellet sanctum Iob persequi primum instrumentum, quo in hunc hominem usus est, fuit alter homo, atque etiam plurimi homines, & ita primus nuncius, qui primum illi laborem nunciauit, dixit. Bo-

Iob. 1.

cuis

eius, ac denique propriam vxorem. Ipse tamen semper constans 7.
 fuit, nunquam de hominibus murmurauit, nec illos odit, licet plu-
 rima mala illi fecerint. Præclarissimam rem gerit, qui in hoc cor-
Prov. 26. suum superat, vt dicitur in lib. Prouer. Melior est, qui dominatur
 animo suo expugnatore urbium. Idcirco tam superno præmio
 illum Deus afficit. Atque vt cor hanc victoriam à se reportet vta-
Eccles. 10 mur industria, quam docet Ecclesiasticus, dicens. Omnis iniu-
 riæ proximi ne memineris: & nihil agas in operibus iniuriæ.
Simile. Prior pars huius sententiæ nos hortatur, vt quantum potuerimus
 curemus iniuriarum, quæ nobis illatæ sunt obliuisci. Vt turbidū
 fluum pertranseas si non vis in eo mergi remedium est, quod
 baculum in manibus feras, quo nitaris, nec aquam turbidam aspi-
 cias, ne forte caput tuum euanescat, sed oportet te oculos in littus
 viride, & amœnum conijcere quo expetis peruenire: aspiciendo 8.
 enim locum, in quem exire desideras, & litoris amœnitatem, ful-
 citur animus ad progrediendum vltterius. O quàm turbidus flu-
 uius est inimicus tuus? Torrentes iniquitatis conturbauerūt me:
 dicebat Dauid. Si ergo securus vis transire, ne in hoc fluuio, per
 iram & odium demergaris innitere baculo sanctæ crucis: nec flu-
 uium istum turbidum, qui est inimicus tuus aspicias. Ne aduer-
 tas, nec oculos conijcias in litem, quæ inter te & illum agitur: nec
 in iniuriam, quam tibi fecit, ne illius quidem memineris, quin ali-
 ter euanescet caput tuum, & in impatientia demergeris. Oculos
Psal. 17. conijce in litrus gloriæ quò deuenire cupis, aspice cælestem por-
 tum, in quæ non perueniunt affecti iniuria, nisi illā dimittant. Et
 cum hac consideratione non solum ad ignoscendum inimico tuo,
 verum etiam, si opus fuerit ad patiendum martyrium fulcieris. Id 9.
 circò dicit Ecclesiasticus loco supradictò: Iniuriæ proximi ne me-
 mineris. Posterior autem pars huius sententiæ sequitur ex prioris.
 Dicit enim, ne quid agas in operibus iniuriæ, ne sis adiutor in-
 vlciscendis iniurijs, id est, quòd nō debes adiuuare, cogitas, aut in-
 memoriā eas reuocans, nec de illis loquēs, nec alios audiens cū de
 illis loquuti fuerint. Ita que nec cogitatione, nec opere, nec alia re
 iniuriam adiuuare debemus. Nā illa ex se accrescit, quanto igitur
 magis accrescet, si adiuuetur: etiam verba illa, Nihil agas in operi-
 bus iniuriæ aliam expositionē habent: scilicet, quia quod homo
 cū calore vltionis facit, nescit facere: idè opus ab eius manib⁹ au-
 fertur, & hic illi dicitur quod nihil prorsus agat circa illud. Opor-

¹⁰ter vos diligenter hæc verba Domini cōsiderare, tanta etenim est Euangelij puritas, & sanctitas, vt non contenta sit, quòd vestrum inimicum & offensorem non odio habeatis, nec in illū irascamini: sed absolutè, ac sub expresso præcepto præcipit, vt solido ac vero amore illū diligatis, vt ex his verbis apparet. Ego autè dico vobis, diligite inimicos vestros: & sic illa verba notabilissima sancti Pauli, dicētis: dilectio sine simulatione, intelligēda sunt de amicis & de inimicis, quod oportet vos tā inimicos, quā amicos nō ficto sed vero amore diligere. Sine simulatione (ait) amicitias enim veras amicitias, nō verò fictiōes, ac mēdacias esse oportet: quo supplicio dign⁹ est ille, qui reipublice monetā adulterat? p tali crimine solet homo cōcremari. Quid ergo meretur, qui Christiane religionis monetā adulterat, quæ quidē amor est? tu verò decipis me dicēs quia fidelē monetā mihi præbes, & quia me diligis, cū tamē verū sit q̄ me odio habes, & me clā vendis. O maximā proditiōē, quā grauiter, nō vnus quidē horū igne, sed sempiterno incēdio punietur? O fratres mei tantū malū fugite, ne in tantā irā Dei incidatis, sed diligite sine simulatione. Quòd si queratis quomodo oporteat esse hunc amorē? Respōdit ibidē B. Paul. Statim subdens: odiētes malū, adherētes bono. Ne aliū diligas, vt cōmodi⁹ possis peccare. Sūt enim homines, qui cū alijs amicitia inēūt, & sese cū illis cōgregāt ad offendendū Deū. Liberet nos Deus à tali amore, q̄ illū diligas, quia est lusor, murmurator, & carnalis sicut tu, qui tibi fauebit in executione tuorū turpiū appetitū: nō ita esse debet (ait S. Paulus) sed odientes omne malū, hoc est, vt vos diligatis ad bellū peccato inferendū, & q̄ alter alterum inuicē vos admoneatis, & ad bonum cōfortetis. Cū primū homo bonus esse desinit, nullius amicitia dignus est: saltē vt quis cum eo conuersetur, nisi esset ad eum conuertendū si posset fieri. Odientes malum & adherentes bono. Vult etiam dicere, quòd amico tuo nolis in peccato cōplacere, vt sit amicitia talis, quæ vltra Dei præcepta non se extendat. Ita vos bono inhærere, illudque tam feruidè amare oportet.

Rom. 2.

¹² Notate vterius q̄ nō contēta est summa bonitas, q̄ intrinseco cordis amore inimicum vestrum diligatis, sed vult, vt istum amorē bonis operibus illi ostendatis. Atq; ideò subdidit dicens. *Benefacite his qui oderūt vos.* Atq; vna ex rationibus, quæ vos ad hoc cōmouere debent, est hæc, quia vnusquisque in maxima necessitate fratrem suum corrigere tenetur. Et credo quod omnes prædicato

res non tam sufficerent istum inimicū vestrum convertere; quā
Rom. 12. vos qui estis læsi, si ei benefeceritis. Ita innuit. S. Paulus, cum
dixit, si esurierit inimicus tuus, ciba illum: si sitit, potum da illi:
hoc enim faciens carbones ignis congeres super caput eius. O mi-
rificā metaphoram, quemadmodum si multas prunas cumulare-
ris, & illas super caput inimici vestri inijceretis, impossibile ef-
set, quin inflammaretur: ita videtur impossibile quin opera bona
& beneficia eius cor, & animam inflamment, & cum vno quodā
amore accendant. O quāta exaggeratio est hæc sancti Apostoli,
quā propter peccata nostra raro experimur, vix enim benefaciē-
ti nobis benefacimus, quanto minus faciemus malefacienti. Dici-
tur quod Scorpio, & mus sunt valde inimici. Et ad curandū mor-
sum Scorpionis vnum ex maioribus, & aptioribus remedijs est
mortuum murem medium aperiri, & vulneri applicari: sic ini-
micus inimico medebitur si mortificans se ipsum viscera sua ape-
ruerit, & illum dilexerit, atque ei beneuolum vultum ostenderit,
ac denique benefecerit. Hæc enim efficacissima erit medicina ad
vulnus cordis illius curandum. Quod si nondū inimici pectus his
beneficijs mollificetur, nō ideò seruū Dei à solita charitate oportet
desistere sperantem, quod beneficia beneficijs addens forte
priorum, quæ amissa fuerant, gratitudinem reperiet. Sicut Sagit-
tarius, qui cum non inuenit sagittas, quas prius inmisit, alias de-
nuo inmittit vt per illarum ictum alias inueniat. Pij patres & fra-
tres cum vident filios, & fratres suos, qui ardentissima febre labo-
rantes sensum amittunt, & propterea iniurias eis faciunt, & cōtu-
meliosa verba dicunt, aut discum in eos inijciunt. Tunc nō solū
non indignantur contra eos, sed illos potius miserantur: sic se Deus
habet erga nos. Videte quanto furore inflammatus pergebat Sau-
lus adhuc spirans minarum ac cædis in discipulos Domini, & cū
hoc furore inflammatus pergeret, subito circumfulsit eum lux de
cælo, & cadens in terram audiuit vocem dicentem sibi. Saule, Sau-
le quid me persequeris: O ineffabilem Dei probitatem? qui tali tem-
pore, & cum tam crudelibus negotijs Saulus intenderet, non præ-
cipit vt aperiatur terra, quæ illum absorbeat, sed tunc illius magis
miseretur, & de cælo descendit, vt eum misericordia sua operiret.
O si ex hoc disceres fratrem tuum præ furore amentē miserari: &
tanquam pius pater non contentus est remedijs, quæ quæsiuit, &
applicuit morbo filij sui, sed infatigabilis alia atq; alia inquit,
& nihil

29 gloriosus hic historiographus Euāgelicus in suo sancto Euange-
lio memorauit, nostrisq̄ue manibus commisit. Quamobrem
magna cum deuotione illum venerari debemus. Nec verò con-
tenti esse debemus, quia ei deuoti simus, sed eum imitari curare
etiam debemus, quo sic diuina gratia locupletati in cœlesti Hie-
rusalem eius socij esse mereamur. Amen.

In eodem Communi Euange- listarum Concio Tertia.

Designauit Dominus & alios septuaginta duos, &c.

Luca. 10.



1. Alexander de Ales, & alij omnes Theologi affir-
mant. Sicut Deus per vnā infinitam, æternam,
essentialēq̄ue potentiam suam mundum crea-
uit, omnesq̄ue illius creaturas produxit magnas,
& paruas equaliter, & absq̄; differentia, ita, vt om-
nes cœli non maiori potentia, quam formica creati fuerint, nec
minorem Dominus in muscæ, quam in omnium cœlorum pro-
ductione potentiam adhibuerit: nec apud Dei potentiam aliæ
sint maiores, & aliæ minores creaturæ, nec maiora, seu minora
miracula sint: imo respectu diuinæ potentia non possunt mi-
racula dici: omnia namq̄; pari potentia fiunt. Et sic dicit **D**ius
Augustinus: In rebus mirabiliter factis ratio facti est potentia fa-
ciētis: sic etiam sua vnica, infinita essentialiq̄ue sapientia æque
omnia regit atq̄ue conseruat: ita vt tantam in vnus formicæ,
quantam in vniuersi conseruatione prouidentiam adhibeat. Et
sic dicitur in libro sapientia: pusilla & magna ipse fecit, & equa-
liter ei cura est de omnibus. Et quemadmodum vna potentia cū
ita creauit, vnaque sapientia cuncta gubernat: sic omnia vno in-
finito, essentialiq̄ue amore diligit: ita, vt alias creaturas non in-
tensius, aut extensius, quā alias diligit: cunctas enim vno sim-
plicissimo, atque indiuisibili voluntatis actu diligit. Et de hoc
amore dicitur in libro sap. Diligis omnia, quæ sunt, & nihil
odisti eorum, quæ fecisti. At his non obstantibus, considerato
Dei amore ex parte creaturarum, quatenus est effectus exterior

*Alex. 1. p.
q. 92. art. 4.
Theolog. in
3. d. 32.*

*Aug. ad v. o.
lustrarum.*

Sap. 6.

Sap. 11.

prioris essentialis amoris, idest, quatenus iam illis Deus bona sua communicat, dicimus eum non pariter omnes creaturas diligere, alijs enim maiora quàm alijs communicat beneficia. Et sic hoc posteriori amore magis prædestinatos, quàm reprobos diligit, maiora nanque in eos beneficia confert. Et præ hoc ingenti amore, quo eos diligit, admirabiles rationes excogitat, quibus eos ad se alliciat. Atque ita dicit per Hieremiam Prophetam dulcissima quædam verba, quæ toti electorum communi, & singulis quibusque prædestinatis adaptari possunt. In charitate (inquit) perpetua dilexi te, ideo attraxi te miserans, scilicet, te. Cum hac charitate tot ministros in omnem Iudæam misit, quos etiam nunc per vniuersum orbem mittere non cessat. Diciturque hoc beneficium peculiariter prædestinatis fieri, quia ipsi soli per sancti Euangelij lucem, & obedientiam celestem beatitudinem consequuntur. Vnde gloriosus Apostolus Paulus, postquam de Euangelicæ prædestinationis pulchritudine excellentia, & efficacia sermonem fecerat, addidit dicens: Sed non omnes obediunt Euangelio. O quàm stupendum est hoc, quod tanto cum spiritus feruore, vitæ puritate singulari, infallibili que miraculorum cõfirmatione Domini discipulis prædicantibus non omnes sancto Euangelio obediant! Dignum fuit utique admiratione maxima, quod cum Diuus Paulus prædicationem suam tot testimonijs comprobasset, sicut ipse affirmat dicens: Signa Apostolatus mei facta sunt super vos in omni patientia, & in signis, & prodigijs, & virtutibus, & de se, deque alijs euangelicis ministris alibi dicit: In nos confirmata est (scilicet, lex Euangelica) contestante Deo signis, & portentis, & varijs virtutibus, & Spiritus sancti distributionibus secundum suam voluntatem, & tamen hic dicit: Non omnes obediunt Euangelio. Quid mirum est modo, si nõ multi ex concionibus nostris fructum percipiunt, cum non sint puritate, ac sanctitate comitate, qua sancti Apostoli erant confirmati? Citatque Diuus Paulus in hanc sententiam Isaiam dicentem: Quis credidit auitui nostro? idest, quis credidit sermonibus nostris? Quasi dicat: Paucissimi verbis nostris fidem adhibebunt. Super quo valde pensandum est D. Paulum prædicationem auditu appellare: ut significet cõcionatorem prius quàm prædicet, audire humilemque auditorẽ esse debere: quales fuerunt sancti Apostoli, qui que ex

coelestis

Hierem. 31.

Rom. 10.

2. Cor. 12.

Hebr. 2.

6 coelestis Magistri sui ore perceperāt, predicabāt. Et quanquā in actibus Apostolorū dicitur: Itaq; fortiter crescebat verbū Dei, & cōfirmabatur, vbi alia translatio habet: Et cōfortabatur, & in *Act. 19.* contextu Græco habetur: Et inualeſcebat, scilicet, in cordibus credentium. Omnes tamen hi pauci erant, respectu eorum qui infideles remanebant.

Mittens igitur Dñs suos sanctos discipulos ad predicandū dicit eis: *Ite, ecce ego mitto vos sicut agnos inter lupos.* O diuine venator Iesu Christe: quæ noua est hæc venatio? Ecquis vnquā lupos agnis capi perspexit? Hæc sunt Dñi mirabilia. Non supernus hic imperator orbē satellitū exercitib⁹ superauit, nec igne, aut bellis instrumentis, sed humilitate, mansuetudine, patientia, suiq; diuini verbi virtute expugnauit. Et sic dicit D. Paulus: *Arma militiæ nostræ nō carnalia sunt, sed potētia Deo ad destructionē munitionū, consilia destruētes, & omnē altitudinē extollentē se aduersus scientiā Dei, & in captiuitatē redigentes omnē intellectū in obsequiū Christi.* Id est: patientia, humilitas, ac mansuetudo, aliarq; virtutes, quibus nos diuinus spiritus exornauit, potentes sunt vt homines ad Dei ministeriū adducāt, Sathanēq; munitiones & cōsilia dissoluāt, atq; vt sapientes sæculi faciāt obmutescere, & acutissimū queng; intellectū in seruitutē, Iesu Christi que obedientiā redigāt. Nō utiq; tigres, neq; leones Deus ad Pharaonē misit, sed ciniphes, & ranas, quibus superbi regis potentiā voluit superare: tyrannūque Holophernē debili quadā foemina iugulauit. Vnde volens sancta Iudith eius caput abscindere dixit: *Da mihi in animo constantiam vt contemnam illum, & virtutem, & euertam illum: erit enim hoc memoriale nominis tui, cum manus fæminæ deiecerit eum.* Id est: Animum mihi Domine ad illum occidendum concede: magna enim erit gloria tua, hanc victoriam tam vili, debiliq; instrumento, qualis est foemina, reportari. Et post partam victoriam dixit: *Dominus omnipotens nocuit eum, & tradidit eum in manus fæminæ, & confudit eum: non excelsi gigantes imposuerunt se illi: sed Iudith filia Merari in specie faciei suæ dissoluit illum.* Sic ad maiorem confusionem superbiorum huius sæculi sapientium misit coelestis Dominus pauperculos homines quasi agnos mitissimos, vt cum ferocissimis lupis pugnarent, quos quidem su-

*2. Cor. 10.**Iudith. 9.**Iudith. 16.*

Isa. 11.

perauerunt, & in agnos conuerterunt: impletum quod est celebre illud Isaiaë propheticum dictum dicentis: Habitabit lupus cum agno, & pardus cum hœdo accubabit: vitulus, & leo, & ovis simul morabuntur: & puer paruulus minabit eos. Hæc sunt mirabilia, quæ filius Dei in sua sancta Ecclesia fuit operatus: in qua dispartes, discordesque nationes, quæ prius sese inuicem occidebant, sub vna charitatis lege subiecit, & tam pacificas in vno grege vivere fecit, vt minimus quisque puer illas regere sufficiat. Puer (inquit) paruulus minabit eos, vt fidelium obedientiam commendat, quam talem esse oportet, vt quauis puerum paruulum in prelatum haberent, ipse eos gubernare sufficiat. Dicens erit: Ite ecce ego mitto vos, sicut agnos inter lupos, diuinus Magister excellentiam patientiæ eorum significauit, quæ totius murmurationis expers futura erat: talis enim patientia est ipsi gratissima. Abrahæ dixit Deus: Tolle filium tuum vnigenitum, & vade in terram visionis. Et in Hebræo habetur, in terram Moria: quod alij manifestationem interpretantur, quia illic manifestatus est aries, & manifestandus erat Iesus Christus filius Dei in cruce. Exequensque vir sanctus Domini præceptum, vt ait sacer textus, die tertio eleuatis oculis vidit procul locum. Posteaque ascendentibus solis in montem patre, ac filio patrem filius interrogauit: Vbi est victima holocausti? Ex omnibus his circumstantijs virile, præstantisque huius sancti viri pectus agnoscitur, cum in hoc tridui itinere nec à filio, nec à seruis visus fuerit lachrymari, aut saltim suspirium edere. O quam perfecta constantissimi pectoris patientia. Quomodo rem tam duram tandiu dissimulare potuit absque eo, quod aliquo signo exterius appareret? Ex hoc perspicui potest, quam potens sit hominis cor diuino spiritu audiutum. Nos miseri minima quaque contradictione fatigamur, ita vt statim afflictionem, laboremque nostrum verbis, exterioribusque affectibus, & modice patientiæ signis ostendamus. Venerabilis quidam vir dicebat patientiam esse mutam, quæ nescit loqui, nec conqueri. Ideo diuinus magister discipulos suos agnis confert, & ouibus. Vnde sancta Mater Ecclesia de illis concinit: Ceduntur gladijs more bidentium: Non murmur resonat, non querimonia: Sed corde tacito mens bene conscia Conseruat patientiam. Hanc virtutem fratres charissimi in his sanctis viris nos diligenter oportet imitari: quæ ad aliarum virtutum consecutionem nimis neces-

neces-

12 *necessaria est.* Pythagoras dicitur priusquam aliquem in discipulum acciperet, ei præcipere consueuisse, vt in gymnasij ostio illum expectaret, vbi eum vnus stultum, alius insanum appellabat: alius ei dicebat: Aptior es frater ad arandum, quàm ad philosophandum. Et quos hæc omnia æ quo animo pati videbat, eos in discipulos suscipiebat. In hoc Philosophus ille docebat ad philosophiam impetrandam valde necessariam esse patientiam. Quod si ad philosophiam perdiscendam patientia requiritur, quanto necessarius erit ad virtutes impetrandas, quibus tot insunt difficultates sensualitati repugnantes? Atque hinc elicitur vera intelligentia verborum Diui Iacobi in sua epistola dicentis: patientia opus perfectum habet. Vbi docet sanctus Apostolus patientiam alias virtutes ad perfectionem adducere. Itaq; ad veram humilitatem, perfectam castitatem, atq; obedientiam consequendam nimis necessaria est patientia. Et sic vbi nos legimus Psal. 125. Euntes ibant, & flebant mittentes semina sua, alia translatio habet: Euntes ibant, & flebant portantes semina sua: & sic est etiam in paraphrasi Chaldaica. In quo significantur iusti æ quo animo discrimina, difficultatesq; quæ virtutibus, quas operantur, insunt, perpeti. Et hoc est, mittentes semina portare semina, idest contradictiones, & molestias, quæ in via virtutis offeruntur, patienti animo tolerare. Et vbi nos legimus in subsequenti versu: Venientes autem venient cum exultatione portantes manipulos suos, alia translatio habet: Venientes autem venient in exultatione: & sic est in contextu Græco, & sic legit etiam Beatus Hilarius. In quo significantur iusti non solum cum hilaritate bonorum operum suorum fructum esse percepturi, sed tanta etiam exultatione fruituri, vt ab ea superentur, atque in ipsa vndique submergantur. O foelicissimos qui tam liberali Domino seruiunt, qui tam munificam suis mercedem reddere nouit, ac potest. Cessate iam fratres mei huic fallaci, ingratoque mundo seruire, ne labores vestros tam male consumatis, attendite vos in hora mortis meritorum vacuos esse reperiendos: amodo ei seruire incipite, qui vos æterna gloria coronare desiderat. O Christe lux beatissima, quæ tibi sunt clementiæ viscera, hos fratres meos illumina, vt quæ illis dico perspicue nouerint, ac toto corde illa sequantur.

Dicit eis Dñs vltorius: *Nolite portare sacculum neq; operam neq;*

Gene. 47.
Num. 18.

Hiere. 18.

Marc. 6.
Act. 12.

Simile.

calciamenta. Id est, nulli rei temporali inuitamini. Rex Pharaos sacerdotibus suis terram concessit, quibus etiam statuta cibaria, ex horreis publicis iussit præberi. Deus autem dixit summo sacerdoti Aaron, & in eo cunctis sacerdotibus: In terra eorum nihil possidebitis, neq; habebitis partem inter eos. Ego pars & hæreditas tua in medio filiorum Israel. Quod si veteris legis sacerdotibus præcepit, volebatque eos contentos esse eum in partem, hæreditatemque suam habere, quanto magis oportet legis gratiæ sacerdotes corda sua à bonorum temporalium cupiditate auellere, hæreditatemq; propriam cœlestis caput suum Iesum Christum filium Dei habere curare? Nolite (inquit eis) portare sacculum, neque peram, significans eos præcipue curare debere semetipsis exutos, Deoque indutos progredi. Hieremias Propheta perspexit in domo figuli vas fictile ab eius manibus excidisse, & con fractum fuisse, quod figulus iterum perfecit, sicut placuerat in oculis eius, ut faceret. Vbi significatū est eos esse foelicissimos, qui se in Dei manibus infringi, pauperes fieri, atque ob eius beneplacitum abijci patiuntur: hos enim supernus hic artifex perficit, sicut sibi placet. Et super hæc verba: Nolite portare calciamenta, notandum est Diuum Marcum dicere illos calceatos esse sandalijs. Et sic ubi nos legimus in Act. Angelum dixisse Diuo Petro: Calcea te caligastuas, in contextu Græco habetur: Calcea te sandalia tua, & sic est etiā in translatione Syriaca. Ex quo infertur in Euangelica phrasi sandalia proprie non esse calciamenta. In hoc etiam innotescit, quā alieni à pompis, ornatibus, fastibusq; secularibus sancti Apostoli super faciem terræ vixerint. Mandragoræ, quæ aliter lilia cãdida nuncupantur, secundum Albertum, adeo mollificatiuæ sunt, ut durissimos elephantis dentes, si aliquan diu in aquam, ubi coctæ fuerunt iniiciantur, mollesciant. Mandragoris similes sunt mundanæ foelicitatis illecebræ, pompæ vanitatesq;: & qui eis perfunduntur quantum eunq; virtute sint præditi, facile molles, debiles, carnalesq; reddantur. Quamobrè vos deprecor dñi prægari, patresq; cõcionatores, siquidẽ sanctæ Ecclesiæ dentes estis, qui cibū spiritualem, quo Christianus populus est alendus mandere debetis, ne his mandragoris perfundamini, ne illis perfusi adeo molles, atq; imbecilles efficiamini, ut nulli malo resistere possitis. Nisi enim vnijs ab ecclesiasticis resistatur, quid erit vniuerso

18 uerso populo, quæ in eis iniquitas non dominabitur? O serui Dei, tanquã crudelissimam pestẽ delicias fugite, cum tantũ animis afferant detrimenti. Referens Spiritus sanctus multos sacerdotes postquã de Azaria meminit, de eo vno dicit: Ipse est qui sacerdotio functus est in domo, quã edificauit Salomon in Hierusalẽ. Mirabile est, quod cum omnes illi, de quibus ibi diuinus spiritus meminit, reuera sacerdotes extiterint, de hoc vno dicit Spiritus sanctus: ipse est qui sacerdotio functus est. Huiusq; rationem expositores assignantes dicunt esse, quia virili animo Regi Ozia præ superbia sacerdotium munus præter regale sceptrum vsurpare conanti, & Deo incensum offerre volenti restitit, vt dicitur in secundo Paralip. Statim ingressus post eũ Azarias sacerdos, & cum eo sacerdotes Domini septuaginta viri fortissimi, restiterunt regi, atque dixerunt: Non est tui officij Ozia, vt adoleas incensum Domino, sed sacerdotum. Egredere de sanctuario, ne contempseris, quia non reputabitur tibi in gloriam hoc à Domino Deo. Vnde inferuntur sacerdotes, quibus ad resistendum vitijs non est virtus, sacerdotio, atque eius etiam nomine esse indigni: etsi reuera per peccatum sacerdotalem dignitatem, ordinemque non amittunt. Quapropter poenitentiam, austeramque viuendi rationem valde diligite, qua virtutes augentur, spiritualesque vires ad totius boni executionem accrescunt. Multi sanctæ Ecclesiæ canones prohibent, & merito quidem, ne clerici sumptuosiss, coloratisque vtantur vestibus: siquidem etiam & Ethnici nimijs odoribus suffitos conspuebant. Quanto igitur execrabilius hoc inter ecclesiasticos

20 viros esse oportet. Optime olet, qui non olet, dixit Diuus Hieronymus. Et imperator Vespasianus dicitur beneficium quod homini promiserat, reuocasse, quia odoribus utebatur. Et Plato affirmat nullam maiorem alicui regno pestem aduenire posse, quam in eo nouas vestium rationes, inusitatosque ludorum modos introduci. Quod, vt euitaret, iussit, ne quid extraneum non necessarium in urbem suam posset introduci. Et postea alienigenas etiam homines ab vrbe iussit expelli: nequid in eam nouum quod posset officere introducerent. Et Herodotus affirmat Scythas, etsi barbaros, omnes alienigenarũ mores introducetes occidere consueuisse. Romani quoq; blasphemabant, quod ex Asia sibi odores aliæque luxuriosæ res aduenissent, quibus

1. Paral. 6.

2. PARA. 26.

Hiero. ad De metriadem, de Virg. seruanda.

Plato lib. 7. leg. in suarũ.

Plato lib. 8. leg.

Plato lib. 9. leg.

Herodotus in Melpeme.

reipublicæ suæ rigor relaxatus, deprauatusq; fuit. O quàm miserabilia sunt hæc omnia consideratu. Magnæ utiq; est Christiano populo confusione cum Ethnici has vanitates, fastus, profanitatesq; diligenter effugerint, Christianos eorum discipulos, quibus Dominus dixit: Nolite portare sacculum, neque peram, neq; calciamenta, hæc omnia laxis habenis sectari. Maioriq; est confusione, opus esse ecclesiasticos viros, ne hæc quasi sæculares homines sectentur, adæoneri. Sublimitatem status in quo à Deo locati estis aduertite patres mei: sanctumque Euangelium verbis, sanctæq; vitæ exemplis populum erudite. Quò sacros hos discipulos imitati ingentem in hoc sæculo gratiæ plenitudinem, & in futuro cœlestem beatitudinē mereamini. Ad quam nos perducat Iesus Mariæ filius. Amen.

In eodem Communi Euangelistarum Concio Quarta.

Designauit Dominus & alios septuaginta duos, &c.
Lucæ. 10.



V sancti discipuli Domini altissima fidei nostræ mysteria in hominum animos inducerent, oportebat eos à sacratissimo diuini verbi incarnationis mysterio exordiri, Christum verum Deum, & hominem esse manifestantes. Vnde gloriosus Apostolus Petrus coram Iudeis hæc altissima fidei nostræ mysteria prædicaturus exorsus est dicens: Viri Israëlitæ audite verba hæc: Iesum Nazarenum virum approbatum à Deo in vobis virtutibus, & prodigijs, & signis, quæ fecit Deus per illum in medio vestri, sicut scitis, hunc definito concilio, & præscientia Dei traditum per manus iniquorum affligentes interemistis, quæ Deus suscitauit solutis doloribus inferni: iuxta quod impossibile erat teneri illum ab eo. Sic prius infinitam Christi Redemptoris nostri excellentiã extulit: quo per eum infallibilis doctrinæ ipsius veritas innotesceret. Ideo conuenientissimum fuit Dominum Iesum Christum discipulos suos, *Antefaciem suam in*

omnem

3 omnem ciuitatem, & locum, quo erat ipse venturus, præmittere: vt verbis, & operibus mirabilibus eum verum Deum esse demonstrarent: cumq; eò veniret, ab omnibus, vt Deus reciperetur.

Mittensq; eos dicit illis: *Ite, ecce ego mitto vos sicut agnos inter lupos.* Attendite synceritatem, ac mansuetudinem, qua veri Dei ministri procedunt, tanquam agni. Non sicutiq; Sathanæ ministri gradiuntur. Heretici non tanquam agni synceri, sed quasi callidissimi lupi, dolosis vtetes artibus animas peruertere, à Dei q; & sanctæ Ecclesiæ obedientia separare conantur. Cum rex Balach Balaam Prophetæ persuasit, vt populo Dei malediceret, ascendit Prophetæ in montem excelsum, ingentemq; il-

Num. 23:

4 Iacob, & nosse numerum stirpis Israel? Moriatur anima mea morte iustorum, & fiant nouissima mea horum similia. Id est: Hic est populus singularis inter omnes totius orbis, auctus & excellens præ omnibus. Eorum morte ego moriar: & vtinam anima mea cum animabus eorum in eundem locum deferatur. Quæ cū audisset Balach dixit ei: Quid est hoc, quod agis? Vt malediceres inimicis meis vocaui te, & tu è contrario benedicis eis? Cui ille respōdit: Nū aliud possum loqui, nisi quod iusserit Dominus? Quod, vt cognouit maledictus rex, dixit ei: Veni mecum in alterum locum, vnde partem Israel videas, & totum videre nō possis: inde maledicito ei. Arbitratus est infœlix rex si Prophetam in loco cū deduceret, vnde peiorẽ illius populi partem aspiceret, nec partem optimè compositam, & speciosam cernere posset, illum statim

5 sibi esse persuasurum, vt ei malediceret. Hoc doloso, diabolicoq; artificio vulpes callidissimæ, qui sunt hæretici, vtuntur curantes Christianis persuadere, vt in aliquot imperfectiones, atq; misérias, quæ in sancta Dei Ecclesia sunt oculos conijciat, quo eas videntes ei maledicant, illam contemnant, & ab ipsius obedientia recedant. Non vtiq; illi dicent: Attendite in sancta Dei Ecclesia cōplures esse prælatos misericordes, zelatores, ac iustos. Aduerte multas in ea esse religiones, in quibus licet aliqui sint imperfecti, plurimi tamen sanctissimi viri cōmoratur. Aduerte plurimos esse Christianos probatissimis moribus, qui magna cordis puritate diuina sacramenta frequenter, cōpluribusq; pieta-

tis operibus intendunt. Attendite multas in ea esse sanctas cere
 monias, quæ ad spiritus elevationem, diuinæq; legis obseruatio
 nem multum conducunt. Nihil horum dicunt. Sed potius: Mal
 tæ simoniæ exercentur: vanitas est in Ecclesiasticis, inobedien
 tia in regibus, atque principibus: relaxatio, cupiditas, & a
 bitio inest religiosis. Has extremitates, imperfectionesq; castro
 rum sanctæ Ecclesiæ hominibus ostendant, quo eis persuadeant,
 vt eam maledicant, detestentur, & ab ipsius obedientia recedant.
 At, quemadmodum Balaam etsi à maledicto rege hinc illuc du
 cebatur, ne meliorem quidem, sed deteriore exercitus partem
 cerneret, nūquam tamen ei maledicere voluit, sed denuo illum
 benedictionibus prosequabatur, nouisq; laudibus extollebat:
 sic Christianos viros, fidelesque Dei seruos, quanuis hæretico
 rum obtreccationes audiant, aliquasq; in Ecclesiasticis, siue sæ
 cularibus hominibus imperfectiones videant, oportet, sanctam
 Ecclesiam non maledicere, neque ab eius obedientia recedere:
 sed potius benedicere, collaudare, ei que totis viribus obedi
 re, Deumque instantissime deprecari, vt ab ea imperfectione
 auferat.

Estq; hinc valde pensanda sanctorum discipulorum mira per
 fectio, qui quidem proprios persecutores præoptissime, libentissi
 meq; à peccato conabantur abstrahere, quos hinc Dominus lu
 pos appellat. Atque etiam dicere possumus tyrannos, iniquosq;
 homines lupis, & alijs immanibus belluis esse peiores. Nam
 immanis bellua vna tantum vititur arte nocendi: at homo ne
 quam novos indies modos exquirat, quibus proximum lædat.
 Bellua plerunq; non sæuit, nisi offendatur: malus autem homo
 etiam sibi beneficientibus officit. Et tamē sancti discipuli quasi
 agnimitissimi ad tyrannos proficiscebantur, vt eos illuminarēt.
 Fons in profunda valle prorumpēs in pauca loca deduci potest:
 si vero in monte sublimi oritur, facile quocunq; deferetur. Sic si
 amor in te metipso innititur, cum infirmū habeat fundamentū,
 difficulter ad proximos deduci poterit. At si in Deo fuerit fun
 datus, ex tam sublimi fundamento in amicos, & inimicos in no
 tos, & ignotos, in officiosos, & officientes tibi, facile prolabetur.
 Et quia sacri hi viri amorē suū in Deo statuerant, vbi primū cœ
 lestis eorum Magister eis dixit: Ite, ecce ego mitto vos sicut ag
 nos inter lupos, statim libentissime illi parentes abierunt, se seq;
 in me-

simile.

9 in medium luporum immiserunt: vbi vsq; ad mortem patientissimè perstiterunt. Loquens Beatus Petrus Apostolus de sancto Noë dicit: Noë iustitiæ præconem custodivit (scilicet Deus) diluuiū mūdo impiorū inducēs. Mirabilis fuit huius sancti viri patientia, & perseverantia, qui per centēniū penitentiā hominibus prædicauit, suavitq; vt Dei furorem fugerēt, eos diluuiō comminās: quam obrem à D. Petro iustitiæ præco vocatur. Et credibile est illum toto hoc tempore ab illis barbaris, atq; tyrannis ingentia detrimenta ignominiasq; accepisse, quæ omnia magna cum patientia pertulit: itaq; etiam sicut agnus inter lupos vixit. Hoc vobis exemplum proposui, eo quod inter alia, quæ in sacris literis sunt, est nimium singulare: vt noueritis à primordio mundi vlitatum fuisse iustos ob veritatem alios docendam, virtutesque 10 offerendas, & vitia reprehendenda nimios labores patientissimè, ac perseverantissime tolerare, vt ad eos sequendos concitemini, siquidem coronarum gloriæ, quibus nunc ipsi fruuntur, vos participes fieri cupitis.

Dicit eis vlteriùs Dominus. *Nolite portare sacculum, neq; peram neq; calciamenta.* In his verbis ostendit diuinus magister austeritatem, pœnitentemque vitam in prædicatoribus esse valde necessariam, quo eorum prædicatio efficacissima sit, radicitusque auditorum cordibus infixæ permaneat. Et sic vbi nos legimus in Psalmo. Regnabit Deus super gentes, alij transtulerunt: Regnauit Deus super gentes, & sic est etiam in cõtextu Græco. In quo adnotauit spiritus Sanctus tam certam fore gentium conuersionem ad fidem Dei que obedientiam, vt iam facta, Deusq; iam illis fuisse dominatus dici posset. Et vbi nos legimus in sequenti carmine: Deus sedet super sedem sanctam suam, alia trãslatio habet: Deus sedit super sedem sanctam suam. Vbi illos, qui conuertendi erant, sacra pagina sedem sanctã Dei appellat: & propter infallibilem conuersionis eorum certitudinem dicit Deum iam in eã sedisse. Vnum autem ex ijs, quæ ad hanc conuersionem nimium conduxerunt, fuit austeritas, & pœnitentia, qua sancti Apostoli sacrosanctum Euangelium prædicarunt. O Angelorum gloria, totiusque virtutis magister Iesu Christe fili Dei, qui delicatissimum corpus tuum quandiu mortalis in hoc sæculo vixisti, tam asperè tractasti, tuosque Sanctos discipulos docuisti, vt te in hac etiam virtute imitarentur. Eos, quæ sumus, nunc

Serm.

nunc in sanctam Ecclesiam tuam concionatores mitte, qui eodē¹² morum exemplo ad te sequendum homines excitent. Modo enim multos videmus, quibus in lingua tantum asperitas inest. Murenæ, siue lampetra toto corpore sunt molles: ore autem adeò dura, vt quicunq; illo apprehendant difficillime dimittāt. Sic tota nonnullorum concinatorum vita mollis, delicijsq; repleta est: manibus, oculis, corpore, toti sunt molles, vix ieiuniū aut cilicium, poenitentiaq; asperitatem norunt, solo ore sunt durī ad loquendum, & aliorum vitia obiurganda. Diuus Paulus dicit: Qui alios doces te ipsum non doces? Idem singulis horam dicere possemus. Si mater postquam buccellam mandit, infanti protinus præbet, quanuis ipsi non prosit, puero tamen proficit. Si verò cibum edēs digerit, & infanti in lacte cōmunicat, vnus, & idem cibus vtriq; proficit. At ego suspicor concinatorem,¹³ cui tota est cura mandendi, populūq; docendi, doctrinae vero suę nihil deglutit illam opere complens plerunq; parum utilitatis auditoribus afferre. Non sic vtiq; fidei nostræ patres faciebant, quorum viuēdi ratio adeò erat perfecta vt perfectissimos efficeret Christianos, ita vt dicat B. Petrus eorum vitam omnibus eam videntibus admirationem afferre, his verbis: In quo admirantur non concurrentibus vobis in eandem luxuriæ confusionem. Vbi alia translatio habet: In quibus obstupuerūt non concurrentibus vobis in eandem luxuriæ confusionem: quæ etiam maior est exaggeratio.

1. Pet. 4.

Et neminem per viam salutaueritis. O Christe vere totius amoris, & charitatis magister nunquid vrbانيتatem amicitiam inter homines conseruare, atq; etiam gignere nescis? Quomodo igitur¹⁴ tuis sanctis discipulis præcipis, ne illa vtatur? Non hoc Dominus præcipit, sed in his verbis exaggerare voluit diligentiam, qua sancti Apostoli munus illud sibi commissum adimplere deberent. Quod perinde est, ac si dicerent: Adeò citi properare debetis, vt quanuis tam decens sit homines sese inuicem salutare, vix in eis salutandis demoremur. Omnia virtutis opera vult Dominus instantissime, ac feruēdissime fieri. Michas Propheeta Israelitici populi nomine tot se beneficijs Dei astrictum considerans quærebat: Quid dignum offeram Domino? curuabo genu Deo excelso? Nunquid offeram ei holocaustomata & vitulos anniculos? Nunquid placari potest Dominus in millibus arietum?

Mich. 6.

15 arietum? Nūquid dabo primogenitum meum pro scelere meo? Ad quæ ipse Propheta respondet dicens: Indicabo tibi, ô homo quid sit bonum, & quid Dominus requirat à te. Vtiq̃ue facere iudiciū, & eligere misericordiam, per sollicitum ambulare cū Deo tuo. O nimis compendiosa verba. Diuinus Spiritus illa in cordibus vestris imprimat. In eis enim breuiter explicatur, quid Deus à singulis nobis exposcat. Primò docet, vt de nobismetipsis, ac de sæcularibus rebus iudicium faciamus, aduertamusq̃ue nos à Diabolo decipi leuissimis, ac vilissimis rebus: sicuti qui ad Gui-

simile.

16 bus Diabolus homines in infernum captiuos ducit. Ego igitur indicabo tibi, ô homo, quid sit bonum vtiq̃ue facere iudicium. Sæcularium rerum valorem prudenter appende, illasq̃ue protinus despicias: iudicabisq̃ue ob nullam earum tibi conuenire infinitam Dei probitatem derelinquere. Quando œconomus melopeponē emere vult, dicit venditori: Quantum tibi dari vis pro huius melopeponis probatione, id est, (per la cala deste melon) prius quàm illum emam? Qui si probatus sibi placet, illum emit, sin minus pretium probationis exoluit. O humanam miseriam. Ille ne asem amittat, illos modos & inuentiones exquirat: at vero ne animam perdat, nihil nouit excogitare. Non ità sit fratres, per Dei reuerentiam vos deprecor. Sed, vt nos Diuus Paulus mo-

simile.

1. Thes. 5.

17 te, malisq̃ue contemptis bona sequimini. Et hoc est primum, quod Deus à vobis petit. Secundum vero est: Facere misericordiam. Multi arbitrantur se hoc adimplere, si obolum pauperi largiantur: qui tamen decipiuntur. Deus enim non obolum petit, sed quod (inquit) superest, date pauperibus. Magnæ confusionis est inter tot diuites tot esse pauperes: quod vtiq̃ue non sic esset, si misericordiam faceretur. Vltimò tandem Deus petit, vt hæc, & cætera omnia, quæ ipsius causa feceritis, nimis sollicitè, diligenterq; faciatis: opera enim tepidè, ac remissè facta Deo (si sic dici potest) horrorem afferunt. Et quanuis Deus in omnibus postulet diligentiam, vnum tamen ex ijs, quæ multò sollicitiùs fieri vult, est spiritalis misericordia, qualis est, curare, vt animæ à pec-

Luc. 11.

cato

cato profiliant. Ex multis rebus colligi potest lethalis reatus quã
 ta sit grauitas. Quarum vna est, si consideretur, quomodo vnum
 mortale peccatum quod Adam protoparens admisit, tot, tam-
 que innumeras animas interemit. Alia est, considerare, filium
 Dei, vt nos ab eo liberaret, mortem acerbissimam subiisse. Alia,
 animaduerti, lethale crimen æterna esse poena dignissimum.
 Alia est, cogitari quanuis vno mortali peccato cunctis creatu-
 ris vitam, atque esse, Angelisque gloriam possemus adimere,
 hac ratione, quatenus est offensa facta creaturis, non tantum
 malum esse, quantum quia est offensio facta Deo: nam prop-
 ter hunc respectum infinitum quid inest peccato. Alia etiam
 ratio peccati cognoscendi est consideratio diligentia, qua Deus
 nos ab eo vult exire, quamque ad nos adiuuandos, vt hoc facia-
 mus, à ministris suis adhiberi vult: cum nolit eos tandiu etiam
 demorari, quandiu homo potest ab alio saluari. Quæ omnia cum
 verissima sint, non possum satis admirari, cur homines illa fir-
 missimè credentes tam facile peccata committant. Ethnicos
 hæc non credentes peccare, non est mirum, Christianum ve-
 rò ista credentem, & (si opus sit) pro eorum fide moriturum tam
 dissolutè peccare, hoc profecto quemque profundè consideran-
 tem, in maximum stuporem inducet. Quidlibet alij, quod eis
 admiratione dignum videbitur, admirentur: ego verò hæc
 duo semper, & nunquam satis dignè mirabor. Alterum tantum
 malum inesse peccato: alterū verò homines ista credentes tā leui-
 bus occasionibus ad peccandū induci, & in tot peccata corruere.

Præterea dicit eis Dominus: *In quamcunque domum intraueritis*
primum dicite: Pax huic domui. Accensa fornace inflatisque folli-
 bus statim per os clibani ignæ scintillæ exeunt. Cum iusti cor
 sit fornax, accēsa diuinusque spiritus assiduis illud fauoribus suf-
 flet, non est mirum ab eius ore passim verba pacis, & ædifica-
 tionis exire, quasi scintillas ab igne procedentes. At peculiarius
 concionatores oportet maximè in initijs verba mitia, & pacifica
 loqui, ad auditorum animos captandos, & ad sanctæ doctri-
 næ amorem alliciendos. Postea verò si opus fuerit, vocem muta-
 re acriterque reprehendere poterūt. Sic faciebat Diuus Paulus,
 qui ad Galatas scribens dicit eis: *Vellem esse apud vos modo, &*
mutare vocem meam, quoniam confundor in vobis. Ex quo
 apparet in principio eos mitibus verbis, atque pacificis con-
 uertisse.

simile.

Gal. 4.

21 uertisse. At quia postea peruersi fuerant, exoptabat apud illos commorari, ut eos asperè obiurgaret, sicut in eadem epistola facit, ubi eis dicit: O insensati Galatæ, quis vos fascinauit non obedire veritati? Sic stulti estis, ut cum spiritu cœperitis, nunc carne consummami? Ideo præcipit Dñs discipulis suis, ut pacè in ore gerentes: in domos ingrediantur.

In eadem autem domo manete edentes, & bibentes quæ apud illos sunt: dignus est enim operarius mercede sua. O quàm metuendum verbum est hoc multis Ecclesiasticos redditus edentibus, quæ satis digna merces est operarijs, cum tamen illi Ecclesiæ operarij non sint. Solum operarium Dominus mercede sua dignum esse dicit: vult quæ eum ab illis sustineri, quibus spiritalia bona ministrat. Atq; etiã dicit eis: *Nolite transire de domo in domũ.* Quasi diceret: Si estis in domo hominis opiparos, preciososq; cibos non habentis, ne dicatis: Transeamus in domũ alterius ditioris, qui nobis lautius provideat: hoc enim mundanorũ, voluptatibusq; indulgentiũ propriũ est. Tandemq; concludens præcipit eis, ut in ciuitatibus, in qua fuerint ingressi dicãt: *Appropinquabit in vos regnum Dei.* Nam sacratissima ipsius morte peccatum erat evertendum, diabolus superandus, gratia conferenda, Deusq; in hominibus habitaturus. Et quia mors hæc nondum erat transacta, ideo dicit: *Appropinquabit in vos regnum Dei,* videlicet, ut significet, non multũ laboris requiri, ut ad illud accedatur. O felicissima verba. Ecquis est adeo sui ipsius inimicus, qui oculos adaperiens tantum bonũ amoris viscerib; nõ recipiat? Aduerte õ homo ad hoc quod sis rex, nihil aliud, nisi voluntatem tuam deficere, Regnum enim 23 ad ostium tuum appropinquat; quod nisi receperis in te culpa conferetur. Idem diuinus spiritus alibi significauit dicens: Clara *sap. 6.* est, & quæ nunquam marcescit sapientia, præoccupat qui se concupiscunt, ut illi se prior ostēdat. Qui de luce vigilauerit ad illã, non laborabit: absident enim illã foribus suis inueniet. O verba dulcissima. Quomodo, õ homo, non amore liquefcis hæc audiēs, siquidem tibi Dominus ipse dicit se gratiamq; & regnum suum ad cordis tui ostium expectare, quod tãtum bonum in te recipias? Ecquis igitur te detinet, quò minus hoc facias? Eia ergo iã peccata tua à te expelle, illisq; repulsis in te regnũ Dei introibit. Hunc gloriosum Euangelistam D. Marcum, cuius festũ hodie sancta Ecclesia celebrat, imitare, qui tam ex animo regnum cœlorum appre-

apprehendit, Romani quondam Marci cognomen præstantibus 24 viris, sicut consulibus, & senatoribus imponere consueuerant. Vnde dicebatur Marcus Antonius, M. Tullius, M. Cornelius, & M. Aurelius. Virum autem fortem ad dimicandum, simulq; sapientem ad docendum duplici honore insigniter honestabâr, scilicet cognomine, atq; figura illum donabât: cognomine Marco, figuraq; atq; insigni victoriæ in templo crecto. Vnde est q̄ siquem laudare vultis dicitis (*Italano es yn hombre marcado*). O Beate Marce, quàm meritò de te dicere possumus: Secundum nomen tuum, ita & laus tua. Vir hic sanctus non solum sibi, sed nobis etiam sapiens fuit, fortisq; extitit ad dimicandum, vitiâq; & errores huius sæculi euertendos: ideoq; aptissimè Marcus appellatur, eiq; fortis leonis figura præbetur. Nam et si de singulis iustis dicitur in Prouerbijis: Iustus quasi leo confidens absq; terro 25 re erit, huic tamen singulari quadam peculiaritate leonis figuram attribuit sancta Ecclesia, videlicet, ob ingenuam ipsius fortitudinē, & quia de Dominica resurrectione latissimè scrip sit, & de superna Iesu Christi filij Dei victoria copiosissimè locutus fuit. De quo dicitur in Apocalypsi: Vicit leo de tribu Iuda. Tâ sapiētis ergo magistri præstantissima exēpla imitari curemus, tâq; constantis ducis vestigia sectemur. Sic enim diuinâ in hoc sæculo gratiâ, cœlestēq; in futuro gloriâ cōsequemur. Ad quâ nos perducatur, Iesus Mariæ filius, Amen.

Prouer. 28.

Apoc. 5

I N C O M M V N I

vnius Martyris Con- cio Prima.

Si quis vult venire post me abneget semetipsū, Mat. 16.

4. Reg. 2.



O lente Deo per turbinē sanctū Eliam in cœlum tollere, vir Dei discipulo suo Eliseo dixit: Pete qđ vis, vt faciã tibi, ante quã tollar à te. Dixitq; Eliseus: Obsecro, vt fiat in me duplex Spiritus tuus. Hæc dicēs petijt, vt se quasi primogenitū in gentibus diuini Spiritus diuitijs tâquam duplici portione donaret. Etenim iuxta

2 iuxta legem primogenitis duplex paternæ substantiæ portio debebatur. Qui respondit: Rem difficilem postulasti. Attamen si videris me, quando tollar à te, erit tibi quod petisti. Ecquid (quæso) conditio ista significat? Ecquid intererat Elisei Heliam à se discedentem videre? an non, ad petitionem suam impetrandam? Aut quid vir sanctus in hoc ab Eliseo postulavit, quia rem tam gravem in illa conditione constituit? Profecto petijt, quod illic opere compertum est. Petijt quod præcedere visionem illam oportebat, scilicet, inseparabilem quandam discipuli cum magistro societatem. Nam si eum visurus erat, quando eleuaretur in cœlum, oportebat eum ab Helia nunquam recedere. Hoc magister petijt, idemque Spiritus sanctus discipulum facere docuit. Vnde dicenti ei Helix: Sede hîc, quia Dominus misit me in Bethel respondit Eliseus: Viuit Dominus, & viuit anima tua, quia non derelinquam te: Dicenti que illi secundo: Sede hîc, quia Dominus misit me in Hierico, ille respondit: Viuit Dominus, & viuit anima tua quia non derelinquam te. Tertio que dicenti: Sede hîc, quia Dominus misit me vsq; in Iordanem, etiam respondit: Viuit Dominus, & viuit anima tua, quia non derelinquam te. Sic que ne punctum quidem ab eius latere discedens, necessario illum in cœlum ascendentem visurus fuit: quapropter pallij, duplicisque spiritus eius fuit hæres effectus. In hoc significauit Spiritus sanctus, si spiritus Christi cœlestis magistri nostri particeps, diuinorum que ipsius donorum, & gratiarum hæres esse velimus, nos illum in omnibus sequi debere, per omnia, scilicet, opera, quæ

4 fecit, quousque ad cœlos ascendit, & ne minimum quidem temporis spatium, si fieri possit, ab eo recedere oportere: ita ut eum in omnibus vijs eius, scilicet, in Bethlehemitico stabulo natum, circumcisum, in templo oblatum, in Ægyptum peregrinatum, in deserto ieiuantem, in horto Gethsemani sanguineis imbris insudantem, hominibus prædicantem, in domo Caiphæ sputis, alapisque confitum, in domo Pilati flagellatum, in monte Caluarie crucifixum, in sepulchro conditum à mortuis resurgentem, in cœlos gloriosum ascendentem, & denique ad dexteram Patris ineffabili maiestate sedentem assidua mentis cõtemplatione comitemur. Non solum autem meditatione, sed affectione etiam amore, ac imitatione illum sequi debemus, quoad poterimus

oculos ab eo non remouentes, omnesq; labores, atq; discrimina, quæ sese nobis in virtutum exercitatione obtulerint, propter eum constanti animo perferetes. Et hæc est via certissima ad eius spiritum impetrandum.

simile.

Ephes. 2.

Cum enim clementissimus hic magister gratiarum omnium sit vberimus fons, qui eum efficacius atq; intimius fuerit comitatus, harum gratiarum magis particeps erit. Vnde loquens de eo Diuus Paulus dicit. Ipsum constituit Deus ad dexteram suam super omnem principatum, & potestatem, & dominationem, & omne nomen, quod nominatur non solum in hoc sæculo, sed in futuro. Et ipsum dedit caput supra omnem Ecclesiã, quæ est corpus eius, & plenitudo ipsius, qui omnia in omnibus adimpleuit. In quibus verbis D. Paulus magnificentissimè non solum Christi Redemptoris nostri honorem, sed utilitatẽ etiam nobis ex eo dimanantem explicat, cum ipse sit caput nostrum reges nos suamq; gratiam, & virtutem in spiritus nostros influens. Et sic talem nos omnino illum sequi oportet, sicut in hodierna sancti Euangelij lectione docemur, quæ sic exorditur. *Si quis vult venire post me.* Paulo ante dixerat supernus hic magister discipulis suis: oportere se ire Hierosolymam, & multa pati, & occidi. Quæ audiens D. Petrus naturali quodam amore, ac compassione commotus dixit ei: Absit à te Domine non erit tibi hoc. Ne talia dicas Domine: cor etenim meum illa nõ potest ferre, nec aures audire. Quid Domine? num facies ista, quam Angeli summa cum reuerentia contemplantur, a lapis cædetur? Hi tam decori capilli dilaniabuntur? Num hæc tam venerabilis barba euelletur? Num isti tam delicati humeri crucis pondere grauabuntur? Illumque mitissimus agnus obiurgans dixit discipulis suis: Si quis vult venire post me abneget semetipsum & tollat crucem suam, & sequatur me. Quasi diceret: Ego passurus sum, mortisque meæ meritum adeo multum valiturum est, vt illa debitum humani generis exoluam, mortis imperium auferam, Dæmoni caput infringam, inferum Sanctis Patribus spoliem, cœli ianuam referem, ex terra in cœlum filijs Adæ viam aperiam. O quot bona filij mei vobis prouentura sunt, ex eo, quod ego in cruce cruciatus, mortemque perpetiar. At animaduertite, quauis thesaurus sanguinis mei, meritorumque meorum diuitiæ tanti sint valoris, sicut reuera sunt, vt hæc omnia face-

8 repossint, non ideò vos pigrescere oportet: Nolo quippe hominem dicere: Si quidem Pater meus in agro arat, ego volo delicijs indulgere. Siquidem ipse mihi nimis anxius aurum accumulatur, cur ego fatigabor? siquidem Iesus Christus pro me fuit in cruce perpeffus, mortemque acerbissimam toleravit, ut mihi cœlestem beatitudinem compararet, quid mihi opus est nunc laborare? Magna esset hæc fraus: mea enim crux proficit hominibus me cum alia cruce sequentibus: morsque mea illi profutura est, qui mundo mortuus fuerit: sanguisque meus est viris constantibus sanguinolentum bellum appetitibus suis inferentibus. Ideo postquam de cruce sua loquutus est, protinus de nostra sermonem facit. Pergebat magnanimus Iehu de quibusdam Idololatrijs 4. Reg. 18. supplicium sumpturus, & quemdam amicum suum in viareperiens eum interrogat: Est ne cor tuum rectum cum corde meo? Idest, Dic mihi, nunquid idem quod ego, desideras? aut idem quod ego cogitas? (Ibi enim sumitur cor pro intentione, & desiderio.) Cui ille respondit: Est. Si est, inquit, da mihi manum tuam, dataque manu leuavit eum ad se in currum. O diuine Iehu, Iesu Christe filij Dei, si te interrogo quò tendis cum crucis curru? certò scio te mihi esse responsurum: Vado ad carnem, peccatumque interficiendum. Ecquis te ò superne reparator in Caluariz via gradientem viuz fidei oculis intuetur, cui cor interius non dicat: Ille sic gradientis est dux Israel, cuius manu mundi abominaciones, & idololatriæ interimendæ sunt: Quid igitur aliud arbitramini fuisse, Dominum statim postquam de cruce sua locutus est, de nostra agere, nisi singulis nobis dicere: Num cor tuum ò homo est rectum cum corde meo? Nunquid idem quod ego, cogitas, atque desideras? Ego te ab inferno liberare, tibi que cœlum adipisci intendo. Si tu idem intendis, da mihi manum tuam, ascende mecum in currum, labores sicut ego, patere, te ipsum, sicut & ego, abnega, crucem tuam sicut ego, tolle. Hoc vult dicere: Siquis vult venire post me. Nunc singula queque hæc verba pensemus. Primum est, Siquis. O magnam miseriam nostram? Quid Domine? tam inhumane ter recipis sequentes te, ut quasi rem inusitatam, & à paucis expectandam tam peculiariter dicas: Siquis forte vult venire post

2. Reg. 15.

me? Quomodo fratres non erubescitis, cum à diabolo, aut mun-
do accersiti illos sequamini? Si vero vos Iesus Christus accersit
intelligit tam modicos vestrum illum esse secuturos, vt multos
non audeat inuitare, sed dicat: Siquis? Ecquis perturbationem
illam legit, quam maledictus Absalon excitauit in Israel, cui
viscera præ compassione non disrumpantur? Dolosis sermoni-
bus ille nequam sollicitabat corda filiorum Israel. Cumque sibi
opportunitum tempus visum esset, regnum fraudulenter vsurpa-
uit cunctis vna voce clamantibus: *Viuat Rex Absalon, viuat
Rex Absalon.* Quod cum ad Dauidis aures accessisset, dixit ami-
cis suis: *Ego fugere volo, iuuenis hic audacissimus, atq; insolenti-
sissimus est, si me hic inuenerit, vt regnū turius possideat, interfi-
ciet me. In montes volo confugere, ibique quo melius potero,
me recipiam. In quo itinere illum paucissimi sunt secuti, si cum
Absalonis sequacibus conferantur.* Etenim non est ausus bonus
rex regni sui optimates, aut milites conuocare. Quid rex tam sa-
piens, & clemens, qui tam recte populum gubernarat, qui eum
toties hostibus liberarat, nūc tanta necessitate, ac discrimine op-
pressus eum conuocare nō audet? Ne miremini fratres: nam adeo
maledictus Absalon cordibus dominatur, quæ callidissime ad
se allexit, vt rex multos socios nō audeat accersire. Eadē ærum-
nam hīc perspicio. Accersit filius Dei socios: videturque non au-
dere multos conuocare, sed dicit: *Siquis vult venire post me.
O Deus infinite maiestatis, atq; clementię quomodo tu creator,
conseruatorque noster cum sis à quo quicquid habemus, acce-
pimus, & ex quo quicquid nobis deficit, speramus, dicis: Si-
quis vult venire post me? Si te non sequimur, quem sequemur?
Si te non comitamur, quæ nos societas delectabit? O homi-
nes ne miremini: nam principem tenebrarum adeo hominum
cordibus dominari, eosq; illius volūtati submissos aspicio, tāto-
pere cupiditatibus suis indulgētes tamq; deprauatos illos video,
vt omnes non audeam conuocare. Ideoq; illos minutim, ac singu-
lariter voco: scio enim paucos me esse secuturos. Hoc multo an-
tea Isaias Propheta prædixerat his verbis: *Et erit in die illa Dñs si-
cut quærens spicas in vale Raphaim, & sicut excussio oleæ du-
arum, vel trium oliuarum in summitate rami. Adeo rari, ac pau-
ci boni respectu malorum inuenientur (ait Sanctus Propheta)
sicut in agro sterili spicæ, au in excusso oliueto duæ, vel tres
oleæ**

Isai. 17.

14 oleæ: in ramorum cacumine derelictæ difficile reperiuntur. O rem dictu, audituque tremendam. Comparat hic Spiritus sanctus malos abundantissimis vberimarum vallium frugibus, quæ festæ curribus in aream deferuntur: iustos vero modicis spicis in agro restili remanentibus, quæ difficulter inveniuntur. Iniquos etiam plurimis oleis, quæ ex oliueto, cum excutitur, colliguntur, & in plaustris ad torcularia deferuntur: iustos autem paucissimis oleis in oliuarum verticibus remanentibus, quo excussorum virgæ peruenire non possunt, confert. Miserabile utique est, cum Deus homines creauerit, eosque alat, & cum ipsi eius messis, & oleæ oliueti sint, quod ipse plantauit. Diabolum eos (*A carretadas*) in infernum deducere: diuinamque ipsius maiestatem paucissimos fideles seruos suos reperire, quos in **25** gloriam deferat. Grauis quidam autor refert magistrum Parisiensem literis insignem cum iam prope obitum esset ab urbis illius episcopo visum, monitumque fuisse, ut saltem in illa vltima hora multa beneficia, quæ illicite possidebat, renunciaret, vnumque sibi relinqueret: quo, si forte ex morbo euaderet, aleretur. Miser autem in sua iniqua sententia pertinax respondit: Ego volo tentare, vtrum quisquam multa possidens beneficia possit saluari: & cum hac pertinacia interijt. Qui postea diuina dispensatione eidem Episcopo apparuit, à quo de suo successu quæsitus respondit: In perpetuum sum damnatus ob præsumptionem, superbiam, pertinaciamque meam. Episcopumque interrogauit, vtrum aliquis adhuc esset in mundo. Quid (ait Episcopus) cum tu a deo sapiens sis hoc interrogas? Nūquid tam cito **26** mundum finiendum esse putabas? Hoc (inquit damnatus) quæro, quia post interitum meum tot in infernum damnati descenderunt, ut vix tot viuentes in terra existere iudicari, Ecce quam apte hoc sancti Isaia sententiæ quadrat: nos verò quali lapides insensibiles rem a deo metuendam non timemus. O incommutabilis Deus quibus nam verbis tantum hoc malum satis digne valet explicari? Ut autem consideratio hæc vobis efficacius imprimatur, aduertite quauis tot Sathanas in Tartara detrudit, Deusque tam paucos ad cælum deducit etiam ijs paucis Sathanam inuidere, & quibusuis rationibus potest, eos Deo auferre curare. Hoc satis aperte in libro Iob ostenditur, vbi *Iob. 1.* dicitur: Cum quadam die venissent filij Dei, ut starent coram

Dominō, affuit inter eos etiam Sathan. Cui dixit Dominus: ¹⁷
 Vnde venis? Qui respondeas ait, Circuiui terram, & perambu-
 laui eam. Diligenter perpēdite verbum hoc: Perambulauī eā:
 vbi significatur diabolus quasi dominus domum suam, sic ter-
 ram deambulans possidere. Cumque Dominus Iob laudaret,
 dicens illi: Nunquid considerasti seruū meum Iob, quod non sit
 ei similis in terra? à Domino facultatem illum tentandi, & per-
 sequendi postulauit, arbitrans se illum in sui seruitutem posse
 redigere. Mirabile quidem, quanuis Sathanas totum fere orbē,
 Deus autem vix in toto mundo alium fidelem seruum, nisi Iob
 haberet, adeo illi diabolus inuidebat, vt ne illum quidem Deum
 habere pateretur, sed eum ad sui iurisdictionem obedientiamque
 curabat allicere. Ex quo apparet, quam insatiabiliter Sathanas
 perditionem nostram exoptet, & quam vigilanter nos oportet
 viuere. In quo etiam ostenditur quam vilitatum fuerit sem-
 per in orbe paucissimos esse Dei seruos respectu compluriū dia-
 boli ministrorū. Ideoque cœlestis magister, ac dux noster tā pe-
 culiariter ac singulariter dicit: Si quis. Statimque addit: Vult veni-
 re. Magnū fuit hoc Dei beneficium salutē, vitamque æternam in
 manu nostra esse locatam, quo si quis velit diuino auxilio tan-
 tam possit gloriam adipisci. Non sic in manu nostra sæculares
 honores, ac bona sunt posita, vt si volumus, ea cōparemus. Hęc
 enim cum vilia sint, parum nostra interest comparare: imo ve-
 ro illis carere nobis multum cōducit. Bona vero, quæ verē sunt
 bona hæc in manu nostra Dominus statuit, vt qui canon fue-
 rit consecutus, de se vno queratur. Itaque ad hæc æterna bona
 consequenda cunctos nos fecit æquales: circa hoc nihil interest
 inter diuitem, regem, atque magnatem, & nigrum Aethiopem.
 Non quippe dedignatur Deus vilissimos orbis homines sicut,
 & reges potentissimos in amicos habere. O ineffabilem Dei cle-
 mentiam, quantum in hoc illucescit. Hoc Diuus Petrus Apo-
 stolus considerans quasi stupefactus dixit: In veritate comperi,
 quia non est personarum acceptator Deus: sed in omni gente,
 quæ timet Deum, & operatur iustitiā acceptus est illi. At qua-
 ro, Domine, si quidem hæc res tanti nostra interest, vt salus no-
 stra in ea sita sit, quare illam in potestate, voluntateque nostra
 relinquis dicens: Si quis vult venire? Nunquid bonū esset, quod
 inflammata alicuius domo, cuius filius dilectissimus in ea len-
 tissime

Act. 10.

Simile.

20 tiffimè dormiret, ipse ad eum accederet, diceretque: Fili attende domum vri, vitamque tuam valde periclitari, si vis, surge, & ignem euade. O Domine ardente domo, quæris num velit, an nolit filius tuus? Velit nolit, dicit ei: Porrige manum, sin minus, cedo capillos: illumque humi serpentem licet inuitum trahc. O bone Iesu, ò gloria iustorum, quid Dñe ardente seculo naphtha (*Confregio de alquitran*) hominibusq; quos tantopere diligis miseriarum alto sopore dormientibus, nunc tam graue negotium in eorum voluntate relinquis dicens: Si quis vult venire post me? Sponte, aut inuitose eos capillis apprehende. Hoc ego (ait Dominus) minime faciam. Quauis illos magnopere diligo ingentemque mundi calamitatem perspicio, non tamen eos cogam, sed volentem venire ad me libentissime suscipiam: nolens autē
 21 maneat: illum enim aliquando poenitebit sempiternis hoc seplicijs persoluentem. O magne Deus, quot nobis hic perhibes documēta. Primò admirabilis illius prouidentia manifestatur. Cupit etenim, vt homo ipsum sequatur: & potest illum cogere. Quia verò homo est intellectualis creatura liberoq; arbitriopredita non vult eum compellere, sed naturæ illius iura custodit. Et ita dicitur de diuina sapientia: Attingit à fine, vsq; ad finem fortiter, & disponit omnia suauiter. Id est quauis fortis, & omnipotens est, creaturas non cogit: sed eas suauiter disponēs ad se allicit. Sicut per amorem Deus ad nos venit, ita per amorem nos ad eum ire vult. In illo veteris testamenti mari Synagoga timoris polo duā nauigabat: at in hoc legis gratiæ mari sancta Ecclesia ad Dei amorem, tanquam ad certius polum respicere debet. Ex quo intelligetis fratres quantopere erratis, qui in horam mortis vitiorum desertionem, poenitentiamque differtis: cū scilicet iam mundo seruire nequeatis. Num, quæso, iste est amor, an violentia? Istam ne voluntatem, an necessitatem appellabitis? Furatur latro, dicitq; index: Frater restitue domino, quæ surripuisti, & ego humaniter tecum agam: ille verò negat. Sic? ait index, negas? Accedat tortor, & illum statuatur in equuleo, statimque licet inuitus fatebitur. Qui vbi primum incipit contorqueri protinus fatetur. Nunquid confessio ista spontanea est, an per violentiam facta? Vos videte: satis enim perspicua responsio est. Vnde, experientia comperimus, quemadmodum teus cessante tormento, laxatisq; funibus retractatur, dicitq; sequic-

Sap. 8.

Simile.

quid confessus est, propter tormenta mendaciter dixisse, cuius publicum postulat testimonium : sic peccatorem ex illo morbo euadentem sæpe numero retractari, & quicquid mortis timore perterritus proposuit, reddere inualidum, peioribusque operibus significare, se illa non sponte quidem, sed coactum fecisse. Non in hoc dico quenquam solo timore perstrictum vitia derelinquere, Deo que seruire, malum esse: imo verò magni boni principium esse solet. Vnde dicitur in Prouerbij: timor Domini principium sapientiæ. Ad firmum ædificium construendum solet prius lignea strues supponi, quibus ædificatio innitur: quæ perfecta lignea strues in humum dei cecidit: solumque verum remanet ædificium. Sic timor inferni, & præmij spes sunt quæ lignea strues: super quam vera ædificatio diuinæ charitatis instruitur: quæ vbi primum in anima struitur, seruirem timorem, super quem fuit constructa, destruit, sicut affirmat Beatus Ioannes dicens: Perfecta charitas foras mittit timorem. Accidit aliquando quenquam incipere alicui hero seruire, quia ei duodecim quotannis aureos soluit: quem postquam ex conuersatione cognoscit, ad eum suauem, nobilemque experitur, vt dicat: Domine iam non pro mercede, sed propter te metipsum, quia tu ministerio meo dignus es tibi deseruiam. Sic non nunquam aliqui Deo seruire incipiunt, ne eos in infernum detrudat, sed cœlesti beatitudine donet: qui in diuino eius ministerio perseuerant tantam cœlestis nobilitatis, ac probitatis eius cognitionem consequuntur, vt ardentissimo illius amore comprehensi singulari cordis puritate dicant cum sancto Iob: Etiam si occiderit me, in ipso sperabo. Idest quanuis certo scirem me ab eo in perpetuos inferni cruciatus esse detrudendum, ab eius tamen amore non desisterem. Quamobrem fratres diligenter Deo seruire amore concitati incipite. Quod si cor vestrum ad hoc faciendum amore non mouetur, saltem timore perterriti hoc aggredimini, sic enim ad amorem tandem peruenietis. In his etiam verbis: Si quis vult venire post me, dominus parentes obiurgat, qui liberos suos inuitos in aliquo statu locare conantur. Dicite, quis plus liberis vestris dominatur? Deus, an vos? Deus vtique. Siquidem igitur: cum Deus Dominus sit absolutus eos ad legis suæ obseruantiam vocans eos non cogit, cum tamen in ea ipsorum salus sita sit, vos cum terræ vermicu-

li-

*Prov. 1.
Simile.*

*1. Ioan. 4.
Simile.*

Iob. 13.

26 **li** sitis, vultis tamē liberos vestros statum, qui vobis placet, inuitos suscipere, qui forsitan eis minus conuenit? Fratres, liberos vestros cum statum suscipere oportet, quem ipsi elegerint, & magis eorum propensionibus quadrauerit. Loquens Dominus cum Martha de Mariæ sororis eius statu dixit: Maria optimam partem elegit. Attendite quo termino vsus fuerit. Elegit *Luc. 10.* (inquit) non ei per violentiam data est, sed ipsa eam elegit. Et *Psal. 53.* sanctus Dauid dicebat: Voluntariē sacrificabo tibi. Ob cuius defectum tot sunt miseræ in statibus sanctæ ecclesiæ.

Dicit vltorius Dominus: *Post me.* Verbum hoc magnæ cōsolationis est viris Christianis. Hoc verbum non solum viris, sed pueris etiam, atq̃ue puellis tenerrimis animum addidit, quo innumeros cruciatus constantissime paterentur. O rem mirabilem. Virgines, quæ arboris fronde, mureq̃ue solent stupe fieri, virili animo tot sese vltro tormentis offerebant, vt ipsi met tortores earum constantissimum pectus, ipsarum naturam exuperans mirarentur. Vnde hoc processit? Ex eo vtique, quod cœlestis sponsus prior hæc transijt, eisq̃ue viam adaperuit, qua ipsæ cruces suas deferentes pertransirent. Et ita dicit Habacuc Propheta: Viam fecisti in mari equis tuis, in luto aquarum multarum. Audiui, & conturbatus est venter meus à voce contremuerunt labia mea. Singuli iusti sunt equi Dei. His Dominus per mare laborum, & perlutum calamitatum viam *Habac. 3.* aperuit. Tamq̃ue mirabilis fuit patientia, qua per eas transierunt, vt sanctus propheta hæc ante quam fierent, in spiritu audiens, sicut hic ipse fatetur, obstupuerit. Et quanuis mirabile fuit eos tam debilibus corporibus tot tormenta perpeti posse, mirabilior tamen fuit visu lætitia, qua ad illa martyria suscipienda properabant. Ita, vt cum multi à tyrannis non quærentur, ipsi met sese illis offerrent, magnisq̃; vociferationibus clamitarent dicentes: Christianus sum, Christianus sum. Cum gloriosus martyr Cyprianus iudici deferretur, iudexq̃; ab eo quæreret: Tu ne es Cyprianus? constantissime respondit: Ego. Qui quæsiuit vltorius: Tu ne es ille, quem Christiani Papam vocant? at ille respondit: Ego. Dixit ei iudex: Principes iubent te Deos adorare. Ille respondit: Non faciam. Dixit ei iudex: Satius esset salutis tuæ hoc facere: respondit: Salus mea Christus. Legitur illi sententia: Cyprianus gladio feriat, & ait: Amen. O amen. O

dulcissimum verbum. O felicissimum vitæ terminum. O mirabile patiēdi desiderium hoc sancto verbo, Amen, explicitū. Et sic constantissime cillum porrexit, gladioque libentissime obtulit, & pro tanto hoc martyrij beneficio viginti aureos carnifici dari iussit. Et sicut alij auro vitam redimunt, ita gloriosus hic vir illo mortem emit: oculos enim in suo diuino duce, qui eū præcesserat, statuerat. In illum etiam & nos dilectissimi fratres mentis oculos iaciamus, eumq; sanctos imitantes prosequamur. Sicque diuina repleti gratia ipso in perpetuum fruituri ad coelestem beatitudinem perducemur: quod nobis præstare dignetur idem Iesus Mariæ filius. Amen.

In eodem Cōmuni vnius Martyris Concio Secunda.

Si quis vult venire post me abneget semetipsum, &c.

Mat. 16.



VT noueritis quā vniuersalis sit hæc doctrina, & quantopere nos omnes diuinum hunc ducem sequi oporteat, aduertite, B. Lucam hæc ipsa verba referentem dicere: Dicebat autem ad omnes: *Si quis vult venire post me, abneget semetipsum, & tollat crucem suam, quotidie, & sequatur me.* Vbi hæc duæ dictiones: Dicebat ad omnes, &, quotidie, valde pensari debent: in quibus significatur, quā vniuersale, atque continuum hoc esse oportet. Et D. Marcus hæc eadem referens aliud singulariter, & notatu dignissimum addidit, scilicet, Dominum peculiariter atque seorsum discipulos suos alloquentem, cum hanc sententiam vellet proferre, cōuocata turba cum discipulis suis dixisse eis: *Si quis vult me sequi deneget semetipsum, &c.* Conuocans Dominus turbam vt simul cum discipulis suis hoc audirent, posteaque tam singulariter dicens, *Si quis vult me sequi, significauit coelestem hanc doctrinam non discipulis tantum suis, sed omnibus etiam vniuers-*

Luc. 9.

Marc. 8.

3 vniuersaliter conuenire, & singulos quosque illam exercere de-
 bere. O singularem Euangelicæ doctrinæ puritatem. O eximiã
 legis Iesu Christi synceritatem: quàm procul abest ab omni su-
 spicione, atque fallacia. Attendite qualia postulet ministeria, &
 quæ sequacibus suis imponat officia: mortificationem, scilicet,
 & crucem eis commendat. O bone Iesu, ò Angelorum gloria,
 nõ delicijs, ac blandimentis, nõ inanibus pollicitationibus ad te
 homines allexisti eis gaudia; voluptates, diuitias, honores ve tē-
 porales promittens, sed eos ad labores, persecutiones, asperita-
 tes, ignominias, ac denique mortem accersiens. Neq; verò illos
 armis aut prælijs compulisti, sed diuinis sermonibus tuis, quos
 miraculosis operibus cõfirmasti, eos cõmonuisti. Non sic utiq;
 fecit maledictus se ductor ille Mahoma, nec fallaces heretici, qui
 4 complures ad se adduxerunt. Ideoque quid mirum est, si breui
 tempore dimidium orbis ad se allexerint, cum vitijs habenas re-
 laxarint, facultatemque concesserint temporalibus omnibus
 delicijs perfruendi? At, quærat quispiam, quomodo hæc Domi-
 ni verba cum illis cõueniant, quæ ipse alibi dixit? Venite ad me
 omnes, qui laboratis, & onerati estis, & ego reficiam vos: iugum
 enim meum suauis est, & onus meum leue. Quomodo tanta sua-
 uitas cum tanta asperitate concordat? Etenim hic dicitur: Siquis
 vult venire post me, abneget semetipsum, & tollat crucẽ suam.
 Audite mysterium magnum in his verbis inclusum. Cum Do-
 minus de superno corporis, ac sanguinis sui sacramento locutus
 fuisset, plurimi, & ex discipulis etiam ab eo recesserunt dicen-
 tes: Durus est sermo hic, & quis poterit eũ audire? Tunc inter-
 rogauit Dominus & Apostolos dicens: Nunquid & vos vul-
 tis abire? Et Dominus Petrus omnium nomine respondit dicens:
 5 Domine ad quem ibimus? verba vitæ æternæ habes. Attendite
 discernite: illi abierunt, quia eius verba illis aspera, isti vero mā-
 serunt, quia ipsius sermones eis vitæ æternæ esse videbantur. Su-
 per quod ait Beatus Bernardus: Ita dico vobis fratres vsque ho-
 die, cum loquitur Iesus, quibusdam manifestum est quoniam
 verba eius spiritus, & vita sunt, & propterea sequuntur illum,
 alijs dura videntur, & miseram alibi quærunt consolationem.
 Ex quo apparet varietas hæc non in doctrina quidẽ præcepti-
 q; Iesu Christi Saluatoris nostri, sed in auditoribus esse. Vnde
 Beatus Paulus dicit: Verbum crucis porcuntibus quidem stul-

Matth. 11.

Ioan. 6.

Bernard.

1. Cor. 1.

titia

titia est: his autem, qui salui fiunt, id est, nobis, Dei virtus est. Nō legi quidem, sed peccato grauitas inest. Peccatum efficit ò peccator, vt lex tibi grauis appareat. Relinque peccatum, vere que & ex animo diuinæ legis præceptis intēde, & experiere quantā in eo dulcedinē delitētē inuenies. Fugiebat sanctus Moyses à facie colubri: dixitq; illi Deus: Extende manum tuam, & apprehende caudam eius. Extendit: & tenuit, versa que est in virgam. Quid fugis Christiane faciem crucis, diuinæ que legis? quid times? Hic vtiq; non est coluber deuorans, ne que serpens venenosus, sed virga sustinens. O ignaue homo apprehende, apprehende illam, & videbis mirabilia. Quoadusq; illam manu comprehendas semper tibi coluber apparebit, id est, quousque diuinam legem exerceas, semper tibi grauis esse videbitur. Si vero illam manu comprehenderit, & exequi caperis, lex, crux, atq; pœnitentia, omnia tibi videbuntur virga, cui innitaris, & qua hostes tuos superes: maxime que si oculos in ea conieceris, quæ dilectus tuus Iesus pro te passus est. Trita farina dulcorata est olla, quæ antea præ amaritudine gustari non poterat. O supernū granum Iesu Christe fili Dei ob scelera nostra in cruce contritū quàm dulces omnes labores, asperitates que pœnitentiæ tui recordatione redduntur. Aquas venenum apparentes si vnicornis bibat, dulces efficiuntur, cætera que animalia ex illis incundissime bibunt. Sic qui laborum aquas quas cœlestis vnicornis Iesus Christus propter eius amorem bibit, attēte considerabit, labores, quos ipse patitur, quasi nihil esse iudicabit. Hōc significat quod sponsa dicit: Nolite me considerare quod fusca sim quia decolorauit me sol. Id est charitas illa, qua supernus sol Iesus Christus me irradiauit, atque dilexit, me compulit, vt eius causa omnibus me laboribus offerrem. Vehementissime considerauit, in magnā me ingratitudinē fore prolapsurā, nisi illius causa, qui tot pro me fuit tormēta perpessus quicquā & ego paterer: & propterea tā defigurata, & mortificata, macilēta que exterius videor. Et sic vbi nos legimus in priori epistola D. Petri. In quo exultabitis modicū nunc, si oportet contristari in varijs tēta tionibus, vt probatio vestrę fidei multo pretiosior sit auro, quod per ignem probatur, alia translatio habet: In quo exultatis nunc: & sic est in contextu Græco. In quo significantur iusti in ipsis me laboribus suauitatem, delectationem que reperire.

Dicit

Exod. 4.

4. Reg. 4.

Cant. 1.

2. Pet. 1.

8 Dicit igitur Dñs: *Siquis vult venire post me, abneget semetipsum.*
 D. Gregorius abnegationem sui ipsius nouum præceptū vocat,
 Nouum quidem, quod vsq; ad Redēptoris nostri aduentum pau-
 ci mortaliū cognouerunt, nouus homo Christus venit in mūdū
 noua præcepta dedit mūdo. Naturæ ac vitæ nostræ corruptæ cō-
 traria opposuit medicamenta peccatis veluti medicus peritissi-
 mus cōtraria contrarijs curat, frigiditati calore, calori frigiditate
 medetur, cōsilia præceptaq; Euāgelica vitijs cōtrariātur, quibus
 celestis medicus egritudinē nostram spiritualē sanare intendit.
 Hic propriam voluntatem relinquendam præcipit, quæ homi-
 nes in infernum detrudit; alibi enim dixit, vt abnegemus nostra,
 hic dicit vt abnegemus nos, quod priore difficilius apparet.
 Quomodo, ò summa veritas præcipis quenquam se ipsum nega-
 re? Stultū, mendumq; esset, Petrum quærenti Ioanni: Est ne hic
 9 Petrus? respondere, nō adsum. Quomodo ergo dicitis: ò Domine
 abneget semetipsum? Respondeo in singulis hominibus binos
 esse homines: alterum, scilicet, interiorem, qui est Spiritus, alte-
 rū verò exteriorem, quod est corpus. Corpus hominē appellari
 patet in Genesi, vbi dicitur: Formauit Dñs De⁹ hominē de limo
 terræ: vbi sacra Scriptura de solo corpore manifeste loquitur,
 quē hominē appellat: solum enim corpus de limo terræ forma-
 tū fuit. Solūq; Spiritū hominē appellari patet etiā in Genesi, vbi
 dicitur: Creauit Deus hominē ad imaginem suā: vbi illud hominē
 refertur ad Spiritū, qui est ad Dei similitudinē creatus. Sic etiam
 illos B. Paulus vocat dicēs: Licet is, qui foris est, noster homo cor-
 rumpatur. tamē is, qui intus est, renouatur de die in diē. Hoc est,
 10 corporalibus laboribus Spiritus reficitur, atq; renouatur. Quæ
 cum ita sint, alter horum hominū, scilicet, Spiritus alterū debet
 abnegare, scilicet, corpus, cū voluptates, sæcularesq; cupiditates
 ad eius ostium pulsauerint, vt illud ad malū prouocent, dicens:
 Iā hic nō habitat corpus: iā nō vult esse sensuale. iā nō vult suis ap-
 petitib⁹ indulgere: iā est Spiritus volūtati subiectū. Itaq; negare
 seipsum est proprio appetitui resistere, ac renunciare. Quemad-
 modū qui ramū oliuæ in oleastro, aut aliū nobile ramū, in infru-
 ctifera stirpe conatur inserere, prius infructiferæ arboris ramos
 abscindit, statimq; alium inserit, quō stirps illa iuxta nobiles ra-
 mi insiti naturam fructum ferat: sic eos, qui in se diuinum bene-
 placitum inserere, ac Iesum Christum, & non semetipsos sequi
 volunt,

Genes. 2.

Genes. 1.

2. Cor. 4.

Simile.

volunt, oportet humanos appetitus, quantum fieri poterit, ab-
 scindere humanamque voluntatem infringere, quo diuina peni-
 tus impleatur, nec in ea exequenda vllum adsit impedimentum
 siue contradictio. Hæc fuit vna ex præcipuis sanctorum exer-
 citationibus: humanis appetitibus, atque voluntati semper resi-
 stere, seseque non solum ab illicitis, quæ illa petit, sed ab ipsis
 quidem rebus licitis cohibere. Vnde virtuosus dicitur à vi, quia
 vim infert sibi in aggrediendo fortia, sustinendo aduersa, absti-
 nendo se à sensualibus. Est enim sicut nauigans contra ventum,
 vbi desinens remigare, statim reijcitur retrò. Ideoque Christus
 Redemptor noster iustos violentos appellauit dicens: Reg-
 num coelorum vim patitur, & violenti rapiunt illud. Euse-
 bius Emisenus hæc sancti Euangelij verba exponens dicit: Ab
 negare se est non esse eundem, qui prius fuerat. Ante detractor
 inuidus, auarus, impudicus: vbi ijs, & alijs sceleribus renuncia-
 uit, verè seipsum negauit. Eia fratres in Christo Iesu, siquidem
 scitis, quid sit hominem negare seipsum, amodo vos metipsos ve-
 rè abnegare incipite, cum ex hoc salus vestra dependeat. Verū,
 proh dolor, & millies proh dolor quam vice versa hoc hodie in
 mundo agitur, siquidem cum homines seipsum negare debent,
 Deum negant, & renegant, suosque turpissimos appetitus om-
 nino sequuntur. O tempora, o mores, o infelix sæculum. O in-
 sensati filij Adæ: nonne miseriam, condemnationemque vestrā
 perspicitis? O Deus æterne, Deus infinite, ne gentem hanc dese-
 ras, perditionem eorum illis ostende, honoremque tuum Domine
 propugna, siquidē ab hominibus adeò deijcitur. Fratres ne Deū
 negetis, cui summum amorem debetis: sed vos metipsos abnega-
 te, & bene facietis, Scitote hominem appetituum suorum clamo-
 rem sequentem similem esse perdiri ad ilicem accurrenti, quæ
 dum arbitratur se ad dilectum suum ingressuram in aucupis la-
 queum incidit, & interit.

Non solum autē dicit Dominus: *Abneget semetipsum*, sed pro-
 tinus addit: *Et tollat crucem suam*. Quod si quæras: Vbi ego crucē
 istam reperiam? imo ego quæro ex te: Vbi crucem nō reperies?
 Quocunque te veritas te crux expectat, si sanctum Euange-
 lium obseruaueris. Crux cruciat, & extorquet: quodcunque te
 cruciat,

Matth. II.

Emisse.
Euseb.

Simile.

13

14 cruciat, illud est crux tua. Molestum est tibi iniuriati dimitte
 re: hæc igitur est crux tua, hoc propter Deum facito. Cruciat te
 vxoris tuæ molestia, & liberorum alimonia: ista est crux tua.
 Et denique quicquid sensualitati repugnat, & per consequens
 difficulter efficitur, est crux. Et quia omnibus virtutum exer-
 citationibus aliqua inest difficultas, omnesque sensualitati re-
 pugnant, ideò omnes sunt crux. Diligenter pensate Dominum
 dicere: Tollat crucem suam. Non meam (inquit) quia grauif-
 sima est, quam ego solus tollere potui. Crux Saluatoris Nostri
 Iesu Christi grauissima fuit: quia illi peccatorum omnium to-
 tius orbis inerat pondus. Vt enim ait Dominus Petrus: peccata no-
 35 tra ipse pertulit in corpore suo super lignum, vt peccatis mor-
 tui iustitiæ viuamus. Nullusque tantum onus super se ferre po-
 tuit, nisi ille, qui cum verus esset homo, verus simul Deus erat.
 Ideoque non dicit: Tollat crucem meam, sed, tollat crucem suã,
 quæ scilicet, facilis est, & cū auxilio meo illã facillè poterit aspor-
 tare. Tria super hæc verba valde notanda sunt. Primum Domi-
 num, postquam dixerat, Abneget semetipsum, protinus addi-
 disse: Et tollat crucem suam: videlicet, vt significaret proprium
 amorem crucis tolerantiam magnopere impedire. Quare tam
 inuiti crucem suscipimus? quia nimio nosmetipsos amore di-
 ligimus. Si infantulum tuum tenerè diligis, quicquid, et si leuif-
 simum illum ad plorandum prouocat, magnæ tibi molestiæ
 est. Cùm nos tam immodice amemus, leuissimum quodque
 16 verbum nos perturbat. Si minimum quodque honoris pun-
 ctum nobis adimitur, statim impatientia frangimur. Si quid no-
 bis aliquantulū difficile præcipitur, statim vociferationibus sy-
 dera ipsa ferimus. O maledicte amor proprie, quàm grauissi-
 mum efficis quod ex se leuissimum est. Hoc igitur amore su-
 blato crux facillimè perferetur. Secundò notandum est Do-
 minum dicere: Tollat crucem suam, id est, à solo erectam non
 humi serpentem crucem ferat, non murmurans, non temporali
 cupiditate commotus. Etenim hoc est crucem humi serpen-
 tem trahere, sicut Cyrenæus crucem Domini conductus aspor-
 tauit. Non sic Christianus crucem suam ferre debet, sed ma-
 nu tollere, quasi qui pulcherrimam rosam manu gerit. Non
 sic enim, sicut qui rosam manu gerit, non dicit: Tollat rosam
 meam, sed, tollat rosam suam.

1. Pet. 2.

*Basilius.**Ioan. 19.*

dicit ferat, sed, tollat. Beatus Basilius super hunc lo-
cum discrimen statuit inter ferre, & tollere crucem. Ferre
crucem dicit esse te labores à Deo tibi immissos siue bono,
siue malo corde recipere. At tollere crucem esse calamita-
tes libentissimè, patientissimèque suscipere. Vnde Beatus
Ioannes de Christo Redemptore nostro loquens mysterio-
sè dicit: Baiulans sibi crucem exiit in Caluarix locum. Non
dicit Hebræos eius humeris crucem imposuisse, sed ipsum
eam libentissimè suscepisse, suisque sacris humeris apposuisse.
Vbi significatur amor ardentissimus, quo Dominus pro nobis
passus est. In quo nos docet, & inuitat, vt & nos etiam cum ip-
so illius amore ducti labores patiamur. Tertiò notandum est
Dominum dicere tuam. Etenim crux est regis, crux ducis,
crux clerici, crux monachi, & denique crux viri coniugati. 18
Vultque Dominus singulos cruces suas, & non alienas tollere.
O quam magna hodie super hoc miseria in orbe versatur.
Ego quippe arbitror me vicini mei crucem facilius quàm
meam tollere posse: ille verò suspicatur se melius meam,
quàm, quæ illi commendata est crux, esse laturum. Sicque nec
ego, nec ille crucem nostram tollimus, sicut oportet. Monia-
lis arbitratur sibi satius esse, nupsisse: nupta vero credit, quòd si-
bi melius esset in monasterium introisse. Clericus putat sibi me-
lius fore, si uxorem duxisset, coniugatus autem suspicatur, se
clerici statum facilius fore laturum; sicque pauci crucem suam
optimè tollunt. Bene dixit Plutarchus, homines in hoc sæculo
similes esse nauigantibus in turbulento, procellisque concitato
mari, qui semper alias naues tutiores, quàm suas esse suspican- 19
tur. Naues, in quibus vehimur, sunt status, quos libere elegi-
mus, mare turbulentum est hoc sæculum. Procella, qua pre-
mimur, sunt labores, quos patimur: & vnusquisque arbitra-
tur in alterius statu minus esse laboris, quàm in suo: & hi mag-
noperè decipiuntur. Ideo dicit hic Dominus: Tollat crucem
suam. Vnusquisque consideret in quo statu fuerit à Deo collo-
catus, & iuxta leges illius viuat: atque equo animo labores, quos
status ille secum affert, patiat, aliosque dimittat. Atque ita
dicit Beatus Paulus: Nemo moueatur in tribulationibus istis:
ipsi enim scitis, quòd in hoc positi sumus. Id est, hæc est
nostra professio, hoc nostrum munus, eorum præsertim,
qui

*Plutarch.**3. Thef. 3.*

20 qui in maioris perfectionis statu locati sumus: quos esse oportet, sicut rupem in medio mari vndique tumultentis maris fluctibus oppugnatam: quæ tamen manet immobilis. Vbi nos legimus in Psalmo de Sancto Ioseph: Ferrum pertransijt animam eius: alij transtulerunt: Ferrum pertransijt animam eius: & sic est in contextu Græco. In quo labores sancti illi viri non solum maximi fuisse significantur, cum eius animum penetrarint: sed ipsa et eius anima cum amore, atq; affectione labores penetrasse; illos libentissimè suscipiens, sicut quisquam locum sibi nimium delectabilem ingreditur. O foelicem illum, qui sic crucem suã tollit. Magnæ utique nobis est confusioni hæc audire scientibus hanc esse viam, qua itur ad gloriam, cum tamen tam procul ab ea distemus. Cum sponsa dixisset Salomonis thronum

Psalm. 104.

Cant. 3.

21 auro, & argento exornatum esse, addidit: Ascensum purpureũ. In quo significatur, ad hoc, vt anima cū suo cœlesti sponso Iesu Christo in gloriæ throno collocetur, illam per sanguinẽ, persecutionem, atq; laborem ascendere oportere.

2. Reg. 15.

Dicit vltorius Dominus: *Et sequatur me.* Cũ David filium suum Absalonẽ fugeret, dixit ei venerabilis quidam senex nomine Ethai: *Viuit Dominus, & viuit Dominus meus rex,* quoniam in quocunq; loco fueris Domine mi rex, siue in morte siue in vita, ibi erit seruus tuus. O quis fidem hanc erga supernum Regem regum Iesum Christum firmiter obseruaret, eiq; ex intimo corde eadem verba diceret. Eia dilectissimi fratres dulcissimum Iesum Christum vos ad beatitudinem accersientem audite: illi credite, à quo tot amoris pignora percepistis: eumque

22 siue per vitam, siue per mortem sequimini. Fudit puero cæcus se dextra ducenti: Deusque vos cæcos ducere vult, & tantum bonum contemnetis? Stultus esset, qui in fluuium incidens lignum per aquas dilabens apprehenderet, arboremque firmissimam relinqueret, in qua naufragij sui remedium reperiret. Multo autem amentior est qui humanos honores, diuitias, atq; fauores sequitur, & illis fudit, quæ tanquam per rapidissimum fluuiũ decurrentia hodie, aut cras sumentur: & Iesum Christum arborem vitæ, totiusque stabilitatis relinquit. Et tamen quasi innumeri hoc faciunt: quibus dicere possumus quod Isaias Prophe-

Simile.

Isai. 30.

ta dixit Hebræis: *Væ filij desertores sperantes auxilium in fortitudine Pharaonis, & habentes fiduciam in vmbra Ægypti.* Et

erit vobis fortitudo Pharaonis in confusione, & fiducia vmbrae 23
 Ægypti in ignominiam. Vt Christianis, qui Deo derelicto tē-
 poralia bona sequuntur, in eisq; spem suam statuunt: quibus om-
 nia in confusionem, cor. demnationemq; conuertentur. Non sic
 faciebat Dauid, qui dicebat. Mihi autem adhærere Deo bonū est
 ponere in Domino Deo spem meā. Philosophi naturales aiūt,
 quod & experientia comperitur, quanuis magnes ad se ferrum
 alliciat, si tamen ex aduerso adamas collocetur, non à magnete
 quidem, sed ab adamante illud attrahi: quia maior huic, quàm il-
 li virtus inest. Sancto Ezechieli dixit Deus: Vt adamantem,
 dedi faciem tuam. Quod si iustus hic adamas appellatur, quan-
 to maiori ratione nomen hoc Iesu Christo summo bono nostro
 debetur? Quomodo igitur cum ipse infinitæ virtutis sit adamas,
 nosque tanto cum amore vocet, post eum non abimus, & post 24
 caducas huius sæculi res pergitur, quarum causa complura pec-
 cata miserabiliter admittimus? Ecquid sensuales illi cebræ va-
 lent? Ecquid honores, fastus, cæteraque omnia bona caduca
 proficiunt? O insensatos homines, qui cœlestia bona pro pe-
 rituris nanijs stultè commutant. Profecto si verè prudentes es-
 semus, ac ratione vteremur, vniuersa huius sæculi bona non de-
 berent efficere, vt vel minimū punctum à Iesu Christo recede-
 remus: nec quidem cuncta nobis ob oculos proposita nobis per-
 suadere possent, vt vnum veniale peccatū admitteremus. Dua-
 bus rebus nos Diuinus Magister ad hanc diuinam sui sequelam
 adhortatur: quarum prior timori, poenæ, comminationique, po-
 sterior vero spei supernæ mercedis innititur, dicens: *Qui enim vo-* 25
luerit animam suam saluam facere, perdet eam: qui autem perdidit ani-
mam suam propter me, inueniet eam. Idest, qui viuens in hoc sæculo
 appetitui suo voluerit penitus indulgere: in infernū corruet, vbi
 nihil iuxta eius voluntatem fiet: qui verò in hac vita voluntatē
 appetitūq; suum sequi noluerit, ad cœlestia regna conscendet,
 vbi cuncta ad eius libitum perficientur. Ibi enim perfectè adim-
 plebitur quod dicit Sanctus Dauid: Desiderium cordis eius tri-
 buisti ei, & voluntatem labiorum eius, non fraudasti eum: quo-
 niam dabis eum in benedictionem in sæculum sæculi: lætifica-
 bis eum in gaudio cum vultu tuo.

Hæc q; duo manifestius Dominus explicat dicens: *Quid enim*
prodest homini si vniuersum mundum lucretur: anima verò suæ detrimētū
patiatur.

Psalm. 72
Simile.

Ezech. 3.

Psalm. 20

26 *patiatur?* O efficacissimā, nimisq; metuendam sententiā. O quā-
 tā in nobis operationē efficeret: si eā semper in cordibus nostris
 gereremus scriptā. Quauis quisquā à mundi primordio vsq; ad
 huc tēporalibus omnibus voluptatibus fruitus fuisset, si moriēs
 in Tartara laboretur, quid ei hęc cuncta prodesse? nihil vtiq;. *Sapient. 5.*
 Sic damnati fatentur in inferno dicentes: Quid nobis profuit su-
 perbia? aut diuitiarum iactantia quid contulit nobis? Trāsierūt
 omnia illa tanquam vmbra. Hęc omnia firmitus adhuc Domi-
 nus stabilit dicens: *Filius enim hominis venturus est in gloria patris sui*
cum Angelis suis, & tunc reddet unicuique secundum opera sua. Hęc
 omnia fratres charissimi crebra mentis consideratione reuoluite
 præ illorum enim contemplatione superni huius ducis sectatio
 vobis facilis apparebit: qua diuina in hoc sæculo gratia, & in fu-
 27 turo coelestis gloria comparatur. Ad quam nos perducatur idem
 Iesus Mariæ filius, Amen.

In eodem Cōmuni vnius Mar- tyris Concio Tertia.

*Si quis vult venire post me, abneget semetipsum, & se-
 quatur me. &c. Matth. 16.*



I Aliū sequuturus est, si prudētia vtitur, neque
 vult errare, tria debet attēdere. Primū, eū, quē se-
 qui conatur, an sibi cōueniat. Deinde locū, quō tē-
 dit, an sibi placeat, nec ne. Tertiū cū sibi persona,
 & locus placeat cōsiderare debet quomodo gradi-
 tur: lēter ne, an celeriter: sic enim illū sequuturus est. In sacro san-
 cti Euangelij hodierna lectione nos supernus Princeps regū ter-
 ræ Iesus Christus, vt eum sequamur, inuitat. Quem, vt effica-
 ciūs, studiosiusque sequamur, operæ pretium erit nos hęc tria
 nunc animaduertere. Quoad primum, si inuitantis personā cōsi-
 deremus, eum Dominum infinitæ nobilitatis, incomprehensibi-
 lis sapientiæ, imensæ potentiæ, ineffabilis pulchritudinis, in-
 numerarum diuitiarum inauditæ denique liberalitatis esse re-
 periemus: qui cū verus homo sit, verus simul est Deus.

Et cbr. 1.

Hæc omnia Diuus Paulus de illo loquens affirmat his verbis: Multifarie, multisq; modis olim Deus loquens patribus in prophetis nouissimis diebus istis locutus est nobis in filio, quem cōstituit hæredem vniuersorum: per quem fecit & sæcula, qui cūm sit splendor gloriæ, & figura substantiæ eius, portansque omnia verbo virtutis suæ, purgationem peccatorum faciens. Ecce quo modo illum nobilissimum esse fatetur, cūm dicat, eum filium esse Dei: locupletissimum, cūm sit hæres vniuersorum: sapientissimum, dicens: Per eum facta sunt sæcula: speciosissimum, in quiens: Splendor gloriæ, & figura substantiæ patris: potentissimum, siquidem dicit; Portans omnia verbo virtutis suæ: liberalissimum denique siquidem ait: Purgationem peccatorū faciēs: vitamque suam, ac totum sanguinem suum effudit, vt hoc in homines beneficium conferret. Equis igitur principem, ducemque tot. ac tantis excellentijs præditum non sequatur? Locus autem, atq; vrbs, ad quam nos inuitat, ac ducit maxime etiam nos ad illum sequendum commouebit. Hæc est enim cœlestis Hierusalem, de qua Beatus Gregorius sic ait: Quæ autem lingua dicere vel intellectus capere sufficit illa supernæ ciuitatis quanta sint gaudia, Angelorum choris interesse? cum beatissimis spiritibus gloriæ conditoris assistere? præsentem Dei vultum cernere? incircumscriptum lumen videre? nullo mortis metu affici? incorruptionis perpetuæ munere lætari? Sed adhæc audita inardescit animus, iamque illic cupit assistere, vbi se sperat sine fine gaudere. Idemq; sanctus Doctor de hac superna ciuitate sic dicit: Erit tota in omnibus, & tota in singulis: illic enim oratio illa Christi Redemptoris Nostri adimplebitur, dicentis: Pater sancte serua eos in nomine tuo, quos dedisti mihi, vt sint vnum, sicut & nos. Id est sicut ego, & tu vnum per essentiam sumus: sic illi per amorem perfectissimum vnum sint. Et sic tanta erit vnio qua beati sibi inuicem animis connexi erunt, tamq; perfecta se se inuicem charitate complectentur, vt vnusquisq; aliorum gloriam suam esse ducat. In hoc corruptibili corpore tantam membra nostra inter se inuicē vnionem seruare perspicimus, vt vnus membri bonum sit etiam & alterius: & e contra. Et ratio est, quia cuncta vno spiritu vegetantur, & informantur, qui in eis arētissimam illam vnionem operatur. In coelo cuncti beati vnū corpus efficiunt, Deusque est quasi quædam communis anima,

*Greg. homi.
37. Super Lu
can.*

Ioa. 17.

quæ

5 quæ corpus illud viuificat. Quo d si anima nostra, licet finita, ita
 arctam in corporis sui membris operatur vnionem: Deus cum
 fit Spiritus infinitus, quantò maiorem vnionem in beatis causa-
 bit? Ex hoc ergo sequitur, vnumquenque iustorum ob alterius
 gloriam mirabiliter delectari. Quia verò fere infinitus est in cœ-
 lo numerus beatorum, idè quasi infinita etiam erunt gaudia sin-
 gulorum. O quàm mirabile hoc est. Nulla quippe sunt verba
 quibus satis exaggerari possit. Nos autem adeò duri, atque mar-
 morei sumus, vt vix aliquam in cordibus nostris operationem
 faciat. Si sciremus Christum Redemptorè nostrū sanctissimāq;
 eius genitricem in corporali, ac visibili forma Hierosolymis cō-
 morari, & omnes illuc euntes totum vnum diem illos esse visu-
 ros, quis, quæso, illuc non iret? Quem vix labores, ac maris peri-
 6 cula, siue discrimen aliquod deterreret, quominus hoc iter ag-
 grederetur, vt tantum bonum, quanuis tam breui tempore, vide-
 ret? Quantò igitur studiosius nos oportet animari, vt eundem
 Christum Iesum non solum quatenus hominem, sed etiam qua-
 tenus Deum cum Patre, ac Sancto Spiritu non vno quidem die,
 aut mense sed in perpetuum videamus? Si quidem igitur Do-
 minus nos inuitans, vrbsque ad quam nos vocat, nobis maxi-
 mè placent, videamus nunc qualiter iter facit, lenter ne, an ve-
 lociter, quò nouerimus qualiter eum sequi debeamus. Hocque
 nos admonet David dicens: Exultauit vt Gigas ad currendam
 viam. O Christe summe sæculi reparator tam celeriter pergis?
 Quis igitur, ó Domine te sequi poterit? Ipse nos inuitans no-
 bis ad eas recipiendas disponi volentibus vires conferet. Nam
 apud Isaiam Prophetam de eo dicitur: Qui dat lasso virtutem,
 7 & ijs, qui non sunt, fortitudinem, & robur multiplicat. Et pau-
 ló inferiùs de iustis dicitur: Assument pennas sicut aquilæ:
 current, & non laborabunt, ambulabunt, & non deficient.
 Aquila, vt ait Beatus Hieronymus, cum se adeò grauidam ex-
 peritur, vt volare non possit, triduo in fonte moratur, quoaduf-
 que ei veteres pennæ auelluntur: posteaque expectat quouf-
 que nouæ renascantur, sicque renouata velocissimè volat. Sic
 iusti quasi aquilæ sese in pœnitentiæ fontem immittunt, & in
 triduo contritionis, confessionis, & satisfactionis renouantur, si-
 cut admonet Diuus Paulus dicens. Spoliantes vos veterem ho-
 minem actibus suis, & induentes nouum. O quàm singula-

Psalm. 18.

Isai. 40.

Hierony.

Colos. 3.

Gala. 6.

ris est etiam fons diuinarum rerum assidua contemplatio: vbi iusti sese imperfectionibus suis exuere, plurimasque spiritales vires accipere solent, quibus currant, neque in Iesu Christi seclatone deficient. Sicut etiam diuinus Apostolus nos admonet dicens: Bonum facientes non deficiamus: tempore enim suo metemus non deficientes. Quasi diceret: Siquidem Deo fruente non deficiemus, ne modò in eius sequela, ministerioque deficiamus.

Eia fratres attentis ad hæc animis aduertite, auditeque maximum hunc Dominum dicentem vobis: *Siquis vult venire post me, abneget semetipsum, & tollat crucem suam.* Idest, ex quo post mundum diabolum, & carnem abitis, non erit vllus, qui creatorem suum sequi velit? O abominabilem confusionem, quòd cum tot viri nobiles, Ecclesiastici, artificesque Sathanam sequantur, tam pauci Deum imitentur. O bone Iesu, ò iustorum gloria. Si tu diceres hominibus, vt crucem diui Iacobi, aut Calatravæ cum quatuor, aut quinq; millium aureorum redditibus susciperent, non dubito quin eam plurimi libenter acciperent. Hanc autem pœnitentiæ crucem, qui suscipere velint, paucissimos, credo, reperies. O crux mortificationis, quanto à plurimis crucem in velle gerentibus odio haberis, qui quidem, vt suspicor illam ad sui condemnationem gerunt. Cum Diabolus se Iesu Christi cruce superatum aduertat, ipsius crucis figuram in instrumentum assumpsit, quo animas in infernum detrudat. Væ commendatario crucem, magnæ humilitatis signum in vestibus ferenti cum magna superbia, atque iactantia. Væ, & milles væ tibi infœlix, qui Ecclesiasticos redditus fastis, variisque vestium generibus, lautissimis conuiujs, magnificis ædibus extruendis, ludis, æ turpitudinibus expendis. O quàm fatius tibi esset rudibus, ijsque tritis vestibus in triremi remigare, quàm diuitem tot Iesu Christi patrimonio peccata committere.

Genes. 17
Isai. 38.

Si quis vult venire post me, ait hic summa probitas. Priusquam humanam assumpsisset naturam, patribus veteris testamēti dicebat; vt coram ipso ambularent, vt patet in Genesi, vbi dixit Abraham: Ambula coram me. Et Sanctus rex Sedechias Deum alloquens dixit: Memento quomodo ambulauerim coram te. At verò postquam Deus homo factus est, tot immerfus laboribus dicit: *Siquis vult venire post me.* In quo nos docet quatum

inter

11 inter nos, & illos interfit. Nam antiqui illi patres, siccè labores patiebantur, non habentes exercitum exemplum, quo patienter illos ferre discerent, neq; vnde aliquis animus illis aduenire posset. Nunc autem innocentissimum agnum Iesum Christum præ oculis habemus: in quo, quanto cum amore, mansuetudine, patientiaq; tot ac tantos pro nobis labores fuerit perpeffus, cōsiderantes, robur virtutemq; inueniemus, qua illum imitemur ac studiose sequamur. Et ità dicit D. Paulus: Recogitate eum qui talem sustinuit à peccatoribus aduersus semetipsum contradictionem, vt ne fatigemini animi vestris deficientes. Duo exploratorum, quos misit Moses ad cōsiderandam terram promissionis absconderunt palmitem cum vua sua, quem portauerunt in veste. Certum est, quòd cum duo illi racemum vnus post aliū

12 asportarent, qui præcedebat, vuam videre non poterat; neque ex illa comedere: qui verò eum sequebatur, cum racemum ante oculos ferret, illius conspectu fruebatur, & ex illo edere poterat. Hoc ex cæteris, inter Iudaicum Christianumq; populum inter est, quòd Iudaicus populus, quia cœlestem racemū Iesum Christum præcessit, nec eum vidit, nec edit, id est, nec diuinis illius exemplis fruitus fuit, nec eum in mysteriosis ipsius sacramentis manducauit. Christianus autem populus cum cœlestem hanc vuam subsequatur, eam ante oculos defert, admirabili eius doctrina fruitur, & exemplis, ineffabilibusq; illius vtitur sacramentis. Quod significatur in his verbis: *Si quis vult venire post me. Et in his etiam: Et sequatur me.* Verùm ò quanta est confusio nostra, quòd cum Iudaicus ille populus Iesum Christum

13 Saluatorem nostrum præcesserit, cumque nullum habuerit exemplar, in quod aspiceret tot in eo viri mirificæ sanctitatis extiterunt, nos autem tanto adiuti fauore, tantoque exemplari edocti tam imperfecti, ac miserisimus? Pudeat nos charissimi fratres tanto bono non vti. Dicit Rex æternus: Siquis vult venire post me, vt multum inter se, ac sæculares principes ostendat interesse: qui ad sui ministerium homines non indifferenter admittūt: sed nobiles solūm, robustos, aliquaq; humana virtute pollentes. At apud liberalissimum hunc Dominū non est Gentilis, & Iu-

*Hebr. 12.
Numer. 13.*

Colos. 3.

Si rex iuberet præconio declarari, vt omnes, qui eius ministri esse vellent, in curiam se conferrent, & in eius libris scriberentur: quàm celeriter, quæso, beneficium illud omnes singulare ducentes amplecterentur? O cæci, atque infœlices filij Adæ: quanti caduca huius seculi, & quàm parui sempiterna Dei bona æstimatis, cum à diuina maiestate ad eius ministerium accersitis, eius vocationi paucissimi obtemperetis.

Abneget semetipsum. Dicit quispiam: hoc non opus est nobis commendari: vix enim est, qui se sæpè quotidie non neget. Alij namque veritatem, alij promissiones, alij contractus, vsq; etiam & obliuata, atque subscripta chirographa negant, dicentes se nunquam tale fecisse. Alij denique pulsantibus ad ostium pauperibus sese negant, iubentes famulis suis, vt eos domi esse negent. Non sic faciebat Sanctus Iob, qui dicit: Si negaui quod volebam pauperibus. Idest, nihil vnquam quantumcunq; pretiosum, quod à me pauperes postularent, abnegauit. Non de his vtique negationibus, quæ valde perniciosæ sunt, Dominus loquitur. Sed vos admonet, vt vosmetipsos abnegetis, & vobiscum tanquam cum extraneis decertetis. Qui ascendit in iumentum, quod passim ad carpendum propenditur, & herbarum virorem cernens ad eas currit, & in singulas domos ingredi vult, semper illud fræno coërcet nequid eorum facere patitur. Sic vos cum carne vestra gerere debetis: est enim bellua indomita voluptatibus omnibus frui volens, creaturasq; diligens in eis requiescere conatur. Hanc igitur rationis fræno coërcere, poenitentiaque stimulo, calcarique ferire debetis, ita vt illius domine mini, nec quod libet faciat. Beatus Gregorius super hoc Euangelium dicit, hominem à Deo naturalibus, gratuitisq; donis præditum fuisse creatum: ipsum verò sua culpa superbum, cupidum, sensualem, atq; mendacem sese effectisse. Hæc vtq; omnia homo in se posuit, Deus enim non hæc illi, sed bona gratuita contulit. Hoc significauit Dauid dicens: Homo cum in honore esset, non intellexit: comparatus est iumentis insipientibus, & similis factus est illis: scilicet, à semetipso. Dicit igitur Diuus Gregorius, hominem negare se ipsum, esse, hæc que in se posuit, abstrahere. Itaque quenquam negare se ipsum est omnes malas propensiones abnegare, neq; illis satisfacere. Attendite quomodo vos negare consuescitis quum ab eo quærimini, qui vobis non

pla-

Iob. 31.

Simila.

Gregor.

Psalm. 48.

17 placet. Etenim famulo vestro iubetis: nega me hic esse. Sic igitur quum vos vicinus vester ad ludum vocauerit vos negate; dicite illi, non adsum. Verum est frater me ludere, substantiamque, qua familiam meam aliturus eram, amittere consueuisse: verum iam hic non vivo, iam mihi Deus illuxit, vt ab hac mala consuetudine recipiscam. Si amicus tuus te ad deambulandum, murmurandum, turpitudines ve admittendas inuitarit, tete abnega dicens: Iam hic non vivo. Fateor quidem me aliquando in euertendis foribus, ianuis infringendis, honestisq; foeminis ad turpitudines inducendis noctes consumere consueuisse: nunc autem iam Deus cor meum immutauit, vt dixit Apostolus: Vivo ego, iam non ego; viuit verò in me Christus. Iam non perditum hominis, sed Christiani Deum timentis vitam dego.

Gala. 2.

18 Estque valde pensandum Dominum non dixisse: Fugiat semetipsum: sed, *Abneget semetipsum*. Sicut nec etiam Diuus Paulus dixit: Apparuit gratia Dei erudiens nos, vt fugientes impietatem sobriè, & iustè, & piè viuamus. Sed dixit: Apparuit gratia Dei erudiens nos, vt abnegantes impietatem. Etenim, si impietas, atque malitia vestibus, siue parietibus inhaereret, sufficeret nobis hæc fugere, vt illam euitaremus. Cum verò cordi sit affixa, quò fugiet homo, quin secum deferat cor? Ideò impietatem, nosque metipsum negare iubemur. Cum monachus quidam eremita inter alios tranquillus viuere non posset, in solitudinem se contulit. Cumque vase quodam ex puteo aquam haurirer, nec cito vas impleretur, ira repletus illud infregit. Sicq; inquietis suæ causam in semetipso esse cognouit, siquidem solus cum esset, in vas ira fuerat concitatus, in seque adimpletum vidit quod

19 Diuus Iacobus ait: Vnusquisque tentatur à concupiscentia sua abstractus, & illectus. Quod si quis querat: Quomodo scire possum, vtrum me ipsum negem? Respondet Beatus Chryso-

Tit. 2.

Iaco. 1.

Chryso:
Simile.

tuo gesseris, tunc illud negaueris. Quando tu verè dixeris: fa-
 teor quidem me aliquando corpus meum a deo dilexisse, vt quã
 cumque illi iniuriam factam valde sentirem, curaremque illam
 vlcisci: nunc autem iam illud negavi, ita, vt quanuis vapulet, cru-
 cietur, atque necetur, pro nihilo ducam. O felix tu qui ad hunc
 perfectionis punctum peruenisti, vt quod hic Dñs petit dicens:
Abneget semetipsum, adimpleueris: Et quia ad hanc negationem
 crux multũ cõducit, protinus addit dicens: *Et tollat crucem suam*.
 Dicet aliquis: Pater satis hoc internosvfitatum est: omnes enim
 crucibus incedimus onerati. Afflictio, quam avarus pro pecu-
 nia, ambitiosus propter honorem, libidinofus, vt suis turpibus
 appetitibus satisfaciatur, patiuntur, ipsaque peccata, quæ quoti-
 die committunt, cruces grauissimæ sunt, quas humeris suis aspor-
 tant. Verum est eas esse cruces: istosque Diaboli martyres esse:
 quibus ipse æternorum cruciatuum coronas obseruat, propter
 ista tormenta, quibus nunc affliguntur. Pergit delinquens ad
 suspendium crucem brachijs amplectens: quo vbi peruenit, tor-
 tor ei scalam, simul & crucem subtrahit: eumque pendentẽ re-
 linquit. O infelices peccatores, qui ad inferni suspendium per-
 gitis: nuncque honorum, cupiditatũ, turpitudinumque vestra-
 rum cruces amplectimini. Aliquando verò adueniet tortor, que
 est mors, itinereque peractõ vitæ scalam vobis subtrahet, simul-
 que cruces istas, quas nũc amplectimini, auferet, cunctisque spo-
 liati in infernali suspendio in perpetuum suspẽdemini. At, quæ-
 ro, si peccatorum vita, crux est, vt tudicis, quomodo illam gra-
 uissimam esse non sentiunt? Dico assiduum peccandi consuetu-
 dinem eos sic insensibiles reddere. Et sic, vbi nos legimus in Ec-
 cli. Via peccantium complantata lapidibus, & in finem illorum
 inferi, & tenebræ, & pænæ, scilicet, eos manent: alij transtule-
 runt: Via peccantium complanata. Et sic est in contex. Græco.
 Vbi significantur peccata crebra consuetudine adeò hominum
 cordibus complanari, & assidere, vt vix peccata esse sentian-
 tur. Non de hac cruce diuinus Magister noster loquitur: sed
 de vita virtutibus rutilanti, quæ ideo crux vocatur, quia in ea
 multæ diuina permissione calamitates, & persecutiones nobis
 offeruntur: quam sicut crucem à Domino nobis impositam
 æquo animo tolerare debemus. Multi crucem, quam ipsi eligunt,
 libenter, sibi autem à Deo impositam reuenter asportant. Se-
 pecca-

Simile.

Eccli. 27.

23 peccatores appellant, si vero ij ab alijs appellentur, protinus irascuntur. Semetipsos vsque ad sanguinis effusionem flagellant; quod si quis alius pallij eorum pilum tangit, rabie conficiuntur. Ieiunant, sibi que alimoniam adimunt, quod si quis ab eis obolum capiat, molestissimè patiuntur. Hi similes sunt cani vulnera sua lingua lingenti, qui si alter ea lambere vult, eum acerrimè morderet. Hi crucem suam non deferunt: nam crux eorum est, quam eis Deus imponit. Fratres, siquidem vos vltro afflictionibus mortificatis, ne crucem vobis à Deo commendatam respuatis. Labores vndecunque venerint, libenter accipite, considerantes eos à quocunque procedant, ex Dei manu provenire.

simile.

Et sequatur me. In hoc verbo nobis bonus Iesus præcipit, vt
24 eum perseveranter imitemur. O quot eum feruenter incipiunt sequi, & post biduum deficiunt. Grauat eos ieiunium, cilicium grauat, grauat & diuinorum sacramentorum assidua frequentatio: omnium denique virtutum illos exercitatio grauat. O infelices filij Adæ quomodo tantum Dominum sequi deficitis, qui nunquam defessus est vobis beneficia faciens, & quandiu mortalis in hoc sæculo vixit, innumeros pro vobis labores patiens non defecit? Ob hanc inconstantiam, querebatur Beatus Paulus de Galatis dicens: Sci-
tis quia per infirmitatem carnis euangelizavi vobis iampridem, & tentationem vestram in carne mea non spreuistis, neque respuistis, sed sicut angelum Dei excepistis me, sicut Christum Iesum. Vbi est ergo beatitudo vestra? Id est quanuis me pauperem: abiectumque perspexistis, metamen recepistis, doctrinamque à me vobis Dei nomine prædicatam suscepistis, & secuti fuistis: tentationemque vos concutientem, cum me sic pauperem, & à mundo abiectum videretis, præstantissimè vicistis: illamque nihil æstimantes me non solum quasi Angelum Dei, sed etiam sicut ipsum Iesum Christum suscepistis, Vbi ergo nunc est gloria, & honor iste, què me sic recipientes peperistis? Quomodo tã citò defecistis? O detestandã inconstantia. Super quæ verba sciendũ vobis est, hic, vbi nos legimus. Et tẽtationẽ vestrã in carne mea, id est, in paupertate, atq; abiectiõne mea: in alia trãssatione, & in contextu etiam Græco esse: Et tẽtationem meam in carne mea.

Galat. 4.

Inquo

In quo singularis sancti Apostoli charitas innotescit, quum pro
 ximorum tentationem suam vocet. Quamcunq̄ue enim con-²⁹
 tradictionem eorum corda recipere, ipse intus sentiebat, qua
 si illa quateretur. Quod si mirandum est Christianos esse non-
 nullos, qui Iesum Christum verum ducem suum sequi defi-
 ciant, quanto miserabilius erit, eos non solum deficere, sed etiam
 retrocedentes ab hac sectatione desistere? Fugite dilectissimi
 terribilem Dei minam, tales comminantis, atque dicentis per
 Isai. i. Prophetam: Vae genti peccatrici, populo graui iniquitate, se-
 mini nequa, filijs sceleratis. O acerrima verba. Ecquod vel mar-
 moreum cor haec audiens non trepidet? Vae, inquit, genti pec-
 catrici, scilicet, vt quam vniuersalis sit in orbe nequitia, signifi-
 cer. Quasi diceret: Pristinis quondam temporibus non tot
 erant mali: nunc autem vniuersa gens, omnes populi, totus²⁷
 denique mundus est corruptus. Populo graui iniquitate, id est,
 [Cabecudo] rebeli, ac duro in Deum: quem totis viribus
 suis (de ordinaria potestate loquendo) ad se non trahit. Qua-
 re autem tot eos ignominijs insectatur? Quare illi tam con-
 tumeliosa nomina imponit? Ipse statim vltius explicat di-
 cens: Dereliquerunt Dominum, blasphemauerunt sanctum
 Israel: abalienati sunt retrorsum. Et sicut malignus seruus,
 qui Dominum suum derelinquens illum blasphemat, sic ij
 blasphemauerunt Sanctum Israel. Super quo percutiam vos,
 vltra? ait Dominus: Id est, quo vos supplicio puniam? Na-
 lam ferè iam est malum poenae, quo eos non cruciarim. Fa-
 mem, pestem, praedia, aliaque complura in eos infortunia mi-
 si: & tamen, addentes, inquit, praeuaricationem, peccata pec-²⁸
 catis in super addunt. O mirificam exaggerationem. Etenim
 infinita Dei sapientia, atque potentia nullum iam pene sup-
 plicium, quo nos non torserit, reperire videtur: nos tamen
 vltius in iniquitate progredimur. Quid igitur superest, nisi
 quod super nos corruat, quod inferius addit. Et derelinquetur,
 inquit, filia Sion, vt vmbra culum in vinea, & sicut rocurium in
 cucumerario, sicut ciuitas, quae vastatur. O Hispania, Hispania,
 vtinam non relinquaris sola sicut Germania, & Vngaria, Flan-
 diaque atque aliae infelicissimae prouinciae. Per veram igitur
 poenitentiam fratres charissimi ad Dominum conuertamur,
 priusquam a diuino furore glutiamur. Gloriosum hunc
 Martyrem

29 Martyrem. N. imitemur, cuius sacrum martyrium hodie sancta mater Ecclesia celebrat, qui se ipsum abnegans crucem suam vsq; ad mortem constantissime tolerauit. Quatuor comites iter facientes torrentem transitu difficillimum inueniunt. Quorum vnus accuratius transitum exquirens pede sicco preterijt, iamq; trans torrentem persistit dicentibus alijs: O quis sicut ille preterire posset, vt iam securus existeret. Querentibusq; quomodo sicco pede tranferit ille respondet: Accipite hunc baculum, eique firmiter innitentes in illa petra pedes statuite, & caute ne in aquam oculos conijciatis: nam vos faciet euanescere, & in torrenti demergi. Sed oculos erigite, & in hac amœna ripa, vbi ego demoror illos statuite: sicq; sicut ego, secure transibitis. Viatores sumus omnes Christiani in coelum iter facientes: torrensque

30 periculosus est hic mundus, in quo tot peccatorum sunt aquæ: de quibus dicit Dauid: Torrentes iniquitatis conturbauerunt me. Sancti sunt, qui accurata industria, diligentiaq; sua huius sæculi vadum tuti preterierunt: iamq; in viridi atq; amœna coeli ripa læti, atq; securi commorantur. Nos verò, qui adhuc citra torrentem sumus: neque eum pertransiuimus, dicimus suspirantes: O quis iam sicut sancti torrentem istum tutus transiret, atque iam in cœlo securus existeret. Quibus desiderijs contemplamini sanctos illinc nobis dicere: Fratres crucis baculum capite, fortiterque illi innitimini: nisi enim sacratissimæ cruci innitamini, impossibile erit vos nõ perire. Simulq; in hac petra, sicut & nos, pedes statuite. Petra autem erat Christus. In hæc sacratissima

31 in voluptatum, fastuum, vanitatumq; sæcularium aquas oculos conijciatis, hæc nanque facient vos euanescere, cadere, gratiæque vitam deperdere. Considerationis oculos in hæc viridem, speciosamque ripam, vbi nos sumus, attollite: hinc enim vobis vigor adueniet, quò vltius progrediamini. Sic etenim nos transiuimus, sicque vobis pretereundum est, vt gratia repleti ad hæc beatitudinem accedatis. Ad quam nos perducatur. &c.

*Simile.**Psal. 17.**1. Cor. 10.*

CHARVM Trium præteritarum concionum materia Euan-
gelio in cõmuni vnus Martyris incipienti: Nolite putare, quia
veni pacem mittere in terram, applicari potest. Maxime super
illa verba: Qui non accipit crucem suam, & sequitur me, non est
me

me dignus. Potest etiam adaptari alteri Euangelio eiusdem com-
munis, sic exordienti: Siquis venit ad me, & non odit patrem
suum. Et Præsertim super illa verba: Qui non baiulat crucem
suam, & venit post me, non potest meus esse discipulus. Super
quæ bina Euangelia multa etiam notabilia in duabus concioni-
bus, quæ habentur sabbatho ante Dominicâ in passione in nostro
quadregesimali, & in quatuor concionibus in festo sancti An-
dræ in aduentuali volumine competes.

IN EODEM COM-

muni vnus Martyris

Concio Prima.

*Amen, amen dico vobis nisi granum frumenti eades in
terram mortuum fuerit, ipsum solum manet &c. Ioã. 12.*



REFERT gloriosus Euangelista Ioannes paulo ante Iesu Christi Saluatoris nostri mortem dicentibus illi duobus ex discipulis eius, illic esse duos viros gentiles, qui eum alloqui volebant, diuinum Magistrum respondisse: Venit hora, ut clarificetur filius hominis: per quam clarificationem sacratissimam mortem suam intelligebat. Videamus nunc, O Christe infinitæterni Patris sapientia ut quid hoc nunc dicis? Cum hi ex gentibus ad te uidentur accedere, dicis mortis tuæ tempus appropinquare? Nonne melius esset te illam differre, quo iij, & alij complures gentiles ad te uenirent, ut quæque celestem doctrinam acciperent? Ut supernus Dominus huic questioni responderet, similitudinem grani frumenti adduxit dicens: *Nisi granum frumenti.* &c. Quasi diceret, secundum Theophi. Ne arbitremini mortem meam gentium conuersionem esse impedituram. Imò vero dico vobis, quænam modum granum frumenti cadens in terram cum mortuum fuerit magnum fructum affert, sic mortem meam effecturam esse, ut fides mei inter gentes amplius multiplicetur. Quod summa veritas iurat dicens: Amen, amen dico vobis. Hæc dictio, Amen, est Hebraica, & significat verè.

3 Quæ, vt ait glossa, quia tantæ est autoritatis noluerunt eã interpretes in latinũ sermonẽ trãsserre, ne eius maiestas minueretur. Sufficitq; Christũ Redẽptorẽ nostrũ ad Euangelij sũueritatẽ in fallibilẽ cũ iuramẽto affirmandã eã sum fuisse, ad hoc, vt credamus hoc eximie autoritatis esse verbũ. Nã, vt ait D. Hiero. nunquã Deus, nisi per semet ipsum iurare consueuit. Et quia veritas est ipse Deus, ideò per eã Deus iurans, per se metipsum iurat. Et sic dixit per Isai. Pro. Ego Dñs, & nõ est vltra Deus absq; me: in me metipso iuravi, egredietur de ore meo iustitiæ verbũ. Ex quo sequitur Christiano viro cũ veritate, ac necessitate, & in re graui iurare licere. Iuramẽtũq; cũ omnibus debitis circũstãtijs celebratũ est actus adorationis. Iatriæ, atq; meritorius, isq; honorabilissimus, vt ait D. Tho. ex Philoso. Vnde in rebus grauib; prisci quodã patres pie iuramẽtis vti cõsueuerũt. Sic Patriarcha Abrahamã dixit famulo suo. Eliezer. Pone manũ tuã subter femur meũ, vt adiurẽ te per Dñm Deũ coeli, & terræ, vt nõ accipias vxorẽ filio meo de filiabus Chananæorũ. Et Patriarcha Iacob filiũ suũ Ioseph etiã adiorauit dicens: Pone manũ tuã sub fœmore meo, & facies mihi misericordiã, & veritatẽ, nõ sepelies me in Ægypto. Veteres illi patres subterfœmur alios adiurare cõsueuerant sicut credẽtes, ac sperãtes Deũ ex femine suo carnẽ esse sumpturũ. Et per illã partẽ, quæ est humanæ generationis initiũ, adiurãtes quodãmodo per sanctissimã Iesu Christi carnẽ inde processurã adiurabant. At animaduertite iurantes quantopere iuramẽtis stare teneamini. Deus enim non solũ in futuro, sed in hoc etiã sæculo iuramenta violantes acerrimẽ punire consueuit. De Rege Ieconia dixit Deus Ezechieli Prophetæ. Viuo ego, dicit Dominus Deus, quoniam fecit irritũ iuramentum, in medio Babylonis morietur. Postquam Sãctus Iosue & principes Israel Gabaonitis iurarunt, eos à se non esse occidendos vniuersus populus Gabaonitarum fraudem agnoscens, ciuitatumque & terræ illorum pulchritudinem perspiciens murmurabat exoptans factum ius iurandum violari. Cui sanctus Iosue, & principes responderunt: Iurauimus eis in nomine Domini Dei Israel: & ideo non possumus eos contingere: Notate, quæso, sanctorum virorum fidelitatem. Qui etsi propter interpositam fraudem iureiurando non tenebantur: tamen propter Diuini nominis reuerentiam, per quod eis iurauerant, cum

Hieron. Sup. Isai.

Isai. 45.

D. Th. 2. 2. q. 89. art. 4. in corp.

Arist. 1. meta. c. 3.

Gene. 24.

Ezech. 17.

Iosue. 9.

cum magno ipsorum detrimento promissis stare voluerūt. Quatuorque opulentissimas vrbes cum eorum confinibus amittere maluerunt, quam, vt nomen Dei inter gentes blasphemaretur, dicerentque Gabaonitæ populū Dei iusiurandum nō adimplere. O quantē reprehensionī est Christianis viris hoc sanctorū virorū piū exemplum: qui leuissima quaq; occasione iuramenta violant, quæ magna est diuinæ maiestatis iniuria, euidensque signum, ex quo infertur, quam parui Dei honorem, & gloriam æstimamus. Etiam Pharaō, quanuis Ethnicus sancto Ioseph dixit: Ascende, & sepeli patrem tuum, sicut adiuratus es. Etenim illi impium videbatur factum iuramentum non adimpleri. Tu vero, o Christiane illud adimplere non curas, quasi tua nihil in-teresset, cum tamen te mortaliter peccare, perpētuisque inferni cruciatibus condemnari credas. O miser quis te dementauit, ne tam graue malum intelligas. Quid autem dicam, & quibus lacrymis aliorum complurium peruersionem lamentabor, qui passim mendacia sua iuramenti affirmant? O diabolicam peruersitatem! Quid miseri arbitramini vos facere, cum falsō iuratis? Dicitis utique Deo: Domine descēde de cœlo, hocque meū mendacium, vt veritatem comprobā. Deum summam veritatē vultis mendacium vestrum testari? Scitote igitur, vt D. Thom. affirmat, grauius esse malum falsum iuramentum, quam homicidium: vt noueritis quid faciatis, cum mendacium iuramento affirmatis. Atque ex assidua iurandi consuetudine homo in blasphemiam deuenire consuecit: quæ in Christiano viro terribilis abominatio est. Hebræus quidam cum altero rixans nomē Domini blasphemauit. Et per exaggerationem dicit sacra scriptura, illum esse filium mulieris Israelitidis. Hoc dicit, cum vt illius hominis peccatum exaggeraret, quod Hebræus cum esset tantam admisit abominationem: tum etiam, vt matris eius negligentiam explicaret, quia Israelitis cum esset, filium suum tam malis moribus instituit. Protinus ergo Moses Dominum consuluit quid de blasphemio illo faciendum esset. Qui respōdit ei: Educ blasphemum extra castra, & ponant omnes, qui audierūt, manus suas super caput eius, & lapidet eum populus vniuersus. O quam aperte hic ostenditur quanta sit huius sceleris grauitas, quantamque vniuerso populo perniciem afferat: cū Deus blasphemum extra castra educi, ibique ab omnibus iubeat lapidari, neque

Genes. 50

*D. Tho. quod
lib. 1. q. 9. ar
sic. 18.*

Leuit. 24

9- neq; viuum neq; mortuum eum inter homines, commorari patiatur omnēsq; velit eum occidere, siquidem ex illius peccato omnibus detrimentum provenire consuevit. Et quemadmodū in sacrificijs præcipiebat Deus, vt omnes super animal immolandum manus imponerent, sic vult omnes super hunc blasphemū manus imponere, significans in hoc, blasphemi supplicium sibi esse gratissimum. Sæctus Apostolus Iudas dicit in sua canonica: Cū Michael Archægelus cū diabolo disputans altercaretur de Moy sic corpore nō est ausus iudiciū inferre blasphemie, sed dixit: Imperet tibi Deus. Quod si Angelus gloriosus nō est ausus Diabolo maledicere, quomodo infelix homo Deo maledicere, eūq; blasphemare audeat? Quomodo non timet, ne terra aperiatur, eūq; viuum deglutiat? Quæ cum ita sint, dilectissimi fratres, vos quanta animi cōtentione possū, deprecor, maxime timeatis, ne in tantū præcipitiū deueniatis. Quod, vt eueritis, iniquā assidū iuradi cōsuetudinē à vobis diligēter expellite, nec indifferēter proleuissimaquaq; re iuretis nō dijudicātes, vtrum quod iureiurādo affirmatis, verū sit, an falsum. Ad quod oportet vos animaduerte- re, Deū præcepta Decalogi Mosi tradētē illa simpliciter protulisse: de prohibitionē verò iuradi dixisse: Nō assumes nomē Dñi Dei tui in vanū neq; enim habebit in fontē Dñs eum, qui assumpserit nomē Dñi Dei sui frustra. Huic præcepto peculiariter hanc addidit cōminationem, quò tanti mali quasi frænum esset hominibus, eo quòd peccatum hoc nimis vniuersale est, & facillimè perpetratur.

Iurauit hinc igitur summa veritas dicens: *Amen, Amen dico vobis*, ad confirmationem rei tam necessariæ qualis erat sanctissimæ ipsius mortis fructus. At valdè miror, ó superne mundi Redemptor, te dicere: Si autem mortuum fuerit multum fructū affert. Quomodo multū fructum sacratissimæ passionis, mortisq; tuæ esse dicis, cū tot in infidelitatibus, sceleribusq; suis remanentibus, tā paucos laboribus, meritisq; tuis vti perspicias? Imo hoc fuit vnū ex ijs, quæ hac mortali vita diuīus cruciarunt. Quod significauit David tuo nomine dicēs: Super dolorem vulnerū meorū addiderūt. Mirabile vtiq; Nō dicit? Super dolores vulnerū meorū. In quo significare videtur, quāuis Christi R. N. vulnera quam plurima fuerint, eum tamen vnum tantum dolorem persensisse. Ecquid est hoc Deus cordis mei? Spinas sacratissi-

mū caput tuū cōpūgentes, verbera tenerrima terga tua discutiā¹²
 tia, clauos benedictos pedes, manusq; tuas penetrātes, crucē deni
 q; sanctissimū corp⁹ tuū cruciātē vnū tāū dolorē vocas? immē-
 sifuerūt cruciatus, quib⁹ bonus Iesus fuit cōtort⁹, innumeriq; do
 lores, quos ipse persensit. At quēadmodū serpens Mosis oēs Pha
 raonis serpētes deuorauit, sic amātissimus animarū sponsus in
 passione sua vnū nimis excessiuū dolorē sensit, qui omnib⁹ alijs
 doloribus excessit. Et hic quidem non ex eo prouenit, quod fam
 iliā suam dispersam perspexit: non quod sacratissimā humani
 tatem suam tot cruciatibus afflicta, non quod pretiosissimū san
 guinem suum diffusum, non quod vitā suā finiri vidit, sed quod
 mortem, passionēque suam paucis fructuosam fore considera
 bat. Itaq; hoc dirius affligebatur, quod sciebat, quāmodici ex
 ipsius morte fructum percepturi erant. O Redemptor magnifi¹³
 ce, o fili, (si fas est dicere) prodige admirabilis, quomodo nō eras
 nimīū contristandus, cū totum sanguinem tuum in cruce diffu
 deris, cuius vna gutta mille mūdōs redimere sufficeret, conside
 rans in monte caluarie holocaustū atq; sacrificiū superesse, mū
 dosq; qui redimerentur deesse: & tamen hunc vnū mundū, qui
 extat, ex meritis tuis in finitis fructū non esse percepturū? Quā
 cum ita sint, quomodo dicis, o Dñe: Si autē mortuū fuerit, mul
 tum fructū affert. Dico multum fructū sacratissimā Dñi passio
 nem quoad sufficientiam attulisse, fuit enim infiniti valoris, &
 pretij: Et ita dicit D. Paul. Proposuit, scilicet, Pater æternus, in
 staurare omnia in Christo, quæ in coelis & in terra sunt in ipso.
 Ad omnia quippe sacratissima eius mors sufficiens extitit. Atq;
 etiam dicitur, multos fructus: quia etsi non plures, quam vna ani
 ma saluarentur, hæc adeo pretiosa est in conspectu Dñi, vt illius¹⁴
 saluatio magnus fructus possit appellari. O benedictus talis
 Deus, quāti singulos nos æstimat, & quā parui à nobis æstima
 tor. Valde etiā pensari oportet priorē huius sententiæ partē, sci
 licet. Nisi granū frumenti cadens in terrā mortuum fuerit, ipsum
 solum manet. Quomodo tibi, o Dñe, similitudo hæc potest ada
 ptari? Licet enim verum sit, nisi granum frumenti cadens in ter
 rā mortuū fuerit, ipsum solū manere: tu tamen quauis non mo
 rereris non esses satis superq; comitatus in celo? Nūquid tibi nō
 Angeli, Archangeli, Cherubim quoq; & Seraphim, omnesque
 deniq; hierarchie cœlestes assistunt? Quomodo igitur solus ma
 neres

15 **S**neres tam illustri beatorū spiritū corona comitatus? Istā appel-
 las solitudinē? O immēsam Dei charitatē in hoc magnopere de-
 claratā, quod locū, cui homo deest, solitudinē vocat. Accidit do-
 minā in domo patris sui inter fratres, parentesq; suos cōmorari. *simile.*
 Quia verò vir eius in Indiā, aut aliā longinquā regionē se contu-
 lit, illa suspirat, & dicit: O quā solam me sentio? Quid dñā? non
 ne inter parentes fratres, ac consanguineos tuos cōmoraris? Quo-
 modo igitur te solā esse dicis? Viri sui, quē maxime diligit, absentiā
 solitudinem vocat. Quoties accidit vobis inter multos, vbi fe-
 stiuitates, ludiq; celebrantur, existere, quibus minime delecta-
 mini, quia vobis is abest, quē intimo cordis amore diligitis? O
 æterne Deus, quā intrinseco homines amore cōplecteris, ideoq;
 eorū absentiā solitudinē appellas, quāuis tibi in cœlo innumeri
 16 beatorū spiritus adstent. Sicq; referens D. Lucas, quomodò diui-
 nus hic Dñs in horto à discipulis suis recessit, his verbis hanc se-
 parationē cōmemorat: Ipse auulsus est ab eis, quātū iactus est la-
 pidis. Vbi in verbo: auulsus: significatur ei ab illis recedēti ani-
 mū prope auelli. Et sic, vbi nos legimus in Prouerbij: Deliciæ
 meæ esse cū filijs hominū, alia translatio habet: Oscula mea esse
 cū filijs hominū. Et vbi nos legimus apud Isaiā: vinea Dñi exer-
 cituū domus Israel est, alia translatio habet: Osculū delectabile
 Dñi exercituū domus Israel est. Ex quo apparet vnusquisq; ho-
 minū Deo dulcissimū osculū esse videri. O verba super gladios
 acutissimos durissima quæq; corda feriētia, si hæc attētē cōfide-
 rare voluerint. Etenim vilissimos terre vermiculos Deus adeò di-
 liget, vt oscula sua suauissimā vocet: locūq; cui ipsi nō adsunt soli-
 tudinē dicat. Infelices autē homines ei adesse incōcione, oratiōe,
 17 hospitali, virtutūq; exercitatione amaritudinē iudicat. O cœlū,
 ò terra, ò insensibilia elemēta tātā hęc filiorū Adę ingratitudinē
 admiramini. ¶ Ne verò arbitraremur ad salutē nostrā impetrādā
 sufficere filiū Dei pro nobis mori, neq; opus esse nobis aliquā ad-
 hibere diligētā, protinus subdidit dicēs: *Qui amat animā suā perdet
 eā: & qui odit animā suā in hoc mūdo in vitā eternā custodit eā.* Videam⁹
 nūc, Dñe, Nōnetu homini iubes: Diliges proximū tuū, sicut te
 ipsum? In quo ei iubes proximi sui amorē, simul & suū, vna eadē
 que regula dimetiri? Si proximū diligi factū est, etiā hominē sei-
 plū diligere sanctū erit; cū amor nostri sit regula amoris proximi.
 Præterea, nōne dixisti: Qui participat cū fure, odit animā suam?

Quomodo ergo hic dicis: Qui odit animā suā in hoc mūdo, in vi-
 tā eternā custodit eā? Respōdeo hic animā pro vita sumi, sicut &
 alibi dicitur: Ne solliciti sitis animē vestre quid ināducatis, id est,
 vitę vestre. Vita autē nostra est vita peccatrix, pfana, & sensualis.
 Etenim quādo quis vitā sanctā degit, vt ait D. Paul. nō ipse, sed
 in eo Christus viuit. Sic ipse affirmat hīs verbis de se loquēs: Vi-
 uo autē iā nō ego: viuit verò in me Christus. Hanc igitur vitā no-
 stram hic à Dño iubemur odisse. Sicque non prohibet tibi, ne te
 diligas, sed ne sensualem istam vitam ames. Quod si in stes dicēs:
 Si me diligere possum, beneq; facio, quomodo dixit Apostolus:
 In nouissimis diebus instabant tempora periculosa, erunt homi-
 nes seipfos amantes, cupidi, elati, superbi, blasphemi, parētibus
 non obediētes, ingrati, scelesti, sine affectione, sine pace, crimi-
 natores, incōtinentes, inimites, sine benignitate, proditores, pro-
 terui, tumidi, & voluptatum amatores magis, quā Deī? Quot
 mala hic vir diuinus accumulauit! Ecqui sunt hi, quibus tanta ini-
 quitas inest? Anne sunt Mauri, seu Turcæ? Ipse protinus expli-
 cat dicens esse eos, qui se diligunt. Ideoq; postquam dixit: Erunt
 homines seipfos amantes, statim omnes has abominationes ad-
 didit, significans homines seipfos amare horum omnium scele-
 rum esse fundamentum, atq; principium. Quomodo ergo dicis,
 fas esse homini seipsum diligere? Ad cuius dubij intelligentiam
 animaduertendum vobis est, vniuersum genus humanum inter
 hos duos affectū esse locatū, videlicet, aut in Dei, aut in suimetip-
 sos amore. Sūt quippe nōnulli sese adeo amātes, vt omnia pro-
 pter semetipfos diligāt. Deū amat, quia ab illo sustinentur: solē,
 quia ab illo illuminātur; regē, quia ab eo defendūtur. Omnesq;
 creaturas esse volūt, quia ad eorū vtilitatē dirigūtur. Qui quidē
 se Deos faciūt, & in Dei sede, Deū verò in ipsorū loco cōstituūt.
 Deū ppter se, & se ppter se diligētes se in Dei, Deūq; in sua se-
 delocāt. Alij verò Deū ppter Deū, aliasq; creaturas, & semetip-
 sos ppter ipsum Deū diligūt: & hic est optimus amor sui. Itaq;
 dicēs D. Paulus: Erūt homines seipfos amantes: affirmāsq; pro-
 pter hoc alia multa mala esse ventura, de ijs loquitur, qui se Deū-
 que atque omnes alias creaturas propter semetipfos diligunt.

Cum verò Deus nobis præcipit, vt amore nostri amorem pro-
 ximi metiamur, de hoc sancto amore loquitur, quo homo se pro-
 pter Deum diligit. Amplius hanc sententiam Dominus expli-

cat

21 cat dicens: *Siquis mihi ministrat, me sequatur.* Olim scholastici in Academijs tres aut quatuor vnum tantum famulum, qui illis omnibus ministrabat, habere consueuerant. Nunc autem adeò accreuit superbia, vt vnus tantum scholasticus à septem famulis sibi seruari velit. Cumq; Deus sit Dominus infinitæ maiestatis, nec sit scholasticus pauper, non patitur ministrum suum alteri deseruire in eo cor suum statuentem. Ideoq; dicit: Qui mihi ministrat me sequatur. Me (inquit) non mundum, Diabolum, siue carnem sequi debet. O si quantum Deus meretur, & quàm parum ei dare possumus, intelligeremus, quomodo hoc modicum, quod est cor nostrum, diuidere, Diabolumq; ac mundum simul cum Deo participem eius facere nos puderet. Hoc considerans Dauid dicebat: Tuus sum ego, saluum me fac. Nolo (ait sanctus Propheta) me diuidere, aliudq; extra te amare, aut sequi. Et ita dicit D. Augustinus: Minus te amat, qui tecum aliquid amat. Quod si quis dicat: Ecquis tam validum, potentemq; Gigantē sequi valebit, qui sic huius vitæ cursum tranauit? Orabat cœlestis Magister, & in oratione transfigurabatur, & tādīu cōtrēplabatur quousq; sanguineos sudores immitteret. Quadraginta dies cū noctibus nihil prorsus comedens ieiunabat. In mōtibus frigori, ventisq; expositus dormiebat. Denique adeò velociter currebat, vt diceret sponsa: Ecce iste venit saliens in montibus, transiliens colles. Quis igitur illum sequi poterit? Dico Dominum non præcipere, vt sicut ipse curramus, sed, vt sicut poterimus, eum sequamur. Postquam gemini fratres Esau, & Iacob sese in via viderunt, alternisq; amplexibus vfi fuerūt, magnæq; vrbauitatis sermones inter se contulerunt, sciēs Iacob se non posse pariter cum fratre suo incedere dixit ei: Nosti Domine mi, quòd paruulos habeam teneros, & oues, & boues fessas mecū, quas si plus in ambulando fecero laborare, morientur vna die cūcti greges. Præcedat Dominus meus ante seruum suum, & ego sequar paulatim vestigia eius, sicut videro paruulos meos posse: donec veniam ad Dominum meum. Sic fidelissimo fratri nostro Iesu Christo nos dicere oportet: Domine tu quia fortis es, sine cessatione curris: ego, cui sensus hi, potētiaq; debiles sunt, si vellē, sicut tu, ieiunare, sicut tu, orare, sicut tu, vigiliis obseruare, sensibus potentijque meis breuissime vitam adiuerem: siquidē pariter (Alas parejas) tecū currere nequeo, te paulatim sequar iuxta

Psal. 118.

August.

Cant. 2.

Genes. 33.

Simile.

imbecillitatē meam. Cū rex ex vna in alteram urbem se cō-²⁴
fert, eius magnates, viriq; ab aure illum comitantur. Quod si il-
le currit, ipsi etiam currunt: cætera verò familia suis itineribus
gradiuntur, eadem, scilicet, via procedentes. Sic supernum Re-
gem Iesum Christum sacri eius Apostoli, alijq; sancti currentes
secuti sunt: quanuis non pariter cum illo, quodammodo tamen
prope illum decurrebant. Nos verò miseri, & imbecilles quāuis
non tā velociter decurramus, nō magna in nos culpa conferetur.

Etiam verbum hoc, *sequatur me*, Significat: Attendat homo
viam, qua ego ambulo, & ipsa ille gradiatur. Et *vbi ego sum*, *illse*
et minister meus erit. Non dicit: Vbi ego ero, sed, vbi ego sum; il-
lic & minister meus erit: quia iam tunc sacratissima eius anima
beata erat, diuinaq; gloria perfectè fruebatur. Ideoq; dicit: Ille,
qui hac gloria, qua beatissima anima mea iam fruatur, sacratissi-²⁵
mumq; corpus meum à gloriosa resurrectione frui incipiet, vo-
luerit coronari, eadem via qua ego, gradiatur. Stultus esset qui
Regem comitans cū in aliquam urbem esset ingressurus, nollet
eadem porta, qua rex, eiusq; magnates ingrediuntur, introire,
sed vellet murum alibi rumpi, sibiq; peculiare ostium aperiri.
O homo delire, atq; amens, nunquid istud cogitare potuisti? Ti-
bi ne denuò ostium oportet aperiri. Loquens supernus Rex glo-
riæ cum binis discipulis fugientibus Emaus, illosq; obiurgans
dixit eis: O stulti, & tardi ad credendum, nonne hæc oportuit
Christum pati, & itā intrare in gloriam suam? Per hanc Cru-
cis, laborumque ianuam, qua Rex regum Iesus Christus ad san-
ctissimi corporis sui glorificationem introiuit, peculiare etiā il-²⁶
lius amici principesq; Ecclesiæ eius sunt ingressi: tu verò insane
pervoluptates ingredivis? Hoc est te velle, vt tibi peculiare ostiū
fiat in cælo. O terribilē cæcitātē. Quare talis cogitatione nō
pudet? Hinc infertur quantopere Deo gratias agere teneamur,
cū nobis labores immittit: sic enim nos in cæli ianuis statuit.
Vnde gloriosus Laurētius dū in craticula superpositus vreretur,
ardētibus prunis exultans dicebat: Gratias tibi ago Dñe, quia ia-
nuas tuas ingredi merui. Nō dicit: Quia iā me in gloriā introdu-
xisti: sed, quia me in laboribus, quæ sunt ianux tuæ, statuisti: per
has enim tu cū tuis fidelibus seruis in cœlū introisti. O gloriose
martyr, quā meritò pro hoc singulari beneficio quod tibi con-
tulit, Deū glorificas. Qui mercatori plurimos in capsula numos ha-
ben-

Simile.

Luc. 24.

Simile.

27 benti pretiosa mercimonia offert, quę emens locupletior fiat, nō parū in eū beneficiū cōfert. Vir gratia plenus magno à Deo beneficio fuit affectus, cū ei tormēta oblata fuerūt, quibus ipsa gratia adiut⁹ coronā ineffabilē mereretur. Mille, ac plures anni sunt ex quo gloriosus hic vir cœlesti beatitudine fruitur, ob vnā noctē diemq;, quibus martyrium passus est: atq; adhuc infinita ei secula remanēt, in quibus illa fruatur. O quā felicia nūc illa tormēta craticulā, prunas, vulnera, verbera deniq; breuissime trāseuntia iudicabit, quibus immarcescibilē glorię coronā fuit adeptus. O quā opere nos illius exēplo, & spe coronę eius perfruedi oportet roborari, vt ob diuinū amorē discrimina in virtutis via nobis oblata equo, cōstantiq; animo perferamus. Et ita dicit D. Augustinus: Flāmis, quas ipse pertulit Christianorū omniū corda calefecit: quō sic calefacti eū imitantes diuinam in hoc sæculo gratiā, & in futuro cœlestē beatitudinē consequamur. Ad quā nos perducatur Iesus Marię filius. Amen.

Aug. serm. 1.
I. S. Laur.

In eodem Cōmuni vnus Martyris Concio Secunda.

Amen, amen dico vobis nisi granum frumenti cadens in terra mortuum fuerit, &c. Ioannis. 12.



N hodierna sancti Euangelij lectione fratres dilectissimi diuinus mūdi magister quid pro nobis fecerit, quidq; à nobis propter se fieri velit ostendit. Etenim pro nobis verus Deus existens homo factus est, vtq; nobis vitā conferret, mortē acerbissimam tolerauit. De quo singulari quadā metaphora grani frumenti sermonē facit: quod, vt experientia cōperimus, nullū fructū affert, nisi prius feratur, & in terra putrefiat. Vnde B. Paulus, Tu inquit, quod seminas nō viuificatur, nisi prius moriatur. Et hinc est, q̄ agricolę opportunū ferēdi tēpus obseruāt, videlicet, cū terrę humiditas inest, quę granū putrefieri iuuet. Hic fuit ad

I. Cor. 15.

Isai. 53.

Apoc. 7.

I. Ioan. 2.

mirabilis fructificandi modus, quo filius Dei vsus fuit: quem multo antea Isaias Propheta prædixerat his verbis: Generationem eius quis enarrabit. Rationemque subdit dicens: Quoniam abscissus est de terra viuētium. Vbi manifestè videtur sanctus Propheta de actiua Iesu Christi Redemptoris nostri generatione loqui: quæ est credentium spiritualiumque filiorum eius ex sacratissima ipsius morte nascentium multiplicatio. De quibus dicit: Quis eos enarrare poterit? Et ita dicit D. Ioannes, Vidi turbam magnam, quam dinumerare nemo poterat ex omnibus gentibus, & tribubus & populis, & linguis stantes ante thronum, & in conspectu agni amicti stolis albis, & palmæ in manibus eorum. De quibus omnibus inferius dicit: Lauerunt stolas, & dealbauerunt eas in sanguine agni. Id est, gratia, & gloria, quam possident ex innocētissimi agni Iesu Christi meritis illis præcipue processit. *[O grano maravilloso sembrado por la mano del padre eterno en aquella tierra fecundissima de las entrañas purissimas de la sacratissima Virgen Maria señora nuestra. O grano admirable regado con el agua de la fuente del spiritu sancto: grano nacido con beldad y hermosura para los hombres y para los Angeles. O grano crecido y espigado con treinta y tres años de vida perfectissima. O grano segado con la hoz de la passion. O grano trillado en la era de la synagoga con coces, empellones, y bofetones. O grano molido en la muela de la cruz con innumerables tormentos. O grano cernido con el cedazo de la muerte, donde se aparto el salvado de la harina, que es donde se aparto el trabajo y dolor del sanctissimo Redemptor para nunca poder padecer. O grano amassado con agua de lagrimas. O grano cozido en fuego de charidad y dado a comer en especie de pan en el sanctissimo Sacramento del altar.]* O panis cœlestis o panis angelorum, beati qui te digne vescuntur, qui que tam singulari fructu fruuntur. Ex hac diuina segete vniuersus sanctæ Ecclesiæ fructus est ortus. O mirabilem gignēdi modum? Homines filios suos viui gignunt: Christus autem Redemptor noster tot spirituales liberos morte sua genuit. Verum audite B. Ioannem dicentem: qui dicit se in Christo manere, debet sicut ipse ambulauit, & ille ambulare. Si quidem igitur Christus filius Dei, quem debemus imitari, granum est, singulos nos granum esse, non verò inanem operibus paleam oportet. Sit igitur charissimi vnusquisque nostrum solidum virtute, pondere, firmitate, constantiaque resectum granum: non verò stipula, quæ minimo quoque ventorum flatu huc at-

que

s̄que illuc circūfertur. Memēto te terribilis illius minæ, qua glo-
 rios⁹ Baptista de rigoroso, supernoq; iudice Iesu Christo loquēs
 Hebręos cōminatus est his verbis: Cuius v̄tilabrū in manu ei⁹,
 & purgabit areā suā, & cōgregabit triticū in horreū suū: paleas au-
 tē cōburet igni inextinguibili. Granū tritici fratres, & nō hor-
 dei esse debetis. Hordeū enim pelliculā illā, qua operitur, diffi-
 culter expellit, quā granū tritici facile exuit. Sic perfectū cor nō
 alicui rei huius sæculi inordinate adhæret: imperfectū verò vix
 se ab aliqua nouit expedire. Charissimi, ait D. Petr⁹, obsecro vos 1. Petr. 2.
 tāquā aduenas, & peregrinos abstinere vos à carnalibus deside-
 rijs, quæ militāt aduersus animā. Beatus qui se in hoc sæculo iu-
 dicat peregrinū, & sicut aduena rebus omnibus explicitus, atq;
 expeditus uiuit. Miseriq; illi, qui sæcularibus omnibus adherēt:
 6 & in pœnā scelerū eorū in tātū errorē inciderūt, vt credāt se sola
 fide esse saluandos, cū bona opera nulla faciāt. De quibus dicit psal. 82.
 Dauid. Principes corū, qui dixerūt: Hæreditate possideamus san-
 ctuariū Dei: Deus meus pone illos vt rotā, & sicut stipulā ante
 faciē venti: sicut ignis cōburēs syluā, & sicut flāma cōburens mō-
 tes: ita persequeris illos intēpestate tua: & in ira tuaturabis eos.
 O Dñe superbi nimis conturrexerūt, qui tāquā potentes princi-
 pes sanctā Ecclesiā tuā peruertere conati sunt, legēq; tuā extir-
 pare voluerūt, atq; in ea magnā stragē ediderūt dicentes: Hæ-
 reditate possideamus sanctuariū Dei. Nō est vobis opus ieiunio,
 neq; pœnitentia, aut vlla sancta exercitatione: satis enim multā
 pœnitentiam pro nobis Iesus Christus egit. Quòd si quæratis,
 quomodo nobis in cœlū ingrediendū sit. Hæreditate (aiunt) hæ-
 7 reditatio nobis cœlū iure debetur, cū nos per baptismū filios Ie-
 su Christi fecerimus. Deus meus pone illos, vt rotam, quo ex
 vno in aliud præcipitium prolabantur, quoadusque ad profun-
 dum tartari perueniant. Hæc non est oratio, sed prophetia ex-
 plicans quid illis euenturum sit. Et pone (inquit) eos vt rotam
 ante faciem venti. Siquidem cum vitæ suæ inanitate sine o-
 peribus remanserunt, fac, vt sicut stipula huc, atque illuc si-
 ne requie à vento circumfertur, sic illi à Diabolis ex vno in aliud
 tormentum sine tranquillitate deferantur. Et quemadmo-
 dum in arida sylua facile ignis incenditur: sic illi æternis
 ignibus concrementur, qui omni virtutis humore carent,
 & ad arandum aptissimi sunt. Eia prælati, eia facer-

dotes, eia viri eruditi, eia concionatores nunquid hæc verba cog- 8
nosçitis? Nunquid hæc ego ex me dico? Nunquid hæc verba
non sunt à diuino spiritu reuelata? His ergo durum hunc, indo-
mitè que cervicis, at que rebellem populum exhortamini. Ego
quippe iam eadem ei dixi, nec tamen mihi fidem adhibere vult.
Dicite vos, & forsitan credet. O fratres in Christo Iesu, ne deci-
piamini, arbitantes solam fidem sine operibus vos posse salua-
re: contrarium enim tota sacra scriptura conclamat. Peculiariter
autem audite Diuum Paulum dicentem: Si filij & hæredes,
hæredes quidem Dei, cohæredes autem Christi: si tamen com-
patimur, vt conglorificemur. Quid clarius dici posset? Cohæ-
redes (inquit) Iesu Christi suauissimi fratris nostri erimus, si-
cum eo passifuerimus, veram que peccatorum poenitentiam ege-
rimus. Et ita dicit Beatus Petrus: Christus passus est pro nobis, 9
vobis relinquens exemplum, vt sequamini vestigia eius. Ideo-
que postquam Dominus de ijs locutus est, quæ propter nos fe-
cit, ac tulit, protinus subdit quid nos ipsius causa facere debea-
mus dicens.

Qui amat animam suam perdet eam. Est hinc valde pensandum Do-
minum non dicere: Qui amat spiritum suum perdet eum, sed,
qui amat animam suam perdet eam. Ad cuius intelligentiam
oportet prius intelligi verba illa Diui Pauli dicentis: Viuus est
sermo Dei, & efficax, & penetrabilior omni gladio ancipiti, &
pertingens vsq; ad diuisionem animæ, & spiritus compagum-
que, ac medullarum, & discretor cogitationum, & intentionum
cordis. Primò aduertendum est B. Apostolū, vt sanctus Theo-
doretus exponit, hic de verbo diuino Christo Redemptore no-
stro, loqui. Statim enim inferius dicit: Et non est vlla creatura 10
inuisibilis in conspectu eius: omnia nuda, & aperta sunt oculis
eius, ad quem nobis sermo. Protinusque concludit dicens: Ha-
bentes ergo pontificem magnum, &c. Illumque sermonem ap-
pellat, sicuti Sapiēs ipsum etiam nuncupauit dicens: Cum quie-
tum silentium continerēt omnia, & nox in suo cursu medium
iter haberet, omnipotens sermo tuus Domine exiliens de cælo
à regalibus sedibus in terram profiliuit. De hoc diuino verbo di-
cit hic Sanctus Apostolus: Viuus est sermo Dei: quia non solum
ipse viuit, & viuet in æternū, sed etiam est vita iustorum. Et ita
dicit Beatus Ioannes: Qui habet filium Dei, habet vitam: qui nō
ha-

Rom. 8.

1. Petr. 2

Hebr. 4.

Sapie. 18.

3. Ioan. 5

11 habet filium Dei vitam non habet. Dicitque Diuus Paulus eū
 esse omni gladio ancipiti penetrabiliorem: quia materialis gla-
 dius corpus abscindens ad animum non peruenit: at filius Dei
 pertingit vsque ad diuisionem animæ, & spiritus. Quomodo di-
 cit sanctus Apostolus Verbum diuinum animam ab spiritu se-
 cernere? Nunquid anima, & spiritus vnum, & idem non sunt?
 An duplex in homine anima, iuxta Manichæorum hæresim
 statuenda est? Dico spiritum, & animam vnum, atque idem es-
 se: dupliciter tamen appellatur, ob duo effectuum genera, quæ
 operatur. Dicitur anima quatenus corpus animat, eiq; virtutem
 ac vitam confert: & quatenus alia omnia in hominis corpore fa-
 cit, quæ anima bruti in ipsius corpore operatur. Dicitur autem
 spiritus quatenus animam bruti superat, scilicet, intelligens libe-
 12 ro arbitrio vtens, cæterasque perfectiones habens. Dicit igitur
 Diuus Paulus verbum diuinum inter animam, & spiritum diui-
 sionem facere, quia cœlesti ipsius doctrina efficit, vt anima cor-
 pus adiuuet, & animet: & quatenus spiritus sensualitati non sub-
 iaceat, sed ad diuinarum rerum contemplationem erigatur, &
 in earum amore accendatur, quod, vt melius faciat, acceptorum
 beneficiorum recordetur. Denique ne tota in corpore animan-
 do penitus occupetur, sed plusquam animabovis, aut asini faciat
 quatenus Spiritus ad spirituales, cœlestesque exercitationes exe-
 quendas exurgat, dicit etiam illud compagum esse diuisorem.
 Compago partes disiunctas connectit. In homineque compa-
 ges sunt, in quibus vna pars vitæ alteri iungitur, vnaque ætas al-
 teri connectitur. Sicuti cum puer ab infantia exiens iuuentutē
 13 ingreditur, & cum desinens esse iuuenis virilem aggreditur æta-
 tem, & cum virili ætate transacta senex incipit esse. Filiusque
 Dei has compages diuidit docens nos meliores in vna, quam
 in altera ætate esse oportere: & sicut in ætatibus crescimus, sic in
 vitæ rectitudine proficere debere. Dicitur etiam verbum diui-
 num medullam diuidere. Medulla inest ossibus: per quam co-
 gitatio designatur. Et filius Dei nos docet bonas à malis cogita-
 tionibus discernere, quò bonæ in intellectu remaneāt: voluntatē
 ad earum amorem propendant: malæ autem foras velociter ex-
 pellantur, priusquam illam inficiant. Hi sunt ex præcipuis effe-
 ctibus, quos filius Dei in terra perfecit. Et sic dixit: Nolite pu-
 rare quoniam venerim pacem mittere in terram: non veni pacē
 mittere,

mittere, sed gladium. ¶ Vnusque ex perspicacioribus locis, ¹⁴
 vbi has diuisiones, maximè que inter animam, & spiritum erudi-
 uit, est hic, quem hodierna sancti Euangelij lectio refert dicens:
*Qui amat animam suam, perdet eam, & qui odit animam suam in hoc mū-
 do in vitam aeternam custodit eam.* Non utique dicit: Qui amat spiri-
 tum suum, perdet eum, sed, qui amat animam. Vult Dominus
 dicere, eum, qui omnem curam suam in corpore reficiendo, sa-
 ginando, delicatè que tractando adhibet, ita vt ea solum anima
 quærat, quæ ad corpus spectant: hunc animam suam esse perdi-
 turum. Corpus quippe est hostis iniquus, qui beneficijs peior,
 rebelliorque efficitur. Est similis Iudæ, qui peracta cœna illam
 venditurus perrexit, qui eum cibauerat. Quātumuis crudelis sit
 hostis, beneficijs plerunq; mitigatur: at Lucifer ingratus quān-
 plurimis à Deo perceptis beneficijs commotus fuit, vt in eum ¹⁵
 confurgeret. Tale est corpus humanum. Etenim quò plura re-
 cipit beneficia, eò vrgentius ad hominem illa facientem euerten-
 dum concitatur. Vnde Beatus Paulus, Si, inquit, secundum car-
 nem vixeritis, moriemini: si autem spiritu facta carnis mortifi-
 caueritis, viuetis. O miseros illos, qui tam ineptè curas suas ad-
 hibent, si quidem illis condemnationem sibi acquirunt. O dio-
 habete fratres animam in hoc sensu, quem vobis explicui, non
 autem spiritum, qui est ipsa anima quatenus ad Deum contem-
 plandum, ac diligendum ascendit. Hunc enim spiritum non
 odio quidem habere, sed omni, qua poterimus vigilantia conser-
 uare, atq; augere debemus: ob huius enim defectum corruptus,
 ac dissipatus est orbis. Ironice dixit Isaias Propheta: Oblita es
 Dei Saluatoris tui, & fortis adiutorij tui non es recordata: prop- ¹⁶
 terea plantabis plantationem fidelem. Quasi dicat: [*Si porcierte
 buen camino lleuas*] Vt in virtute proficias, & in corde tuo plantas
 seras, quæ vitæ fructum ferant, quales sunt amor, obediētia, aliæ
 que virtutes, cum Dei auxiliatoris tui obliuiscaris. Aliaq; tran-
 slatio hoc apertius explicat dicens: Oblita es Dei Saluatoris sui,
 propterea plantabis plantationem infidelem, & sic habet etiam
 contextus Græcus. Vnde contrarium inferitur, scilicet assiduam
 Dei recordationem nimis necessariam esse ad fidelem planta-
 tionem in corde plantandam. Et sic vbi nos legimus in Psalm.
 In matutinis meditabor in te, alia translatio habet: In matutinis
 meditabar in te. Et sic est etiam in contex. Græco. In qua tran-
 slatio-

Roma. 8

Isai. 17.

Psalm. 62.

7^a stationum varietate adnotatur eximia iusti in meditatione perseverantia, cum meditatus fuerit, & meditaturus sit, quasi qui nunquam in tam sancta exercitatione defeciscitur, sciens quantum inde percipiatur emolumentum. Quod divinus spiritus in Psalmo mirifice declaravit. Vbi pro eo, quod nos legimus, Accedite ad eum, & illuminamini, & facies vestrae non confundentur, in Hebraeo sunt verba, quae etiam significat, Aspice in eum, &c. non confundentur, id est, non afficietur pudore. Confusio quippe nobis est magna in ijs vitam consumere, unde nihil praeter dolorem, poenitentiamque elicimus. Huius veritatis agnitionem ijs Deus praebet, qui verum & ex animo in eum mentis oculos statuunt. Ideoque dicit sanctus Propheta: Aspice in eum, & illuminamini, & facies vestrae non confundentur. *Psalm. 33*

8^a cere in eum est in eo spirituales oculos statuere, illius, scilicet, probitatem assiduo contemplando. Hoc in eo significabatur, quod Nazarei Deo dicati capillos non abscindebant: nam comae illae sanctas cogitationes significabant. Et quemadmodum Philistaei crines Sampson abscindere curaverunt, ut eis abscissis imbecillis maneret, sicuti reuera contigit, ut apparet in libro Iudicum: sic daemones sanctas cogitationes a cordibus nostris instantissime conantur abrodere, quibus spiritus valde fulcitur, quo illis abrosis debiles maneamus, viribusque priuatis nobis oculos auellant, asinariamque molam circumuoluere faciant, & multa etiam peccata committere. Quamobrem fratres in hoc his aduersarijs viriliter resistere curate, sanctisque cogitationibus, ac meditationibus animam odio habete, & spiritui fauete. *Iud. 16.*

9^a Circa hoc vellem aduersariis, quod sicut pastor cum gregem in nemus minat, oves non cogit, omnes simul gramina carpere, sed potius omnes huc, atque illuc diuagari sinit, sicut eis placet, quia vni oui vna, alteri vero altera herba placet: sic supernus pastor seruos suos, qui sunt eius oves non cogit ut omnes vnum, idemque cogitent, & eandem herbam carpant. Non Deus vnum tantum opus effecit, nec cuncta opera vnius sunt generis. Alia quippe sunt creationis, alia redemptionis, alia conseruationis, alia denique diuersorum generum: alijque aliarum, alij vero aliarum contemplatione delectantur. Alios namque reperietis, qui crucem, & pia mysteria, quae clementissimus animarum sponsum in ea fuit operatus, contemplari gaudet: illic igitur frater depascere optimam quippe gramen est hoc. Alius mortem,

mortem seueramq; rationem tunc à se Deo reddendam confide-
 rat, optima etiã hæc est herba. Alius infernũ, perpetuosq; illius
 cruciatus meditatur: optimè depascere frater, valde etenim uti-
 lis est hic pastus. Omnes vię eius vię pulchrę. Sublimis est etiã
 diuinę glorię contemplatio, in qua homo de illa sibi maximè
 complacet. Et ita dicit B. Ioannes in Apoc. se vidisse illa sancta
 quatuor animalia dicentia: Amen. Quia sibi de gloria Dei com-
 placebant, ideo dicebant: Amen. Signũ est maximi amoris quẽ
 quã alteri dicere: Comede tu, & gaude, te enim edente, & gaudẽ
 te ego edo, atq; delector. O beatũ virũ, qui Deo puro corde di-
 cit: Domine tu gloria frueris eo enim ego delector. Ego quali-
 bet ratione viuam & quanuis labores patiar, eos libẽti animo to-
 lerabo: sufficit mihi gaudere, quia tu infinita gloria frueris. Hęc
 exultatione perfusa erat sacratissima virgo Maria, cum dixit: Et
 exultauit spiritus meus in Deo salutari meo. Et ad hoc nos inui-
 cẽ inuitamus, cum dicimus: Venite exultemus Dño iubilemus
 Deo salutari nostro. Nemo vestrũ fratres dicat: Meditationes, &
 exercitationes istas o pater fratres, aliosq; Ecclesiasticos viros eru-
 di: nos enim quibus familię alendę cura incũbit, non his exer-
 cendis dispositi sumus. Credo equidem vobis non tantam, sicut
 Ecclesiasticis viris opportunitatem esse verũ nõ idcirco ab eis
 penitus exercẽdis excusamini. Nũquid enim ignoratis vos sum-
 mopere teneri Deum diligere? vosq; ad hoc à Deo fuisse creatos
 nescitis, vt ait Diuus Augustinus: Fecit Deus hominem vt sum-
 mum bonum intelligeret, intelligendo amaret, amando posside-
 ret, possidẽdo frueretur? Quomodo igitur eum amabitis, cum
 ferẽ nõquã eius pulchritudinẽ, liberalitatẽ, probitatẽ, sapientiã,
 & beneficia, quę ab ipsius manu percepistis, animo cõtẽplemi-
 ni? Nã absq; his cõsiderationib⁹, quomodo anim⁹ in ipsius amo-
 re instãmabitur? Magnę utiq; cõfusionis, dignaq; sanguineis la-
 chrymis deploratu res est, hominẽ cũ in se pallij, tunicę, calceiq;
 sui amorẽ sentiat, nullã tñ Dei affectionẽ in corde sentire. Hoc
 ex eo maximè proficiscitur, quod ferẽ nõquã eius excellẽtias cõ-
 tẽplamur. Per immẽsam Dei charitatẽ vos deprecor dilectissimi
 fratres, vt hæc in cordibus vestris imprimatis, eaq; salutĩ vestrę
 valde necessaria esse noueritis: neq; arbitremini vos humanorũ
 negotiorũ obligatione penitus excusari, nullũ enim est tã neces-
 sariũ, quã in hoc. Verũ est tamẽ ob eorũ obligationẽ à vobis
 non

Apoc. 5.

August.

23 non tantam in eis, quantā ab Ecclesiasticis prolixitatē postulari.

Qui in frigidis regionibus habitant, si diuites sunt, tota die domibus suis inclasi ad ignem commorantur, [*yen sus estufas*] Qui verò pauperes sunt, cum hoc facere nequeant, ad ignem crebro accedūt, vnde parum caloris cōcipiūt, & ad exercitia sua redeūt. Sic Christianos facere oportet; siquidē in hac misera frigidaque mūdi regione viuūt, vbi magnopere charitas alget, malitia verò excādescit. Sic sanctus Isaias de singulis in lege gratiæ victuris prædixerat his verbis: Ecce in iustitia regnabit rex; scilicet, Christus, & erit vir sicut qui absconditur à vento, & celat se à tempestate. Non in hoc tã pphetavit quod reuera nunc facimus, quàm quod his foelicibus tēporibus legis gratiæ facere tenemur, plus quam veteris legis cultores, cum maiora beneficiaperceperimus.

Simile.

Isai. 32.

24 Verum est Ecclesiasticos tēporis diuites opportunitatē habere in his sanctis exercitationibus tanquam in calidissimis cubiculis (*Estufas*) delitendi. Sæculares verò quando quidem quasi tempore indigentes in his cubiculis ne queunt assiduo commorari, saltem ad diuinum ignem frequenter accedere cūrent: quauis hoc breuiter faciant, quò spiritalem aliquem calorem mentibus concipere possint. Totam hanc nimis necessariam doctrinam induximus inde occasionem sumentes, quòd Christus Redemptor noster hinc dicit: Qui amat animam suam perdet eam, & non dicit: qui amat spiritum suum, perdet eum. Imo verò, vt ex superioribus vos intellexisse oportet, magnopere tenemur illum, sicut diximus, diligere, augere, eiq; fauere.

Additque vlteriùs Dñs dicēs: *Si quis mihi ministrat me sequatur.*

25 *Ubi ego sum, scilicet in gloria, illic & minister meus erit.* Quasi diceret: Ne vobis quæ dico, difficilia videantur, ego enim eadem passus sum. Si serui mei esse gloriamini, me etiã sequimini, quò mecū in gloria participes sitis: siquidē vnū vultis, alterū suscipite. Habet in macello lanus cōplura carniū fragmēta, & accedit qui spiã dicēs: Appede mihi costas, siue lūbos istos arietinos. Lanus verò illos apēdēscapitis fragmētū apponit. Quod si alter ei dicat ne apponas repēsum, ille respōdet: A mice, alterū sine altero non pēdo. Sic Deus nulli gloriã suã sine laborū repēso cōcedit: quia per multas tribulationes oportet nos intrare in regnum Dei, ait Diuus Paulus. Hinc iusti patientissimè, atque etiam suauissimè labores susceperunt, atque suscipiunt: ita vt in eis illud

simile.

Acto. 14.

Deutero-

Deut. 33.

Deuteronomij impleatur: In inundationē maris quasi lac fugēt: mali autē ne minima quāq; tribulationē perferre, nec minimā p̄ celorum regno penitētia agere volūt; cum tamē grauissimos p̄ leuissimis quibusq; huius sæculi rebus labores exātent. Ideo D. Iacobus horum fidem mortuam vocat: quia sic credunt, quasi non crederent, nec credentes pauciora committunt scelera, quam si nō crederent: & tam parū pro regno celorum laborant, credētes illud ob diuini ducis Iesu Christi sectationem conferri, quā si nihil vnquam tale crederent. O inferam cæcitatem callidissima Sathanæ astutia in mundum inductam.

Iaco. 2.

Oculos quæso dilectissimis fratres aperite, vestramq; miseriam agnoscite, nec tam modica occasione tātum bonum prætermittatis. Considerate præmia, quæ munificētissimus Iesus hic pollicetur, Etenim non est contentus dixisse: *Vbi ego sum, illic & minister meus erit.* Sed vterius addit dicens: *Siquis mihi ministrauerit, honorificabit eum pater meus, qui in caelis est.* Aristoteles naturali tantum lumine ductus dixit: Honorere vera solus bonus dignus est.

4. Eth. 3.

Et sic est verum. Ideoque Deus suos non solum in futuro, sed in præsentia sæculo honorat. Et ita dicit Diuus Paulus: Iis, qui sunt ex contentione, & qui non acquiescunt veritati, credunt autem iniquitati, ira, & indignatio, tribulatio, & angustia in omnē animam hominis operantis malum: gloria autem, & honor & pax omni operanti bonum. O quam amara, & quam dulcia verba. Amara quidem malis, siquidem eos tam seuerē sanctus Apostolus illis comminatur: dulcia verò bonis, cum in eis in futuro, & præsentia sæculo gloria, honor, & pax illis promittantur. **Ec-** quis igitur, fratres, hæc audiens ad tanto tamq; bono Deo seruē dum non fulciatur, cum tam lautam fidelibus seruis suis mercedem retribuat? O Domine infinitæ maiestatis: & charitatis per inmensam clementiam tuam te deprecor his verbis. meis efficaciam conferas, quò eis hi fratres mei ad te per suauissimam diuinae legis viam sequentium concitentur: sicque tua cœ-

Roman. 2.

lesti gratia locupletati ad beatissimum regnum tuum eterna gloria fruituri ducantur. Amen.

Ap. 1. 2.

Alios et mens septem, in ditione, in ditione, in ditione. In eodem bullis et in vni: in ditione, in ditione, in ditione.

In eodem Cōmuni vnus Mar-
tyris, & quodammodo peculiaris pro
Beato Vincentio, Con-
cio Tertia.

*Amen, amen dico vobis, nisi granum frumenti ca-
dens in terra mortuum fuerit, &c. Ioan-
nis. 12.*



2 **H**odie Sancta mater Ecclesia gloriosum inuicti
Martyris B. Vincentij honoris, & ornamenti, splē-
didæq; lucis Hispaniæ nostræ triumphum singu-
lari perfusa lætitia celebrat: in cuius glorioso mar-
tyrio recensendo grauissimi Doctores Diuus Au-
gustinus, Diuus Hieronymus, ac Beatus Ambrosius suos acu-
tissimos calamos consecrarunt. Qui adeò patienti animo tormē-
ta perferebat, tamq; constanti pectore Tyrannum illudebat, vt
vnus qui patiebatur, & alter qui loquebatur, esse videretur. Et
sic est verum. Licet enim Vincentius pateretur, diuinus tamen
spiritus erat qui loquebatur, sicut Christus Redemptor noster
affirmauit dicens: Non enim vos estis, qui loquimini, sed Spiri-
tus patris vestri, qui loquitur in vobis. In hac sacra festiuitate san-
3 tum hoc Euangelium decantatur. Super quo primū admirabilis
Dei sapientia pensanda est, valdeq; perpendēdū eius consi-
lij neminem resistere posse. Etenim sic humanæ voluntati do-
minatur, eamq; in sui ministerium redigit, vt contra ipsius volū-
tatis intentionem, in quo illa Deum conatur offendere, ei deser-
uiat: eosq; qui ipsius consilium conantur impedire, consilij sui
ministros, atque executores facit. In eo autem hoc nimis illucet,
quod ipsi met tyrannorum sanctis vitam adimere volentiū ma-
nibus eorum coronas fabricatur. Quod longè patentissimè in
eius filio Christo Redemptore nostro demonstratur, quem eisdē
met vijs, ac rationibus, quibus homines iniqui inelytum eius no-
men, eximiam que famam conabantur oblinere, æternus ipse

Matt. 10

Pater ad eternam gloriam euexit. Idemque medium, quo homi-
 nes eum euertere intenderunt, æternus pater assumpsit, quo
 eum mirabiliter sublimaret. Hoc significat quod Isaias Prophe-
 ta dixit: Generationem eius quis enarrabit, quia abscissus est de
 terra viventium? Id est quis innumerā posteritatis, ac generatio-
 nis Iesu Christi Saluatoris nostri multitudinem valeat recēserē,
 quia è terra viventium fuit auulsus, & abscissus? Itaque cum ho-
 mines illū à mundo radicitus etelli cogitarent, tunc æternus
 Pater illū magnificare incipiebat. Et ipse propheta inferius ait:
 Si posuerit pro peccato animam suam, videbit semen longæuū,
 & voluntas Domini in manu eius dirigetur. Pro eo quod labo-
 rauerit anima eius, videbit, & saturabitur in sciētia sua, iustificabit
 ipse iustus seruos suos multos, & iniquitates eorū ipse portabit.
 Ideo dispersiam ei plurimos, & fortiū diuidet spolia. In his om-
 nibus verbis sanctus Propheta ingenuè manifestat, qua ratione
 homines eum de terra delcre cupiebant, eadem eum fuisse su-
 blimatū. Mirabile solatium est hoc, quò iusti respirent, noue-
 rintque isdem vijs, quibus mundus eos destrui arbitrat, Deū
 eos erigere, atque magnificare. De hoc latissime agit D. Grego-
 rius, adducitque Sancti Ioseph exēplum, quem fratres ne ado-
 rarent Madianitis negociatoribus vendiderunt: quem quia vē-
 diderunt, postea proni in terram adorauerunt. Tota hæc cœlestis
 doctrina resumpta est in his verbis: *Nisi granum frumenti cadens in
 terram mortuum fuerit, ipsum solum manet: si autem mortuum fuerit, mul-
 tum fructum affert.* In hoc etiam diuinæ obedientiæ fecunditas il-
 lucescit siquidē cum ob eam Christus Iesus filius Dei mortuus
 fuerit, ex hac morte illustrissimam iustorum generationē Dñs
 suscitauit. Precepit Deus Patriarchæ Abrahæ, vt sibi filium suū
 immolaret. Volensque illi hoc facere Angelus, Dei nomine fa-
 cere prohibuit: & solum quia illum voluit immolare dixit ei
 Dominus: Per memetipsum iuravi, quia fecisti rem hanc, &
 non pepercisti filio tuo vnigenito, benedicam tibi, & multi-
 plicabo semen tuum sicut stellas cœli, & velut arenam, quæ
 est in littore maris. Attendite quàm fecunda sit obedientia
 Dei. Illa cuncta bona impetrantur: contra verò inobedientia
 malorum est omnium fons. Vnde pro eo, quod nos legimus
 in psalmo, Vias peccatorum disperdet, alij transtulerunt: Viam
 peccatorum disperdet: & sic est in cōtex. Græco & in Paraphr.
 Chald.

Isai. 53.

Greg. lib. 6.
mor. c. 11.
c. 12.

Gene. 22.

Psal. 145.

7 Chald. sic legunt etiam & Beatus Augustinus, Hieronymus, & Hilarius. Vnamque viam omnium peccatorum vias hæc trãssatio vocat : quia omnes ab vna inobedienciã via proficiuntur.

Dicit Dominus: *Nisi granum frumenti cadens in terram mortuum fuerit.* O Christe amor dulcissime animarum nostrarum nunquid non sufficit te hominem factum in terram cecidisse, sed mori etiam voluisti? Certum est ad humani generis redemptionem minimum quenque Iesu Christi actum potuisse sufficere : siquidem singuli infiniti valoris erant. Verum, vt nobis relinqueret exemplum, suumque erga nos amorem clarius demonstraret, non est contentus homo factus in terram cecidisse: verum etiam crudelissimã, nimisque ignominiosam mortem subire dignatus est. Quamobrem ne cõtentus sis tu ò Christiane factum nimium deponens teque profundè humilians in terram cadere: sed carnales simul passiones, affectionesque mortifica. Sãctus Moses Pharaoni dixit: Abominationes Ægyptiorum immolabimus Domino Deo nostro? Hoc dixit, quia Ægyptij, vt Deos animantia bruta colebant: illosque Ægyptiorum Deos Hebræi abominationes appellabãt. Cumque Hebræi animalia illa, quæ ab Ægyptijs, vt Dij habebantur in honorem veri Dei occiderent, atque immolarent, dicebat Moses: abominationes Ægyptiorum immolabimus Domino? Idem veri serui Dei tanquam fideles Israelitæ facere debent, abominationes appellantes Deos huius sæculi, nempe sensuales appetitus, ac propriam voluntatem, quos tanquam Deos mundani homines venerantur. Hosque debent iusti occidere, ac Domino immolare: seque itã mortificantes multum fructum afferent.

Exod. 8.

Isai. 5.

9 Est etiam hic valde pensandum: agricolam ex sato grano præcipue intédere alia multa grana colligere. Cũque ex sato tritico modicũ tritici, multum verò paleę nascitur, à proposito suo fraudatus manet. Volens Deus Israelitici populi ingratitude exaggarare, peculiariter diligentissimam curam, qua vineam suam excoluerat, recensuit, dixitque se expectante, vt faceret vvas, eã fecisse labruscas. Hoc Deo valde displicuit, videlicet vineæ fructũ adhibitiã diligentiã non respondisse. O quãta diuinæ maiestati inferitur iniuria, cũ post quãtã pretiosũ efficaciq; granũ seuit, qđ fructũ vberimũ ferre posset, (hoc quippe hic significat:

multum fructum affert) ferè totum in paleas conuertatur ad
 esum brutorum. Quomodo fratres mei sanguineas lachrymas
 non effundimus, considerantes ex vberima filij Dei incarna-
 tionis, vitæque ac mortis ipsius semente tam paucos processisse
 qui solidum granum valeant appellari respectu Christianorum
 malorum, qui sunt paleæ aridæ, inanes, & ad perpetuis gehennæ
 ignibus ardens valde dispositæ? Hæc omnia ex proprio amo-
 re suspicor proficisci. Hic amor proprius est sera, qua Deo
 animæ nostræ ianuas claudimus. Hoc significauit responsio
 sponsæ clausum habentis ostium, atque dicentis sponso ad illud
 pulsanti: Spoliaui me tunica mea quomodo induar illa?
 Laui pedes meos, quomodo inquinabo illos? Ob amorem pro-
 prium nolebat algere, neque pedes inficere. Proh dolor, hoc ple-
 nus est orbis. Ideo Dominus addit dicens: Qui amat animam
 suam perdet eam. Hortulanus, vt planta crescat, & meliorē pro-
 ferat fructum prius illam euellit. Quod si quaeratur: quare illam
 auellis, quia eam perdis? respondebit: Quauis illam perdere vi-
 deor, non perdo, imo eam euello, quò melior sit: arbor enim trā-
 splantata multò meliorem fert fructum. O humana vita, si vbi
 nata es manes, fructū non fers, quòd si fers, est amarissimus, oportet
 te transplantari, vt bonum afferas fructum. In culpa, ira, & in-
 dignatione Dei nata es, vnde superbia, cupiditas, inobedientia,
 & alia multa mala dimanant: Hanc igitur arborem, id est, istam
 viuendi rationem, o homo trāsplanta, omnem peruersitatem à
 te, quoad poteris, adimens, statimq; bonum fructum feres: mo-
 dum istum viuendi execrare, diuinæque maiestati placens vitā
 æternam impetrabis. Etenim hoc significat quod Dominus di-
 cit: Qui odit animam suam in hoc mundo, in vitam æternam cu-
 stodit eam. Quemadmodum qui cum aduersario suo collucta-
 tur non solum curat non prosterni, sed alium etiam conatur euer-
 tere, vt à ruina longius absit: sic oportet te non esse cōtentū quòd
 ab amore proprio non vincaris, sed omnibus etiā, quibus poteris
 rationibus illum curare euertere, atq; etiam penitus abolere: sic
 enim certior tibi victoria erit. Qui verò hoc nō faciunt, qui sunt,
 vt ait Diuus Paulus, inimici crucis Christi, non inter homines
 quidem, sed inter belluas numerandi sunt: qui si vt belluæ viuūt,
 quomodo inter Angelos sedem operantur? Omnes cum sacrosan-
 ctum salutis nostræ sacrificium celebratur dicimus: Cum Ange-
 lis

*simile.**Simile.**philip. 3.*

13 lis, & Archangelis, cum thronis, & dominationibus, cumq; omni militia cœlestis exercitus hymnū gloriæ tuę canimus, sine fine dicētes: Sāctus, Sāctus, Sāctus, Dñs Deus Sabaoth. Qua igitur facie, ille, qui quasi bellua viuit, & laxis habenis post effrenatos sensualitatis suę appetitus currit, dicere audet se cū omni cœlesti militia Deum collaudare? O cæce, cæce, cæce, supernus ille Pater luminum te illuminet, quò te talem esse pudeat, desinēteque esse bellua perveram poenitentiam quasi homo, atque etiā sicut Angelus incipias viuere, siquidem cum Angelis æterna beatitudine frui desideras. Prophetæ Ezechieli præcepit Deus Hierusalem in latere de pingere. Qui later, vt ait Diuus Hieronymus, cor hominis designauit, in quo Deus cœlestis Hierusalem imaginem depingere solet. Quem laterem si in ignem, id est

14 in diuinum amorem immiseris, delineamentum illud conseruabit: si verò in humanarum voluptatum aquam inieceris, tota hæc pictura, & imago peribit.

Ezech. 4.

Ideo dicit Dominus: *Qui amat animam suam, perdet eam: & qui odit. &c.* Amplius explicat hic diuinus Magister, in quo consistit, quenquam in hoc sæculo animā suam odisse, vt eā in vitam æternam custodiat, dicens: Si quis mihi ministrat, me sequatur: & vbi ego sum, illic & minister meus erit: Id est, nemo seipsum sequatur, sic enim se perdet: sed sequatur me per amorē, scilicet, & imitationē. Diligēter cōsideret gressus meos à stabulo Bethlehemitico, quousque in cruce expirauī, & quoad poterit, per eos gradiatur: æternamq; beatitudinem cōsequetur, qua iam anima mea fruitur. Hoc est quod D. Paul. obscurissimis quibusdā verbis dixit: Si complantati (inquit) facti sumus similitudini mortis eius, simul & resurrectionis erimus. Id est, si in præsentivita fuerimus similes Christo morienti, erimus in futura similes Christo resurgenti. Dicit: Complantati metaphoram sumens ab in-

15 sito ramo. Quemadmodū enim ramus ab stirpe, in qua natus est, scinditur, & cæso vertice, atq; adhærentibus ramis circūscissis, in alia stirpe inseritur: ex qua humorem, virtutem que recipiens fructum fert: sic homines abscissi ex Adæ corrupta stirpe, effrenatisque passionibus circūscissis debēt in Iesu Christo inseri, vt ex illo humorem, virtutemq; recipiant, quo vitæ æternæ dignum fructum ferant. Qui si passionibus iam exuti bonis etiam tēporalibus, tanquā rami folijs denudātur, quæ hanc deformitatem

Rom. 6.

Simile.

*Leuit. 1.**Colof. 3.**Simile.**Luc. 22.*

& complantationem solent impedire, facilius in hac coelesti¹⁶ stirpe complantantur, illique obnixius adhærent. In Leuitico præcipiebat Deus: Animalis, quod mihi fuerit immolatum, sacerdotes effundant sanguinem iuxta altare, & detracta pelle artus in frusta concidant. In hoc significauit, quas condiciones in esse desideres homini sese ad diuinum ipsius ministerium in sacrificium immolanti. Primò vult, vt sese mundo mortuum, & sine propriæ voluntatis sanguine offerat. Et ità dixit Diuus Paulus: Mortui enim estis, & vita vestra abscondita est cū Christo. O fælices qui tam securæ fidei commisioni, atque deposito vitam suam tradiderunt. Peccatoribus morientibus vita finitur, & æterna eorū mors exorditur. Sicuti qui vestem habet, qua semper vtitur, cū minus arbitratur, eā abscissam, cōsumptamq; reperit: qui verò illā in theca custodit, neq; ea vti vult, cū ei opus¹⁷ est illā sanā, integramq; deprehendit: sic iusti, qui in hoc sæculo vti noluerūt vita sua, sed eā in Christo absconderūt, idest, voluptatibus nō indolserūt, in hora mortis eā integrā, sanamq; inuenient, & æterna vita incipiet frui: mali verò quia hic vita sua frui voluerūt, eā in hora mortis disruptā, cōtritāq; reperient, & vitæ expertes manebunt, sicq; in perpetuū morientur. Idcirco dicit B. Paul. iustis: Mortui enim estis, & vita vestra abscondita est cū Christo. Ecquis igitur fratres hæc audiens a modò propriā vitā sese nō curet exuere, voluptatibus renūcians, vt illā in morte conseruatā inueniat, siquidē certū est me tūc securiorē vitā meā habere, cū nullā in ea partē habeo? Et quemadmodū ad animal occidendum totus ei sanguis adimebatur, sic vt quis ad hanc beatā mortē, seu mortificationem perueniat, oportet eū prius venas¹⁸ aperire, illumq; diuinæ maiestati offerre, non materialē quidē sanguinē, quo vegetatur, sed propriā voluntatē. De superno Salvatore nostro dicit B. Lucas: Factus est sudor eius sicut guttæ sanguinis decurrentis in terrā. O Christe vitæ reparator, dulcissime amor animarum nostrarum, quid hoc est Domine? Prius quam Hebræi apud Pilatum de sanguine tuo litigent, tu cum in horto diffundis? Illum Domine custodi, cum enim delicatissimum corpus tuum parum sanguinis habeat, plurimaq; illi vulnera infligenda sint, satis eo tibi opus erit, si per singula quæque sanguis effundendus sit. Voluit bonus Iesus æterno Patri suo cordis sanguinem prius offerre, quàm in cruce venarum sanguinem imola-

19 molaret, vt nos doceret, Christianum, priusquam se Deo in sacrificium offerat, propriæ voluntati renunciare debere. Pellis temporalia bona designat. Vnde postquam protoparentes peccauerunt, occisorum animalium eos Deus pelle vestiuit. In quo significauit quorundam bonorum temporalium videlicet, vestiũ, domorũ & ceterorũ huius generis necessitatẽ esse peccati poenã quibus pellibus vult Deus nos excoriari, sicq; excoriatos diuino beneplacito immolari. Cum bonus Iesus cruci fuit affixus, iam sacratissimũ eius cor sudoribus erat opertum, pori aperti, ossa disiuncta, atque defessa, venæ abscissæ, carnes excoriatæ, vestibisque denudatæ. Quomodo igitur perfecti eius sectatores appellabimur, si voluptatibus immerſi, omniumque secularium rerum affluentia circunsepti vitam ducere volumus? Quomodo tu ò frater ante Iesum crucifixum oras, quid si bene inductus es, ab illo, qui nudus pendet, exposcis? Cum tu liber sis, & immunis, quid ab eo petis, qui tribus clauis est cruci confixus? Tu sanus, & pinguis quid ab eo petis, quem sic laceratum cernis? Tu eibis potibusque refertus, quid ab eo postulas, qui præ nimia fame, sitique proclamat, sitio? Tu, qui diuitijs abundas, & cupiditate, lasciuia, atque ambitione plenus existis quid illum rogas, qui pauper spiritu est, & vestibus omnibus exutus? In mundo pauper à diuite petere solet, tu verò diues cum sis & abominationibus repletus à paupere crucifixo postulas? O frater vanitatibus, profanis, fastibus, & superflua diuitiarum abundantia te excoria: Dominus enim vult, vt his omnibus excoriatu ad illum accedas, & eum sequaris, D. Pau. dicit: Si mortui *Colof. 2.* estis cū Christo ab elemētis huius mundi, quid adhuc tãquã viuentes mundo decernitis? Quasi dicat: Quid est Christiano mortuo mūdo cū sæcularibus vanitatibus? Et protinus addit. Ne tetigeritis, nec gustaueritis neque contrectaueritis quæ sunt omnia in interitum ipso vsu. Animaduertite quot, quamq; differentiibus verbis nos sanctus Apostolus admonet, vt ab ijs diligentissimè recedamus, quorum vsus condemnationis est via. Pensandũ est etiam, hic, vbi nos legimus in plurali numero: tetigeritis. & c, in alia translatione esse, ne tetigeris, nec gustaueris, neque cōtrectaueris in singulari, & sic est etiam in contextu. Græco. In quo docemur, quàm peculiariter vnusquisque rem hanc suscipere debet, sicut quæ sua magni refert. Velim etiam vt intelligatis,

In Communi vnus Martyris

quò rectius hoc bonum sequi, & à malo recedere noueritis: **Bea- 22**
rum Paulum Spiritus sancti dona referentem dicere duo ex il-
lic hæc esse: odientes malum, & adhærentes bono, idest: Dona
sunt diuini spiritus nos malum odisse, & bono adhærere. O in-
effabilis probitas, & misericordia Dei, quàm perspicuè in hoc,
quod Sanctus Apostolus hic dicit, illucescis. Mirabili quodam
artificio Deus pulchritudinem quandam virtuti indidit, ita, vt
ex se attractiua sit humani affectus ad sui amorem, idest, eam ex
se amabilem effecit. Simulq; in rationali hominis appetitu prop-
ensionē quandam statuit, in eoque affectionē virtutis impres-
sit. Contra verò vitium deformitate quadam ex se odibili fæ-
dauit: & in humano appetitu naturale quoddam vitij odium im-
presit. Et hæc, quæ naturalia sunt, donis gratuitis in animam in-
falis perficiuntur. Et ita dixit David: Iniquitatem odio habui, 23
& abominatus sum. Illud, Odio habui iniquitatem, per natu-
ram tuam voluntatis humanæ, quàm vitij fiebat: illud autem:
Abominatus sum, per Spiritus sancti donum, & fauorem, quem
ad virtutem diligendam concedit, conficiebatur. Ipse David
Dei nomine dicit: Intellectum tibi dabo, & instruam te in via
hac, qua gradieris: firmabo super te oculos meos. Statimque
subdit dicens: Nolite fieri sicut equus, & mulus, quibus non
est intellectus. Quasi diceret: Siquidem ego vobis priuatim fa-
ueo, ne sitis similes iumentis, sed auxilijs meis vtimini. Hoc au-
tem ex his omnibus inferitur, scilicet, siquidem nos esse odientes
malum, & adhærentes bono dona sunt Spiritus sancti, nos mag-
nopere debere illa ab eo instantissimè postulare: quò ab omni
malo recedentes hoc summum bonum puro corde sequamur, si-
cut hic Dominus nobis commendat dicens: siquis mihi mini- 24
strat, me sequatur. O ineffabile beneficium, quod hic filius
Dei nobis confert, cum sese nobis in ducem offerat. Angelus
quidam apparuit Moyse dicens: Deum iam nolle Hebræo-
rum ducem esse, sed Angelum eis esse daturum, qui eos in ter-
ram promissionis induceret. Responditque Moyse: Si non
in ipse præcedas, ne educas nos de loco isto. Nam vbi Deus est,
nullum malum est, vbi verò ipse dux abest, nullum potest esse
perfectum bonum.

Etiamini igitur dilectissimi fratres, huncque supernum Do-
minum, perpetuis laudibus ex tollite, quia id, quod negabat He-
bræis

Roman. 12.

Psalm. 118.

Psalm. 31

Exod. 33

25 bræis, vobis tam libenter, tantaque cum charitate concedit di-
 cens: *Et sequatur me.* Idest, ego eum præcedam. Non solum au-
 tem ob hanc sequelam hic gloriam pollicetur, sed in præsentia
 etiam, futuroque sæculo pollicetur honorem dicens vterius: Si
 quis mihi ministraverit, honorificabit eum Pater meus, qui in cœ-
 lis est. Rex Assuetus dixit: Quid debet fieri viro, quem rex hono-
 rare desiderat? Et omnibus circumstantijs, quibus ei responsum
 fuit oportere honorari, quem rex honorare desiderat, Mardo-
 chæum Hebræum ob quoddam eius sibi exhibitum ministe-
 rium iussit honestari. Etiam Phæro celebribus ceremonijs san-
 ctum Ioseph præcepit honorari, regnoque suo præposuit, quia
 sibi somnium illud explicuit, docuitque quomodo se gerere de-
 beret in executione significationis illius. Quod si temporales
 26 reges qui sunt in comparatione regis æterni, reges in chartis
 depicti [*Reyes de naypes*] Tam liberaliter ministeria suis exoluunt,
 eosque tam singularibus honoribus afficiunt; quomodo rex
 ille infinitæ potentiæ suos fideles seruos honestabit? O fœ-
 lices, qui tali Domino seruiunt. De quibus dicit David: Mi-
 hi autem nimis honorificati sunt amici tui Deus. Honorificen-
 tissimos (inquit) eos iudico, quia à tua diuina maiestate hono-
 rantur. Quod cum ita sit dilectissimi fratres, siquidem ad eum su-
 mus honorum cupidi: hac saltem ratione ad supremi Saluato-
 ris nostri sequelam incitemur. Sic enim tandem in eam perfe-
 ctionem deueniemus, vt eum ob purum ipsius amorem
 sequamur: diuinamque ipsius gratiam conseque-
 mur, qua cœlestis gloriæ beatitudo cõ-
 paratur. Ad quam nos perducatur
 idem Iesus Mariæ fi-
 lius. Amen.

*Hest. cr. 6.**Genesi. 41.**psalm. 128.*

27

(?)

I 5

In com-

I N C O M M V N I

vnus Martyris tempore

Paschali Concio

Vnica.

Ego sum vitis, & vos palmites, &c. Ioan. 15.

*Ioan. Rendi.
l. 3. de verbo.
mirif. c. 14*

NOMEN Iehouah apud Hebræos ineffabile nuncupatur: non quod proferri nõ posset, sed quia, vt ipsi putabant, ineffabilẽ Dei significabat essentiam. Ideoq; apud eos tam reuerenter colebatur, vt sese illius proferendi indignos reputantes, illud nunquam pronunciarent. Et vbi illud scriptũ reperiabant, eius loco nomen Adonai proferebant, idest, Dominus. Estque valde notandum, vt grauis doctõr Ioannes Rendinus affirmat, hoc nomen Iehouah ex quatuor caracteribus Hebræis cõponi: linguæq; Hebrææ hoc esse proprium, quòd non solũ dictiones, & termini, verũ, & ipsi etiã Alphabeti characteres significatiui sunt. Vnde iuxta huius doctõris sententiã, nomẽ hoc Iehouah subtilissimẽ in se duo illa sanctissimẽ fidei nostræ mysteria, scilicet, sacratissimẽ, atq; indiuiduẽ Trinitatis, & ineffabilis incarnationis in se cõtinet. Primus nanq; character nominatur Iod, qui significat principium, primamq; sanctissimẽ Trinitatis personam, patrem, scilicet, designat: quia est principium absq; principio filij & simul cum filio, est principium Spiritus sancti. Secũda litera dicitur, Hẽ, quæ significat idem, quod vita: secundamq; beatissimæ Trinitatis personã assignat. Diuinæ enim literæ secundã personã vitã appellant. Hæc q; secunda litera bis in hac dictione Iehouah ponitur, in secundo, scilicet, & in quarto loco, videlicet, vt per hoc duplex filij Dei generatio significetur: altera æterna ex patre sine matre, qua omni creaturæ naturale esse vitã que communicat: altera verò temporalis ex matre sine patre ad esse

4 esse spiritale, vitamque gratiæ hominibus conferendam, per suã incarnationem, passionem, ac denique mortem. Tertia litera est **Vau**, quæ cum, quia in Hebraica Grammatica copulatiua coniunctio est, tum etiam quia est similis vnco idest, [*Garfio*] quo alijs connectuntur: propriissimè tertiam personam, videlicet Spiritum sanctum designat. Ipse est enim amorosa vnio patris ad filium, & filij ad patrem, & ipsa diuina connexio, & vnus, quo inter se charitatiuè connectuntur. Simulque notandum est, nomini **Abre** Deũ huius nominis ineffabilis literã vnã addidisse videlicet, **h.** quæ vult dicere vitam, significatque, vt dictum est Secundam personam sanctissimæ Trinitatis. Nonnullique Doctores animaduertunt non solum **Abrahæ**, verum, & **Saræ** etiã nomen à Deo fuisse immutatum. Hoc autem interest inter vtraque mutationem nominis, quod **Abrahæ** .**h.** literam, vt diximus, addidit, **Saræ** verò literam, **i**, in .**h.** mutauit. Prius enim **Sarai** vocabatur, & loco, **i**, ei literam, quam addiderat **Abrahæ** viro eius, apposuit. Itaque quæ prius **Sarai**, nunc **Sarah** vocatur, quem characterem indictionis sine locatum Hebræi quiescentem appellant. Qui sic ab eis dicitur, quia etsi scribitur, non tamen profertur. Sicque **Sarah** in Hebræo scribitur cum. **h.** quanuis non profertur, neque etiam in Latino sermone cum. **h.** scribitur, sed **Sara**. In hoc significauit Deus altissimum incarnationis filij sui mysterium. Et quia hi duo coniuges primi fuerunt, quos Deus specialiter assignauit, ex quarum genere caro sanctissima Saluatoris mundi processura erat, ideo in eorum nominibus hanc literam. **h.** apponere voluit, quæ significat vitam, & per consequens verbum diuinum designat, quod homo factum est, vt hominibus vitam conferret.

Cumque hic sit vnus ex præcipuis finibus, ob quos homo factus est, nunc suis Sanctis discipulis dicit: *Ego sum vitis vera, & vos palmites.* Sicut enim palmites à vite recipiunt vitam, sic Christiani ab ipso vitam recipiunt. Hoc Euangelium est pars quædam illius suauissimæ concionis, quam cœlestis Magister post vltimam cœnam habuit. Dicitque Beatus Chrysostomus Dominum hanc similitudinem sui sacri Collegij viris adduxisse, quia ipsi ei dicere possent. *Quid Dñe? Propter te mundũ, & cuncta reliquimus: nũc autẽ maioris necessitatis tẽpore nos inter inimicos nostros deseris? Non vtiq; recte facere videris.* Vt igitur huic

Chrysost.

huic querelæ, quam sancti discipuli adducere poterant, obuia-
 ret, eis affirmat, persuadetque se non eos desertos relinquere,
 imo potius sic eis se esse vniendum, vt vitis palmitibus est con-
 nexa. Paulò ante illis dixerat: Si diligeretis me, gauderetis vi-
 que quia vado ad patrem. O amantissime sponse quomodo di-
 cis quòd si diligerent te gauderent, quia vadis ad patrem? Si
 per roseum, ac floridum iter pergeres, & ipsi contristarentur,
 merito queri videreris. Cùm autem tibi per tot labores, oppro-
 briaque quot tu eiste passurum esse significasti, gradiendum
 sit, quid mirum, si hæc perferant? Præcipuèque cum se in
 mundo desertos à te relinqui considerent? Ad hoc respondeo
 tantum, tamque desiderabile esse ad patrem conscendere, vt
 quanuis per labores, & ignominias transeundum sit, omnia
 meritò perferri iudicanda sint. Præsertim cùm ipse sic ad pa-
 trem transiret, vt cum eis velut vitis palmitibus maneret
 vnitus. Ideoque dicit: Ego sum vitis vera. Prius quam ver-
 bum diuinum homo fieret, dixit: Ego quasi vitis fructifi-
 caui. Nunc autem dicit: Ego sum vitis vera, & non quasi
 vitis. Ecquid hoc est mysterij, quod ante incarnationem,
 quasi vitis, nunc autem vitis vera vocatur? Vt hoc apertius
 intelligatis oportet vos animaduertere quod dicit Beatus Au-
 gustinus super hunc locum, scilicet, vnius quippe naturæ
 sunt vitis, & palmites. Propter quod cum esset Deus, cuius na-
 turæ non sumus, factus est homo, vt in illo esset vitis humana
 natura, cuius & nos homines palmites esse possemus. Hæc
 ille. Et quia verbum diuinum ante sacratissimam incarnatio-
 nem non erat nostræ naturæ, non dicebatur vitis. Quia ve-
 rò iam ex tunc ob illius humanæ naturæ præuisa merita plu-
 rima in homines beneficia conferebat, ideò dicitur, quasi vi-
 tis. Nunc autem cum eiusdem sit palmitum, idest, homi-
 num naturæ, vitis vera vocatur, propter veram similitudinem,
 quam habet cum naturali vite, non vero quòd eius proprie-
 tatem habeat. Vitis vera palmitum vinum non bibit, nec
 eorum fructu vititur: imò ipsa eos alit, humoremque & vir-
 tutem suam communicat, vt fructificet. Sic Christus Redem-
 ptor noster, bonis nostris non indiget, nec eis vititur: imò tan-
 quam vitis virtutem, gratiamque suam nobis communicat, qua
 meritorum fructum ferimus, ad quod nos sibi coniungit.

Hoc

Eccles. 2 4.

Aug. tract.
Q. in Ioan.

10 Hoc infert Beatus Paulus. Hoc argumēto: Quæ sub viro est mulier viuente viro alligata est legi: si autem mortuus fuerit vir eius soluta est à lege viri. Igitur viuente viro vocabitur adultera, si fuerit cum alio viro. Si autem mortuus fuerit vir eius, liberabitur à lege viri, vt non sit adultera, si fuerit cum alio viro. Itaq; fratres mei & vos mortificati estis legi, idest, liberi estis à lege, per corpus Christi, vt sitis alterius, qui à mortuis resurrexit, vt fructificetis Deo. Summa huius argumenti hæc est: Lex vetus ante mortem Christi filij Dei erat Iudæis tanquam vir, cui subiacebant: mortuo autem Christo Iesu cum eo lex illa mortua est: mortuoq; hoc viro, huic nouo viro Iesu Christo nupsimus: quo illius meritis, atq; virtute in Dei ministerio fructificemus. Quapropter eum vnum diligamus, ei que tanquam spōso pareamus, à quo tantum bonum accepimus. Multos annos sanctus Ioseph

11 in Pharaonis carcere commoratus fuit, vbi oblongos capillos produxit. Cumq; postea in Pharaonis conspectu esset appariturus eos abscidit, vt dicitur in Genesi. Sic diuinus Ioseph Iesus Christus quandiu in huius mundi carcere vixit, oblongos capillos creauit, quæ fuerunt ingentia eius merita. Cumque in celeste atrium esset ingressurus, eos abscidit, sanctæque Ecclesiæ suæ ad fidelium emolumentum reliquit. In secundo Regum volumine dicitur Berzelai magna Davidi ministeria præstitisse. Quem cum rex vellet beneficijs donare, secumque in curiam Hierusalem deducere, ipse respondit: Non indigeo hac vicissitudine. At filium habeo, cui hæc mea ministeria poteris retribuere. O quam ad literam hoc inter Christum R. N. & æternum Patrem actum est. Qui cum superna ei ministeria ab instanti incarnationis suæ vsq; ad sanctissimam mortem præstitisset, æterno Patri dixit: Essentiali gratia, siue gloria Domine non indigeo, siquidem ex eo instanti, in quo anima mea creata fuit, totam habuit gloriam essentialem, qua in perpetuum fruitura est. Est autem ibi filius meus populus Christianus, ei quæso diuina dona, gratiasq; tuas meis meritis communica. O bone Iesu, ò animarum nostrarum gloria, quam adamantina sunt corda, quæ cum hæc audiant, tui amore non liquefiunt, tibi que in perpetuum tanquam mancipia deferuire non proponunt. O quam meritò Domine vitis appellaris, siquidem sacratissimi sanguinis tui humore fideles tuos tantopere foues.

Genes. 41

2. Reg. 19.

Cumque

Cumq; ob hanc causam dixisset: *Ego sum vitis, & vos palmites.* 13
 Nequis solos sanctos discipulos palmites eius esse putaret: addidit dicens: *Qui manet in me, & ego in eo, hic fert fructum multum.* Quasi diceret: Non solum vos, o discipuli mei palmites estis: sed etiã quicumque mihi fuerit vnitus faciens, quod in se est, hic palmes meus erit: in eo namq; ego etiam manebo virtutem meam illi cõmunicans, qua adiutus multum fructum afferet. Hic magnum dubium videtur oriri. Scilicet, ipse Dominus paulò antea dixerat: *Ego sum vitis vera, & pater meus agricola est: omnem palmitem in me non ferentem fructum, tollet eum; & omnẽ, qui fert fructum, purgabit eum, vt fructum plus afferat.* Ecquid est hoc summa veritas? Nonne tu modo dixisti, *Qui manet in me, hic fert fructum multum?* Quomodo ergo dicitis, *Omnem palmitẽ in me non ferentem fructum, tollet eum?* Si palmes in te manẽs 14 multum fructum affert, quomodo Pater in te palmitem infructiferum deprehendet? Ad hoc respondetur, duplicem esse modum manendi in Christo. Alterum per solam fidem: sicq; omnes Christiani tam boni, quàm mali in Christo manent. Alterum per fidem, gratiam, & charitatem. Et de singulis, qui in eo per charitatem manent dicit hic Dominus: *Qui manet in me, & ego in eo.* Idemque dixerat in Prouerbijs: *Ego diligentes me diligo, & hi sunt qui fructum afferũt.* De ijs autem, qui in hac diuina vite sine operibus, & sine charitate manẽt, intelligitur quod dicit: *Omnem palmitem in me non facientem fructum, tollet eum.* O nimis metuendum verbum. Quomodo fratres illud audientes toto corpore non contremiscimus? Maximè verò ij, qui sese actualiter in lethali culpa existere norunt? Attendite peccatores, Deum his verbis æterni ignis condemnatione vos comminari. Illa enim inferiùs explicans dicit: *Siquis in me non manserit, scilicet, per charitatem, mittetur foras sicut palmes, & arefcet: & colligent eum, & in ignem mittent, & ardet.* Quid igitur expectas o infœlix, qui tandiu concubinx adhxeres? Quidue tu miser vsurarie iniuste alienas diuitias detines? Quidque tu expectas, o infernalis superbe ambitus, & vanitatis plene, iniuste honores tibi minime debitos vsurpans? Ecquid expectatis aridi palmites gratiæ, & charitatis expertes, nisi vos in æternos gehennæ ignes diuinæ iustitiæ ultores esse mittendos, nisi vos opportunè in meliorem frugem receperitis,

6 **eritis, veramq; scelerum vestrorum poenitentiam egeritis? O fratres dilectissimi per ineffabilem amorem, quo celestis hic Dominus terribilem hanc minam protulit, qua vos deterreret, vos deprecor, vt illam timeatis, & ad eum conuertamini prius quam a tremendo ipsius furore glutiamini. Attēdite quā apertē hīc dicitur non sufficere quenquam per solam fidem in Deo manere, nisi sit charitate coniuncta. Exaggerans Deus per Ezechielē *Ezech. 16.***

7 **Subiectum verō fidei in anima est intellectus, qui in diuinis literis dicitur os, vt dicitur in Prouerbijis: Os iusti parturiet sapientiam, & alibi: Os suum aperuit sapientiæ. Et in Psalmo dicitur: Os iusti meditabitur sapientiam. Et Deus animam exornans in hoc eius ore in aurem, id est, fidem collocat. Cum ergo fides tam singulare Dei donum sit, ne tam ingrati sitis, vt ea non vtamini, non operantes iuxta quod ipsa docet, sed eam peccato necantes. Timete ne tam excellēti rei, sicuti fidei vitā adimatis. Vbi enim apud B. Iacobum legimus: Fides sine operibus otiosa est, alij trāstulerunt: Fides sine operibus mortua est: & sic est in context.**

8 **Græco. Simulq; veremini, ne hac via illā amittatis. Experientia cōperimus oleū lucis esse nutrimentū, deficienteq; oleo lampadem extinguī. Ideo opus est in lampadem oleum assiduo fundi. Sic opera misericordiæ, aliæq; sanctæ exercitationes sunt veluti fidei lucis nutrimentum, quo ipsa in intellectus lampade cōseruatur. Et ex huius olei defectu accidit aliquando homines fidei luce amissa in infidelitatē prolabi. Vnde pro eo, quod nos legimus: O insensati Galatæ, quis vos fascinauit non obedire veritati? alia translatio habet: quis vos fascinauit non credere veritati? & sic legit etiā B. Hieronymus. Ex quo colligitur ex eo, quod quis veritati non obedit, prouenire solere, quod ei non credat. Talia sunt hæc, quæ si ante oculos deferremus, vigilantius nos viuere facerēt, ne in infidelitatis præcipitiū rueremus. ¶ Post quā Dñs dixit: *Pater meus, scilicet, huius vineæ, agricola est, & omnē palmitē in ea nō faciētē fructū tollet eū, addit statim: Et omnē, qui fert fructū***

purga.

purgabit eum, vt fructum plus afferat. Dicens agricolam esse æternū 19
 Patrem nobis consolationis materiam præbet. Cum enim sit, vt
 est, pater, & pater misericordiarum, quicquid circa nos fuerit o-
 peratus, cum paterno amore faciet & sic paterna charitate palmi-
 tes in ipsius vitæ per fidem, & charitatem manentes, purgat eos,
vt fructum plus afferant. Hoc est quod ipse dixit in Apoc. Quos
 amo, arguo, & castigo. Quemadmodum palmitum superflua o-
 portet abscindi, quò meliorem, atq; excellentiorem proferant
 fructum: sic Pater æternus tanquam bonus agricola laboris, &
 ægritudinis falce iustorum imperfectiones solet adimere, quò
 maiorem gratiam mereantur. Nam quemadmodum cum mare
 furibundis ventorum flatibus concussum perturbatur, atq; tu-
 mefcit, omnem à se pellit immunditiam; quam plurima, diuer-
 saque flumina in illud induxerunt: sic humanum cor tentationi 20
 bus, laboribusque oppugnatum elationem, inanitatem, ignauia
 relaxationem, aliasque imperfectiones plerunque ex prosperi-
 tate procedentes à se expellere consuefcit. Habet se clementissi-
 mus hic Pater, vt patres in hoc sæculo se habere solent. Si vir
 puerum malum aliquid facere videt, illud dissimulat, quasi ni-
 hil vnquam tale perspexisset: si verò puer, qui malum fecit, eius
 filius est, eum colaphis, aut verberibus cædit: & in hoc paternū
 ostendit amorem. Sic Deus filios suos prædestinatos ob imper-
 fectiones, quas in eis animaduertit, punire consuefcit. Præscitos
 verò sæpenumerò quanuis grauissima peccata committant in
 hoc sæculo impunes relinquit, vt cuncta in inferno persoluant.
 Vnde plerunque Ethnicos magna prosperitate, temporalium-
 que rerum affluentia florere perspicimus. Quando nobilis do- 21
 minus sumptuosas nimium ædes conatur extruere, iuxta illas
 domum [*De petrecho*] ædificat, in qua lapides, & cætera omnia
 præparentur: aptaque in ædificio collocentur. Ita Deus volens
 coeleste illud ædificium, quod per Angelorum peccatum cor-
 ruit, reædificare, hunc mundum construxit (*Que es casa de petre-
 cho*) Vbi prædestinati præparentur: vt quadri, cunctisque im-
 perfectionibus exuti, in eo locentur. Et ita sancta Ecclesia canite
 Tunctionibus, pressuris expoliti lapides suis coaptantur locis, per
 manus artificis disponuntur, permanfuri sacris ædificijs. Quod si
 quis dicat: Rationi consentaneum mihi videtur, quod siquidem
 Deus est agricola huius vineæ, palmites superfluum aliquid ha-
 bentes

Apoc. 3.

Simile.

Simile.

Simile.

22 bentes expurget, iustos autem, qui sic in hoc sæculo viuunt, vt vix peccata venialia committant, vt quid tãto perẽ tribulat? Sci licet, vt fructum plus afferant. Ideò sacratissimam genitricem suam tot pressuris afflixit, gloriosum que Baptistam tot laboribus voluit tribulari, cum tamen vterque sanctissimus esset. Eos etiam Deus tribulare solet, vt ardentius cœlum exoptantes maiori odio sæcularia omnia detestentur. Cũ quis per viam graditur, in qua prouisio, & alimonia deest, iumentum agit, vt celerius domum suam perueniat. Nunquam Patriarcha Iacob tãto perẽ se se in domum patris sui conferre velle demonstrauit, sicut postquam Laban ei toruam faciem ostendit, eum que male in se affectũ sensit, vt patet in Genesi. Tunc enim vxoribus suis reuelans se, illinc proficisci conari, dixit: Vide faciem patris vestri, quòd non sit erga me sicut heri, & nudius tertius. Similiter filij Israel quãdiu in Aegypto humaniter tractati fuerunt, vix patriæ suæ reminiscebantur: at vbi primum se afflictos, flagellis que cæcos experti sunt, protinus à Deo assiduis vociferationibus postularunt, vt eos illinc educeret.

Simile.

Gen. 31.

Super hoc verbum: *Purgabit eum*, est valde notandum, artificium infinitæ sapientiæ Dei. Quauis enim Deus in veteri lege temporalia bona, quæ homines naturaliter expetunt, promississet, per pauci tamen ad eam ex gentibus conuersi sunt, cum tamen tot millibus annorum durauerit. Cum autem supernus Saluator in mundum veniret, hominibus que labores, & persecutiones, quas illi tantopere oderant, promitteret, nihilominus tamẽ ad eum totus mũdus conuersus fuit. In quo diuinæ potentię virtus maxime declaratur. Et ita dicit D. Paulus: Quauis verbum crucis pereũtibus, id est, præscitis stultitia est: ijs, qui salui fiunt Dei virtus est. Meritò inquit, Dei virtus est, si quidem cum hominibus ad eò voluptatum cupidis crucem polliceretur, eum tamen sequuti sunt, atque sequuntur illum magnoperẽ diligentes.

1. Cor. 1.

Ex ijs igitur Domini verbis, nos in eo tanquam palmites in vite per fidem, charitatem que manere, totius boni, meriti que nostri fundamentum esse colligimus. Ad quod efficacius curandũ vt nobis persua deat, dicit inferi: *Sine me nihil potestis facere*. Quali dicat: Quicquid sine mei amore, gratia que mea fit, nihil reputare debetis, cum vitæ æternæ meritum non sit. Ideo loquens Isaias Propheta de peccatoribus dicit: *Telas araneæ texuerunt.*

Isai. 59.

Nam sicut aranea, viscera euellit (*Se desentraña*) vt telâ texat, quâ²⁵ muscas aucupetur: sic peccatores, quanuis subtiles telas intexât, & bona opera faciant, bona tamē spiritualia illis non merentur: omnia que temporalia, quæ illis impetrant, sunt veluti muscæ respectu bonorum gratiæ, & gloriæ. Miserabiles sunt visu labores, quos filij huius sæculi patiuntur, vt mundo deseruiant: & tamen ipsi videntes se cuncta illa ministeria, quæ ei præstât, amittere: nihilominus tamen ab eius ministerio non desistunt. Ad eò insipientes sunt columbæ, vt in eodem canistro, ex quo illis complures pulli surrepti sunt, alios denuò procreent. Stultiores autē columbis sunt mundani: siquidem omnes curas laboresque suos in mundum immittunt, qui est disruptū canistrum, in quo quicquid collocatur, amittitur. Et sic de quibusdam mundanis dicit Osee Propheta: Ephraim quasi colūba seducta non habens cor,²⁶ id est, sensum. Nō dificate quæso fratres mei in dulcissimi sponsi vestri Iesu Christi corde, per veram charitatem in hac cœlesti vite inserimini, laboresque vestros in eius ministerium dirigite, omnesque ad culmen peruenient, & diuinæ ipsius maiestati gratissimi erunt.

Simile.

Osee. 7.

Amos. 7.

Apparuit Deus Amos Prophetæ stans super murum litum, & in manu eius trulla cémentarij. In quo significatum est operū nostrorum ædificia Deo grata non fore: nisi ipse Dominus super ea sistat nobis sua diuina manu auxilians, & bonum, quod facimus misericordiæ suæ trullaliniens. Vtque ad illud nos vrgētius moueat, quod toties dixerat, addit vltorius, dicens: *Si manseritis in me, & verba mea in vobis manserint, quodcunque volueritis, petetis, & fiet vobis.* In his mirabilibus verbis includuntur omnes cō²⁷ditiones requisitæ ad hoc, vt oratio habeat efficaciam. Si manseritis in me, id est, si in gratia mea fueritis. Hæc prima cōditio requiritur in oratione. Ob cui⁹ defectū dixit Deus Hebræis per Isaiā Prophetā: Cū extenderitis manus vestras, auertā oculos meos à vobis, & cū multiplicaueritis orationē, nō exaudiā: manus enim vestræ sanguine plenæ sunt. Naturale est singulis hominibus in necessitate constitutis sursum manus extendere. Quod multò melius oportet Christianos facere, cum fide sint illustrati, remediū qu; suū ē cœlo sperēt. Ideo superna cū prouidētia Christus Redemptor noster extēsis in cruce manibus mori voluit, sicque nos æterno Patri suo reconciliauit, & ab eo nobis misericordiam impetra-

Isai. 1.

impetra-

38^guit. Et quia Hebræi hoc facere solebāt, id circo eis Dñs dicit: Cū in necessitate cōstituti ad me manus expāderitis, auertā oculos meos à vobis, quia sanguine illas cruentatas habetis, id est, peccatis estis infecti, & tam malè dispositi quāuis multiplicetis orationē, nō exaudiā. At optimum vos remediū erudiam. Lauamini (inquit) & mūdi estote: auferite malū cogitationū vestrarū ab oculis meis, &c. Quo factovenite, inquit, & arguite me, dicit Domin⁹. Id est, facultatē vobis cōcedo, vt de me cōqueramini, si cū hoc feceritis, vos nō audierim. In his etiā verbis: Si manseritis in me, significatur perseverātia in petēdo orationi valde necessaria esse. Sunamitis quædā sancti Elisei pedes amplexa, ei magna cū spiritus efficacia dixit: Viuit Dñs, & viuit anima tua, nō dimittā te. Et valde perseverās eū non dimisit, quousq; ipsius filiū à mortuis reuocauit. Sic deuotā, piāmq; animā facere oportet, Deū quippè nō dimittere debet, quousq; sibi petita cōcedat. Fi
 29⁹ lijs Aarō præcepit Deus, vt sibi animalis adipē, & pinguedinē, reticulūq; iccoris, & totā caudam immolarent. In quo significatum est, Deum velle, vt homo feruida sibi vsq; ad finem viscera sine defatigatione offerat. Si manseritis in me etiam significat: si estis mecum, si attētis animis estis: etenim orationem cum attentione fieri oportet. Si cum terrestri Rege loquimini, omnem attentionem possibilem habere debetis: quanto igitur attentius cōsiderare debetis, quid cum Deo loquamini? Nō enim tam verba, quam cor diuina eius celsitudo considerat. Homini si deficit anima non est homo, sed cadauer: sic oratio sine attentione quodāmodo mortuauidetur: nō enim efficacia illa, feruoreq; pollet, qui in ea requiritur. Dic ēsq;: Si verba mea in vobis mās
 30^o rint, alias præcipuas cōditiones significauit. Si enim illius verba cordibus nostris infixata remāserint, eūq; nobis in eis omnia secularia contemnere præcepisse meminerimus: nō ea ab illo in oratione efficaciter postulabimus: quæ si petierimus, ea tātum poscemus, quæ alimonix, conditionique nostræ necessaria sunt. Recordabimurq; illum nobis tanquam filijs charissimis à cœlesti patre necessaria petentibus confidenter postulare iussisse. His omnibus præsuppositis intelligitis Dominum hic dicere: Si in gratia mea fueritis, & à me perseveranter, & confidenter, debita cum attentione, ac reuerentia res conformes præceptis meis petieritis, quodcunque volueritis petetis, & fiet vobis. Quo abun

4. Reg. 4.

Leuit. 3.

dantiori gratia locupletati cœlesti gloria fruituri, ad empyrea regna conscendere valeatis, Amen.

¶ Communi plurimorum Martyrum tempore Paschali prædicta deseruiunt. Nam præter primam sancti Euangelij periodum, quæ etiam exposita est, vnũ & idem Euangelium in vtroque communi decantatur.

IN COMMVNIV- rimorum Martyrum

Concio Prima.

*Cum audieritis prælia, & seditiones, nolite ter-
ri, &c. Luc. 21.*



ODIERNA sacrosancti Euangelij letitio, dilectissimi fratres, est responsio, qua Christus Redemptor noster quaestionem sibi à discipulis suis propositam dissoluit. Etenim cum die quadam ab illo Hierosolymæ templo exeuntes illius celebris ædificij admirabilem pulchritudinem suspicientes in admirationem rapti, illud apud cœlestem magistrum collaudare cœpissent, cum eos sic admirantes videret, dixit eis: Videtis hæc omnia? Amē dico vobis, non relinquetur hic lapis super lapidē, qui non destruatur. In hoc nos cœlestis magister voluit erudire, vt cures magnæ, sumptuosæ, decoræ quæ se nobis ante oculos proposuerint, protinus ad earum finem considerandum recurramus, ne illarum aspectu conturbemur. Hæc enim exitus recordatio est quasi aqua, qua rerum delectabiliū atque pulchrarum vinum temperatur. Vinum purum homines inebriare, ac dementare consuecit: si verò aqua misceatur, non nocet. Res pulchræ, ac delectabiles huius sæculi absque consideratione spiritali perspectæ, quasi vinum purum nos dementare sufficiunt. Si vero protinus earum finis recordatio adsit, hæc consideratio sicut

aqua.

Simile.

3 aqua huius vini vires temperat, ne rationem nobis obtenebret: Deumque nos amittere faciat.

Vides principem magno fastu, comitatuque prætereuntem, ne hinc tibi mœror, & intolerantia, ob paupertatem, inopiam que tuam oriatur, protinus considera eum cum omni fastu suo, teque cum tua paupertate citò esse finiendos. Eademque consideratione vos, cum alia pulchra, & delectabilia videritis, permulcere debetis. Hoc enim efficax quoddam remedium est, ne cordibus nostris officiant. Hoc visus est Deus per Ezechielem Prophetam significare voluisse. Apud quem dicitur quibusdam viris imperasse, vt quotquot Hierosolymis inuenirent, occiderent: præter eos, qui Thau vltima, scilicet, litera Hebraici Alphabeti signati essent.

Ezech. 9.

4 Nonnulli dixerunt Thau, esse signum crucis, Deumque in hoc significare voluisse vnigenitum filium suum esse venturum qui mundum cruce redimeret, eosque tantummodo esse saluandos, qui crucis, dominicæque mortis essent virtute signati: cæteros verò in perpetuum esse morituros. Satis pia, deuotaque est expositio hæc, & merito amplectenda, si litera Thau crux esset. Verum perspicuum est eam crucis figuram in Hebræo sermone non habere. Hoc autem alijs autoribus, qui super hoc scripserunt, dicendum videtur: nimirum apud Hebræos per hanc literam Thau finem designari. Est nanque vltima in eorum alphabeto: quemadmodum apud Græcos per hanc literam ω mega finis intelligitur, quia in eorum alphabeto vltima est. Et ita dicitur in Apocalypsi: Ego sum Alpha, & ω mega, principium & finis, dicit Dominus Deus. Vbi posterior particula est prioris expositio. Eos igitur literam Thau in fonte depictam gerere, significat illos finem in cogitatione defixum, & memoria impressum gerere. Vnde sensus huius mysterij est, quòd præcipit Deus, vt qui finis, citissimique exitus sæcularium rerum reminiscuntur: salui fiant, neque æterna morte moriantur: siquidem hac consideratione se se à culpæ morte liberarunt: atque ad quam plurimas virtutes operandas fulti sunt. Illi vero, quibus hæc consideratio defuit, æterna morte intereant, cum ob eius defectum in culpæ mortem corruerint.

Apoc. 1.

Mundani optime huius sæculi gloriam vident: eius autem fi-

Eccle. 18.

nem non considerant: idēque eam tantopere diligunt. Iusti autem vix eam aspiciunt, cum iam illius finem considerant: sicut dem, vt ait Ecclesiasticus: Numerus dierum hominum, vt multum, centum anni, quasi guttæ aquæ maris deputati sunt: & sicut calculus arenæ, sic exigui anni in die xvi. Vbi alia translatio habet: Numerus dierum hominum quasi gutta aquæ maris deputati sunt. Et sic est in contextu Græco, & sic legit etiam Rabanus. O eximiam exaggerationem. Attendite fratres, quid hic sapiens dicat. Videlicet, quanuis centum annos vos victuros esse certò sciretis, eos non plus esse, quam guttam aquæ amarissimi maris, quæ minimo quoque calore cōsumitur, respectu æternitatis futuri sæculi.

1. Cor. 7.

Si ergo vita centum annorum est velut gutta maris, & arenæ calculus si cum æternitate illa conferatur, cur ad eō amentes sumus, vt propter res tam leues, ac breues æterna bona deperdere, perpetuosque inferni cruciatus velimus acquirere? Quia hæc consideratio nimis efficax est, ipsa nos D. Paulus hortatur, ne ab inanibus huius sæculi prosperitatibus, seu calamitatibus nos perturbari patiamur, dicēs: Hoc itaq; dico fratres, tempus breue est. Reliquū est, vt, & qui habent vxores, tanquā non habentes sint: & qui flent, tanquā non flentes sint: & qui gaudent, tanquam nō gaudentes sint, & qui emūt, tanquā non possidētes: & qui vtūtur hoc mūdo, tanquā non vtantur: præterit enim figura huius mundi. Per charitatem Dei vos deprecor, a duertatis, quo vocabulo sanctus Apostolus huius mundi machinam nūcupat. Illam quippè figuram, id est, apparentiam vocat. Figura enim significat apparentiam, nihil aliud præterquam quod exterius repræsentat, interius habētem. Talia sunt omnia sæcularia. Delectabilia enim, honorabilia que videntur, & quæ appetitui nostro satisfacere possint: cum tamen interius vacua sint, nec quicquam præter, exteriorem apparentiam habeant.

Cum Dominus eis dixisset, templum illud, & cuncta, quæ videbant, atque mirabantur esse destruenda: ipsi eum percontati sunt, dicentes: Dic nobis, quando hæc erunt, & quod signum aduentus tui. Hæc duo pariter quæsierunt: quia tantam illam, tamque illustrem ædificij molem, non nisi in nouissima sæculi consummatione euerti posse credebant.

Et inter alia multa, quæ æterna patris sapientiæ humanata uil-

lis respondit, quod hodierna sacri Euangelij lectio continet, eis dixit: *Cum audieritis praelia, & seditiones, nolite terreri, &c.* Dicatur totum Euangelium ad literam. In his verbis summatim eis explicuit, quæ à gloriosa ipsius ascensione, vsque ad mundi con summatione euentura sunt orbi. Vnde colligitur quid miser hic mundus sit. Colligitur enim fons esse errorum, bellorum seminarium, locus pestis, ac famis, fidelium afflictiō, frigefactio charitatis. O quàm meritò dixit Beatus Ioannes: Totus mundus in maligno positus est. Ipse enim est fons, ac radix, ex qua tam pestiferi prodeunt rami. Et tamen ad eò cæci sunt homines, vt in eo libenter inhabitent: atque etiam si fieri posset, nonnulli in eo in perpetuū viuere vellēt. O inferam cæcitatem. Diuus Paulus de Christo reparatore nostro loquens, dicit: Dedit semetipsum pro peccatis nostris, vt eriperet nos de præsentī seculo nequam. Nos vero nihilominus illud diligimus, scilicet, quia id nondum penitus agnouimus. Quemadmodum marini pisces amarissimas æquoris aquas non sentiunt, quia, scilicet, in eis educati sunt sic qui in hoc mundo immerfi sunt, eius damna, & mala non sentiunt, quia eis nimium assuefacti sunt.

Est etiam valde pensandum, quòd referens Dominus mala, quæ mundo sunt euentura: prima omnium bella recensuit, illa enim sunt omnium ferè malorum origo. Illis enim bona, corpora, & quod peius est, probi mores, atque animæ destruantur. Ex illis fames, pestis, errores, alia denique innumera detrimenta, tanquam ex nociuo fonte dimanant. Ideo fratres nos magnoperè oportet Deum assiduò deprecari, vt ab eis nos liberet, pacemque concedat. Pax enim tantum bonum est, vt quemadmodum Rex melioris regni, quod habet, Rex inscribitur: sic Deus tanti pacem æstimet, vt Deus pacis appelletur. Et ita eum vocat Beatus Paulus plurimis in locis. Gloriatur etiã Dominus pacis autor esse. Vnde per Isaiam Prophetam dicit: Ego Dominus faciens pacem. Et quandoquidem ipsius donum est humiliter illud ab eo postulare debemus. Ad hanc autem pacem à diuina maiestate consequendam oportet prius eius gratiam impetrare. Ideò enim vt ait Diuus Hieronymus, omnes Epistolæ Pauli in salutationis principio non prius habent pacem, & sic gratiam, sed ante gratiam, & sic pacem vt donatis nobis peccatis nostris pacem Domini consequamur.

1. Ioan. 5.

Gala. 1.

Simile.

1. Cor. 14.

2. Cor. 13.

1. Thes. 5.

2. Thes. 3.

Isai. 45.

Hiero. iii

Epistol. ad

Cypria.

Non dicit: Pax vobis, & gratia: sed: Gratia vobis, & pax. Semperque sanctus Apostolus addit: A Deo. Ipse est enim, vt prædiximus, autor, ac largitor pacis. Est que valde hic pensandum cum pacem hominibus largiendo maxime gloriari: sicut apparet in Cantico, quod Angeli in sacratissima Domini natiuitate decantarunt, dicentes: Gloria in excelsis Deo, & in terra pax hominibus bonæ voluntatis. Quæ verba Gregorius Nyssenus ita declarat: Gloria in excelsis Deo, quia in terra pax hominibus. Et hæc pax fiet pro bona Dei voluntate erga homines, aut hominum erga Deum. Itaque illud, &, non est illic copulatiuum, sed causale. Nam, vt ait etiam Theophylactus in sacris literis, & pro, quia, poni solet. Vt in Psalmo: Da nobis auxilium, & vana salus hominis, id est, quia vana salus hominis. Et. 1. Ioan. 1. Manus nostræ contredauerunt de verbo vitæ, & vita manifestata¹³ est, id est, quia vita manifestata est, & vidimus, & testamur. Et siquidem Deus hominum pacem gloriam sibi esse ducit, confidenter illam ab eo petere possumus. Victoria etiam bellorum ipsius est donum: quod ipse cui libet, concedit.

Hoc optimè præstantissimus dux Iephte intellexit, siquidem Deum alloquens, dixit: Si tradideris filios Ammon in manus meas, quicumque primus fuerit egressus de foribus domus meæ, mihi que occurrerit reuertenti cū pace à filiis Ammon, eum holocaustum offeram Domino. Vbi valde pensandum est quod dicit: Si tradideris filios Ammon in manus meas: cognoscens, scilicet, victoriam à nullo alio, nisi à Deo sibi provenire posse: sicuti David fatetur dicens: Præcinxisti me virtute ad bellum, & supplantasti insurgentes in me subtus me.¹⁴ Non sic superbi fatentur, sicut apparet ex ijs, quæ Pharaon erudabat Hebræos persequens. Persequar, inquit, inimicos meos, & comprehendam illos, diuidam spolia, implebitur anima mea: Euaginabo gladium meum, & interficiet eos manus mea. Omnia tibi superbus ille tyrannus tribuebat. Victoriam Dei donum esse non cognoscebat, quia in illum non credebat. Nos autem, qui Christiani sumus, & credimus tam victoriam, quam ruinam, & captiuitatem à diuina prouidentia dimanare, oportet non solum pacem, sed etiam victoriam à Deo præliorum tempore postulare. Et hoc fuit mysterium, quare priusquam

oratorium

Gre. Nyffe.
in sermone
de natiuitate
Domi.
Theophyl.
sup. Luc. 1.
cap.

Psal. 59.
1. Ioan. 1.

Indi. 11.

Psal. 17.

Exod. 15.

15 oratorium, in quo preces funderet, præcepit instruere: eum in hoc docens præcipua arma ad victoriam impetrandam esse orationes in gratia & charitate profusas. Ideoque Deus totum annum populum illum Israel iuxta montem Sinai detinuit. Vt enim ex libro Exodi apparet, tertio mense egressione ad montem Sinai peruenerunt. Et in Numeris dicuntur secundo mense anni secundi, adhuc ibidem fuisse commorati. Noluit enim Deus eos illinc discedere, quousque optimè scirent omnia, quæ circa diuinum cultum Dei populum scire oportebat. Itaque illos tenuit, sicuti nouitij totum annum ante professionem detineri consuecunt. Vbi docuit omnes illas præuentiones requiri ad victoriam ab hostibus comparandam. Et ita dixit eis: Si feceris omnia, quæ loquor, inimicus ero inimicistuis: & affligam affligentes te. Et paulo inferius: Sermo-
 16 nem, inquit, meum mittam in præcursum tuum, cunctorumque inimicorum tuorum coram te terga vertam, emittens crabrones prius, qui fugabunt eos. Hoc vltimū metaphorice hic intelligi potest. Quasi diceret: Ita attonitos, & stupidos eos reddam, vt à crabronibus superentur, sicuti sciniphibus Aegyptios superaui. Ex his omnibus inferre possumus, siquidem nunctam modicas ab hostibus victorias reportamus, imò ab Hæreticis, Mauris, Turcis, alijsque infidelibus superamur, tot, tantaque hæc supplicia in pœnam fortasse ingentiū scelerum nostrorum de nobis sumi.

Veram igitur fratres charissimi, pœnitentiam agentes diuinis præceptis pareamus, Deumque in his laboribus, qui
 17 bus vndique obsidemur, auxiliatorem habebimus. Sed ante hæc omnia iniicient vobis manus suas, & persequentur tradentes in Synagogas, &c. Quorum labores, vt amplius exaggeret, eis inferius dicit: Trademini autem à parentibus, & fratribus, & cognatis, & amicis, & morte afficient ex vobis. Maiori enim angustia afficitur quispiam, cum se à fratre, aut patre suo experitur oppressum, quam si ab extraneo iniurijs afficiatur. Ex hoc apparet, quid iusti ab hoc mundo debeant sperare, cum hic Dominus affirmet eos tam à propinquis, quam ab alienis esse persequendos. Ideoque subdidit, dicens: Et eritis odio omnibus hominibus, id est, omnes mundi nationes Iudei, Gætes, Mauri, Turcæ denique vos persequentur: omnes orbis ciuitates Christiano

rum sanguine perfundentur. Non simul quidem: sed, quemad-
 modum fides paulatim prædicatur, & introducitur: sic nunc
 hic, nunc illic, affligetur, eamque tyranni persequentur. O
 Christe spiritualis vitæ reparator, infinitæque sapientiæ magister,
 quomodo Domine discipulis, fidelibusque seruis tuis, tot, tam
 que terribiles labores prædicis? Non vides eos timore percul-
 sos fortasse regressuros, qui iam te sequi cœperunt? Cum ex-
 ploratores, quos sanctus Moyſes miſit ad explorandam ter-
 ram promiſſionis, in populum Iſrael reuerſi ſunt, dixerunt:
 Venimus in terram, ad quam miſiſti nos, quæ reuera fluit la-
 cte, & melle. At quanuis terra vberrima eſt maxima tamen ei
 discrimina inſunt. Primum eſt, quod habet cultores fortiſſi-
 mos. Secundum, habet vrbes grâdes, atq; muratas. Tertium,
 ſtirpem Enac vidimus ibi, id eſt, vidimus ibi Gigantes. Quartū,
 in ea diuerſa ſunt nationum genera, id eſt, innumera gētes illam
 poſſident, quam etiam defendere debent. Sic hæc conluſerūt
 dicentes: Nequaquã ad hūc populū valemus aſcendere: quia for-
 tior nobis eſt. Terra, quã luſtrauimus, deuorat habitatores ſuos:
 populus quē aſpeximus, proceræ ſtaturæ eſt. Ibi vidimus mon-
 ſtra quædam de genere Gigantæo, quibus comparati quaſi locu-
 ſtæ videbamur. His verbis tanto timore populus percuſus eſt
 vt in ſequenti capite dicatur: Igitur vociferans omnis populus
 fleuit nocte illa, & dixerunt: Conſtituamus nobis ducem, & re-
 uertamur in Aegyptum. Cum igitur tu, o Domine, ſicut verus
 Deus hæc omnia noueris, quantumque malum exploratores il-
 li populo fecerint discrimina illa recensentes, quapropter eos
 grauiſſime puniſti (ibidem namque ſic dicitur: omnes mortui
 ſunt, atque percuſi in conſpectu Domini) cum (inquam) hæc
 omnia noueris, quomodo nunc amicis tuis tam minutim quæ
 in mundo ob ſancti Euangelij tui obſeruationem, & prædica-
 tionem discrimina ſunt paſſuri prædicis? Ad hoc fratres reſpō-
 detur, exploratores illos discrimina recēſuiſſe, quæ ad terrā pro-
 miſſionis expugnandam offerri poterant. Dei tamen adiutoris
 ſui, diuinorumque ipſius promiſſorum non meminiffe. Si enim
 illi dicerent: Fratres hæc ſunt discrimina, quæ in illius terræ ex-
 pugnatione nobis offerentur, verum infinita eſt Dei noſtri
 potentia, & veritas: ſiquidem igitur ipſe nobis promiſit ſe
 aduerſus illas barbaras nationes victoriam conſeſſurum, confi-
 denter

1 **A** denter pergamus: ipse enim promissis stabit: nunquam Hebræi
 timorem illum conciperent, neque pusillanimes redderentur:
 nec dicerent: Reuertamur in Aegyptum. At Christus Redem-
 ptor noster referens labores, quos discipuli sui passuri erant, sæ-
 pe addebat: Propter nomen meum. Quasi diceret: attendite
 vos mea causa pati, qui infinita potentia polleo: vobisque in
 omnibus his laboribus fauebo. Et ita eis hic dicit: *Ego dabo vobis*
os, & sapientiam, cui non poterunt resistere, & contradicere omnes ad-
uersarij vestri. Atque hinc intelligetis mysterium, quare vbi nos
 legimus in psalmo: Cogitauerunt aduersus sanctos tuos, Bea-
 tus Hieronymus vertit ex Hebræo: Cogitauerunt aduersus *Psal. 82.*
 absconditos tuos. In quo ostenditur quàm securi sunt iusti in
 medio tribulationum, & quam protecti à diuina misericordia.

2 **E**t ita dicit Dauid: Abscondes eos in abscondito faciei tuæ, à *Psal. 30.*
 conturbatione hominum. Facies est pars hominis manife-
 stior: sic facies Dei est manifestior ipsius, quæ est infinita eius
 misericordia. Nam miserationes eius super omnia opera eius. *Psal. 44.*
 Dicit Dauid per exaggerationem Deum in abscondito, & in-

timo misericordiæ suæ seruos suos custodire. Dicuntur etiam
 iusti absconditi, quia licet à Deo adiuuantur, & consolantur,
 hoc mundus non videt: imo potius arbitratur eorum fe-
 re nunquam Deum meminisse, cum illos inter tot tribulatio-
 nes patiatur incidere. Et hæc mihi videtur vera intelligentia
 verborum illorum Beati Pauli: Mortui enim estis, & vita ve- *Colos. 3.*
 stra abscondita est cum Christo. Bonum enim, ac tranquillita-

3 **t**em, quam iusti in medio laborum habent, mali non dicam in-
 telligere, verum, nec mente concipere, nec animo cogitare pos-
 sunt. Et sic vult hic dicere Diuus Paulus: Exterius mortui appa-
 retis: interius autem vita dulcissima in Christo fruimini. Hæc
 autem vita abscondita delitescit, nec foris apparet: sicuti perfo-
 nati, & qui alterius figuram assumunt, saccis exterius induuntur,
 interius autem sericas, auroq; cõtextas gerunt vestes. Et sic, vt ha-
 betur in libro Sapientiæ, dånati in inferno dicunt: Nos in sensati
 vitam illorum, scilicet, iustorum, æstimabamus insaniam: & fi- *Sap. 5.*
 nem illorum sine honore. Ecce quomodo computati sunt inter
 filios Dei, & inter sanctos fors illorum est. Et sequitur statim. Er-
 go errauim⁹ à via veritatis, & iustitiæ lumē nō illuxit nobis. Ac
 cedit stagnum iugentilaurorum, cupressorum, aliarumq; frōdo

larum

farum arborum corona esse circumdatum, cuius quietam aquam²⁴ si aspicias, in ea vniuersas illas arbores videbis, quæ in profundo stagni esse videntur: cum quæ sursum erectæ sint, vertices earum subtus, radices autem supra esse apparēt: quod prouenit ex aqua res vice versa repræsentante. Sic viri sanctitate insignes, sæcularium quæ rerum contemptores, & veri Dei amatores, quâuis ab hoc sæculo affligantur, & iniurijs, opprobrijsque afficiantur, veram nihilominus dignitatem, honoremque possident, qui est inseparabilis virtutis splendor, spiritualique consolatione permulcentur, quam eis Dominus inter maiores agones, afflictionefque corporales communicat. Infra esse videntur, cum tamē sint super omnia. Abiecti apparent, cum in altissimum dignitatis gradum euecti sint: cadere videntur, cum firmissimi subitent. Tristes apparent, cum tamen indicibili quodam gaudio eorū²⁵ corda interius perfundantur. Sic decipimur, quia non substantiam quidem, sed figuram, & imaginem rerum consideramus: in umbram, & non in res oculos conijcimus. Res per medium aquæ passionum nostrarum, non verò mediante veritatis luce perspiciamus. Cum quæ illos exterius nō cernamus, sicut nos esse cupimus diuites, scilicet, ab hominibus permagni æstimatos, sensualitatibus, atque voluptatibus circumfluētes: eos abiectos, despectos, miserofque putamus: quæ re vera omnia viceversa geruntur. Ecce cur iusti vocantur absconditi.

Propter hæc omnia Dominus discipulis suis, & in illis vniuersis iustis magnos labores, ac tribulationes euenturas esse, secura prædicit. Nec verò contentus est superioribus omnibus eos confortasse: verum amplius etiam addit, dicens: *Capillus de capite vestro non peribit.* Vbi mysticè significauit minimam quanq; cogitationum illorum mercedis expertem non esse mansuram. O glorificatus sit talis Deus. Benedictum sit sacrosanctum os tuū, & tua cælestis lingua, o suauissime animarum nostrarum spōse, qua tam sanctum, & gloriosum verbum locutus es: & quantum minimum quod quæ ministerium tibi à fidelibus seruis tuis exhibitum æstimes, ostendisti. Quale præmium arbitramini fratres Dominum pro ingentibus cruciatibus, prolixifque martyrijs ob eius nomē toleratis esse daturū, qui vel vnā sanctā cogitationem æternis bonis exoluit: & pro vase aquæ frigide cum charitate largitæ cælestem beatitudinem retribuit? Ecquis est igitur
adco

27 adeò rebellis, durus, sibi que ipsi contrarius, qui præ harum rerū
 consideratione tener non reddatur? Propter has, & similes pro-
 missiones, labores sanctis dulcissimi visi sunt. Et ita dicit Beatus 2. Cor. 4.
 Paulus: Id enim, quod in præsentī momētaneum est, & leue tri-
 bulationis nostræ, supra modum in sublimitate æternum gloriæ
 pondus operatur in nobis. Mirabile utique est cōsideratu, quod
 cum sanctus apostolus labores huius sæculi momentaneos ac le-
 ues appellet, tunc gloriæ pondus æternum vocat. Vice versa
 hoc dicere debuisset videtur, scilicet, gloriæ leuem, laborem au-
 tem grauissimum esse. Dico illum vocasse gloriæ pōdus æter-
 num, quia sicut graue pondus, quod eivincitur, post se defert, sic
 gloria hominem post se ducit, si per affectionem, & spem illi est
 28 alligatus. Hæc enim efficit, ut omnes temporales labores ei le-
 ues, ac momentanei videantur, & eos suauissimè perferat, quò tã-
 tum præmiū consequatur. Qui dixit: Ego sum lux mūdi, quæ
 infinita est ipsius clementia, mētibus nostris illucescat, quò hæc
 omnia, sicut oportet, intelligamus, quemadmodū hi sancti Mar-
 tyres ea intellexerant. Vt illa intimo cordis amore diligentes
 eosque imitantes, discrimina, & labores, qui se se nobis in Chri-
 stiana vita obtulerint, cōstanti animo perferamus. Quò sic diui-
 nam gratiam impetrantes simul cum eis æterna beatitudine per-
 frui mereamur: ad quam nos perducatur Iesus Mariæ filius, Amē.

In eodem Communi pluri-
 morum Martyrum Concio
 Secunda.

*Cum audieritis prælia, & seditiones, nolite terre-
 ri, &c. Luc. 21.*



N Apocalypsi dicit Deus cuidā amico suo: Ego Apor. 3.
 dilexi te, quoniā seruauisti uerbum patientiæ
 meæ: & ego seruabo te ab hora tētationis, quæ uē-
 tura est in orbem uniuersum tētare habitantes in
 terra. In quibus uerbis duo ualde necessaria Dñs
 manifestat: quæ scitu dignissima sunt. Alterum, adeò singu-
 larem

1. Petri 4.

larem virtutem esse patientiam, vt si quis illam possideat, diuina maiestas se propter illam eum diligere fateatur. Et hoc significat: Dilexi te : quoniam seruasti verbum patientiæ meæ, id est, tui amore captus sum: quia quodammodo simili meæ patientia præemines. Et ita dicit Diuus Petrus: Si exprobramini in nomine Christi, beati estis: quoniã quod est honoris, gloriæ, & virtutis Dei, & qui est eius spiritus, super vos requiescet . O verba dignissima sempiterna recordatione celebrata. Ecquis satis digne poterit exaggerare singulares promissiones, quas hic sanctus Apostolus Dei nomine ijs, qui patienter iniurias, atque labores propter nomen Domini Iesu Christi, pertulerint, pollicetur? Vbi valde notandum est hic in alia translatione sic esse: Quoniam quod est honoris, gloriæ, & virtutis Dei, & qui est eius spiritus, super vos requiescit . Ex quo manifestè colligitur nimis singulare signum esse, vnde perspicitur spiritus sanctus lentissimè in eo, qui veram habet patientiam, habitare, atque habitaturum esse. Ideo in hodierna sacri Euangelij lectione dicit: *In patientia vestra possidebitis animas vestras*. Multi aures suas possident, cohibentes se ab audiendis murmurationibus. Alij oculos suos possident, eos à vanarum rerum visu retrahentes. Alij possident pedes domi suæ inclusi commorantes: alij manus, aliena non rapientes: alij denique linguas, silentium obseruantes. De nullo autem horum dixit Dominus, illum animam suam possidere, nisi qui patientia pollet. Nam nullū istorum tantæ perfectionis est, quãtè patientia. Ipsa enim animam efficacius disponit, vt diuinus spiritus cum cœlestibus ipsius donis in ea requiescat, illamque à misera Sathanæ seruitute liberet. Et quia hac maledicta captiuitate libera est, ideo Dominus dicit: *In patientia vestra possidebitis animas vestras*, id est, Si patientiam habueritis, animæ vestræ à Diabolo non deferentur: vos illarum dominabimini, & non illæ. Cũ que hæc sit virtus altissima, ideo est impetratu difficillima, raroque in Christianis inuenitur. Religiosa fœmina religiosum quendam spiritali conuersatione alloquens dixit ei de virtute patientiæ: Contigit nobis nudiustertius aliquibus religiosis in sancta conuersatione commorantibus perfectam monialem velle depingere. Et quemadmodum mundani decoram fœminam fabricare volentes dicunt: Fœmina, quæ haberet oculos

- 5 los (*Defulana*) & os illius fœminæ, nares illius, frontem alius corpus denique alius, decora esset: sic nos perfectam monialempingere volentes dicebamus: Monialis, quæ oraret, sicut (*Fulana*), ieiunaret, sicut (*fulana*) haberet silentium (*defulana*) obedientiam (*defulana*) cum ventum est ad patientiam inter octoginta moniales, quæ in hoc monasterio commoramur, ne vnam quidem inuenimus, de qua dicere possemus, & patientiam (*defulana*) vt concludentes diceremus: hæc esset perfecta monialis. Itaque cum cæteras omnes virtutes in monialibus huius conuentus inuenerimus, hanc vnam reperire nequiuimus. Et hoc, quod prudens illa religiosa dixit, credo in alijs compluribus congregationibus esse reperiendam. Ex quo quam rara, quamque difficilis virtus sit patientia demonstratur. Alterum
- 6 notandum super illa verba Apocalypsis est. Dominum dicere: eo quod vir ille in primis laboribus patientiam præstitit, se in futuris eum esse conseruaturum, ne illam amittat. Vnde colligitur præmium esse, quo Deus quenquam afficit, quia magnum aliquem laborem ipsius causapatienti animo tolerauit, cum alium laborem perpetitur patientiam non amittens. Contra verò impatientiam in paruo labore præstita alia maiori impatientia puniri consuescit. De his dicit Dauid: Cadent super eos carbones, in ignem deijcies eos: in miserijs non subsistent. Idest ex malis ad deteriora prolabentur, quia primos labores patienter non ferunt, permittes Domine illos in alios maiores labores incidere, eosque maiori impatientia recipere, quod ad maiorem ipsorum condemnationem fiet. Eo quod virtus hæc tam singularis sit, instantissimè nos oportet dilectissimi fratres curare illam adipisci non solum Dominum feruidissimè deprecantes, vt eam nobis concedat: sed illis etiam exercitijs intendentes, quibus illa comparari solet. Vnum est, rationes quarri, bonaque considerari, vt cum laboribus affligimur, patientiam habeamus. Hoc medio vsus est sanctus Iob, cum tot se calamitatibus circumseptum experiens dixit: Nudus egressus sum de vtero matris meæ, & nudus reuertar illuc. Dominus dedit, Dominus abstulit, sit nomen Domini benedictum. Quasi diceret: Nunquid ego aliquid perdo? Nunquid ego quicquam proprium habeo? Non vtique, cum nudus natus fuerim. Quare igitur affligar? Nunquid ad futurum seculum mecum aliquid sum

Psal. 139.

Iob. 1.

1. Tim. 6.

sum delaturus? Non utique. Quare igitur conquerar? Sic nos in omnibus infortunijs, atque laboribus, qui nobis acciderint, face re oportet. Amisso honore, siue diuitijs vnusquisque dicat: Hic honor nō erat meus, hęc diuitiæ nō erant meæ, neq; enim ego cū illis natus sum. Ita dicit B. Paulus: Nihil intulimus in hunc mūdū, haud dubiū, quia neq; auferre quid possumus. Alia etiā consolatione se se idem vir sanctus consolabatur, dicens: Dominus dedit, Dominus abstulit, sicut Domino placuit, ita factum est. Quasi diceret: Hęc omnia mutua possidebam, illa à me ipsorū Dominus petijt, quare affligar? Sit nomē Domini benedictum. Si tot gratias sanctus hic vir agebat, quando ei auferebatur quod possidebat, quales gratiarum actiones Domino referret, quādo sibi hęc omnia concedebat? Tu verò infœlix cum Deo gratias agere non memineris, cum tibi dona concedit, quid facies, quādo te illis priuat? Contemplor ego sanctum Iob vtrāque manu Deum tenentem, Sathanamque illum persecutionibus insectātem, Iobque dicētem: O Domine nullatenus te deseram. Et hoc significat quod statim vltius sequitur: In his omnibus nō peccauit Iob in labijs suis. O beati qui cœlestem hanc doctrinam secuti fuerint, sanctum hūc virum imitantes. Multum etiam prodest (ait seraphicus Doctor Beatus Bonauentura) ad calamitates æquo, ac patienti animo perferendas, si consideres quoties tu creatorem tuum offenderis, teque dignum esse, in quem omnes creaturæ consurgant, illatasque Domino suo iniurias vlciscātur. Aliud efficacissimum remedium ad patientiam impetrandam est, hominem se se ante labores præmunire, considerando labores sibi euenire posse, aut re vera euenturos esse, & ex tunc se ad illorum tolerantiam fulciendo.

Vnde utilis contemplationis modus est, quenquam imaginari. Si mihi talis inferretur iniuria, quomodo illam perferrem? Si hic, siue ille mihi labor accideret, quomodo me in illo gererem? Et ibi patientiæ actus exercere contemplando se iam labores illos actualiter pati, atque in illis calamitatibus funditus esse submersum, quastunc propter Deum corde, & animo perfert. Et sic præparabitur, vt cum hęc omnia realiter euenierint, ea patienter exanthlet. Ob hanc causam Christus Redemptor noster tanto prius suis sanctis Apostolis, alijsque iustis labores, & calamitates, quas per temporum discursus in mundo passuri erant, prædicere

11 dicere voluit: sicut in hodierna sancti Euangelij lectione apparet. Vbi eis dicit: *Inyicient vobis manus suas, & persequentur tradentes in Synagogas, & custodias. &c. Et eritis odio omnibus hominibus propter nomen meum.* Hoc eis dicit quasi admonens eos, vt parati essent. Et ita dicit Diuus Gregorius: Dominus ac Redemptor noster perituri mundi mala denunciat: vt eo minus perturbent venientia, quo fuerint præscita. Minus enim iacula feriunt, quæ prævidentur: & nos tolerabilius mundi mala percipimus, si contra hæc per præscientiæ clypeum muniamur. Singulare est etiã remedium ad patientiam consequendam, nos in ea, quæ prisci quondam sanctissimæ fidei nostræ patres omnesque gloriosi sanctæ Ecclesiæ Martyres sūt perpessi oculos cõijcere quomodo humili tracti, flagellis cæsi immanibus immisibelluis, prunisq; ardētibus affati, & deniq; vt refert Eusebius Cæsariēsis, quomodo in eis Tyrāni omnia tormentorū genera, quæ reperire, ac mēte cogitare potuerunt, intensissime exercuerunt. Ita que si quis otiose tormenti genus contemplantur, statim se se ad iudicem conferebat, illudque in eis immaniter exercebat. Omnia autē hæc tormenta nō potuerunt efficere, vt inuictissimi illi martyres fidem, ac patientiam amitterent. Vbi experientia compertū est quod Beatus Paulus affirmauerat dicens: Quis nos separabit à charitate Christi? Tribulatio, an angustia an fames, an persecutio, an gladius? Certus sum quod neque mors, neque vita, &c. poterit nos separare à charitate Dei, quæ est in Christo Iesu Domino nostro. Salmones in falsa æquoris aqua nascuntur: si verò semel ad flumē ascendunt, dulcemque aquam gustant, mori potius, quam ad mare reuertivolūt. Sic viri sancti quamuis in peccato concepti, & nonnulli etiam ingentes peccatores fuerunt, postquam semel Deum gustauerunt, lacerari se potius patientur, quam ad peccatorum amaritudinem redire. O fratres quomodo hæc audientes non confundimur? Ecqua est religio nostra, si illorum inuictissimorum martyrum fidei cõferatur? Nūc satis multum nos fecisse putamus, si aliena bona non rapiamus, si proximi vxorem non deturpemus, si alios non occidamus, si nē ini offciamus: at bene operari, calamitates æ quo animo tolerare vix nouimus. In illos desideratissimi fratres oculos cõijcite, quos Deus nobis, vt exemplaria ante oculos proposuit, illosque diligenter imitamini: si quidem sicut & vos exosse, & carne

Greg. Hom. 35.

Euseb. Cæs. lib. 8. Hist. Eccles.

Roma. 8.

Simile.

constiterunt, idemque vobis, atque illis est auxiliator. Posset vti
 que Deus fidem fidelium cordibus absque vlla contradictione
 imprimere. Posset quod trecentis post annis in Constantino im-
 peratore perfecit, in Traiano, Adriano, Tiberio, aut in alio quo-
 nis imperatore illius tempestatis operari, vt sic fides in pace reci-
 peretur. At non conuenit sanctam Ecclesiam tot martyrum glo-
 ria, atque honore priuari. Sed voluit Dominus eos credentium
 omnium esse duces, quo postea in toto futurorum temporum
 discursu, sibi oblatos labores patientibus animis tolerarent. Vn-
 de in Canticis sponsus perfectiones sponsæ suæ recēnsens dicit: Dē-
 tes tui, sicut greges tonsarum, qui ascenderunt de lauacro. Hi
 sponsæ, scilicet, Ecclesiæ dentes sunt sancti Martyres, qui infide-
 les manderunt, & in mysticum Domini corpus intulerunt. Dē-
 tes hoministe Plinio, cōbustis omnibus ossibus integri per-
 manēt. Illi soli igni resistūt, quod perfectissimā martyriū fortitu-
 dinē significat. Hos diuinus spiritus cōparat mirificè, pulchre q̄;
 gregibus ouiuū, quæ ascenderunt de lauacro. Oculos in cœlū eri-
 gentes fratres mei innumeros illos martyrum greges cōtempla-
 mini, qui tanquā oues tonsi, proprii que sanguinis lauacro abluti
 corporū suorū velleribus derelictis ad montē Dñi, ad vberrimos
 gloriæ pastus conscenderunt. Sicq; intelligetis quam eximia sit
 hæc sponsi similitudo, quæ prima facie nullā cōuenientiā habe-
 re videbatur. Dicitq; sponsus: Omnes gemellis foetibus, quia du-
 plici fructuū genere inter Angelos illucescūt, vite, scilicet, san-
 ctitate, ac martyrii tolerātia. Et sterilis nō est in eis, quia sibi, no-
 bisq; suo pio exēplo profuerunt. Idcirco dicit D. Paulus: Ideo
 que & nos tantā habentes impositā nubē testiū deponentes om-
 ne pondus, & circumstans nos peccatū per patiētiā curramus ad
 propositum nobis certamen aspicientes, nō solum in gloriosam
 tot martyrum constantiam, sed etiam in autorem fidei, & con-
 summatorum Iesum. Verū heū, heū, heū, quando propter Deū
 tormenta patietur, qui ne voluptatis quidem relinquendæ ani-
 mum habet? O cæci filij Adæ, qui pro minimis huius sæculi re-
 bus tot labores perfertis, cum martyrum cruciatus non perfera-
 tis, cur saltem difficultatē, quā virtus secū affert, perferre nō vul-
 tis? Quæ cæcitas, qui stupor, quæ vācordia, quæ tā densa caligō
 est hæc? Ex hoc vtiq; argumēto apparet, quā mortua est in mul-
 tis fides, ac spes: cū tā detestabilis, ac maledicta pigritia, & relaxa-
 tio

Cant. 4.

Plinius.

Hebr. 12.

17 **Exatio** in vobis dominetur. Sic creditis, quasi nō crederetis: sic speratis, quasi penitus non speraretis: siquidem ne minimū quenq; laborem ob illud æternū bonum perferre vultis.

Est valde pensandū Dñm hic discipulis suis referētem quam immaniter illos mūdus esset infectaturus, bis dixisse: *Propter nomen meum*. Quasi diceret: Sic vos mūdus persequetur, quia honore meū propugnabitis, deq; ineffabili innocētia, ac sanctitate mea, & veritate diuinitatis meæ testimonium perhibebitis. In quo eximia seruatorū Dei singularitas innotescit. Loquēs D. Paul. de sacrosācto Euāgelio dicit. Quod predicatum est in vniuersa *Colos. 1.* creatura, quę sub cœlo est, cui⁹ fact⁹ sum ego Paul. minister qui nunc gaudeo in passionib⁹ pro vobis, & adimpleo ea, quę de sunt passionū Christi in carne mea p corpore ei⁹, qđ est Ecclesia.

18 **Temeritas** hęc D. Paul. videtur. Quid vir sancte? Anne quid de fuit patiētissimo Iesu, quod pati debuisset, vt tu nūc id patiaris? Nō hoc dicere volo, sed q̄ postquam supernus mūdi Saluator Iesus Christus pass⁹ fuerat, ac resurrexerat, hominib⁹ illi opus erat qui de sacratissima ipsius vita morte, ac resurrectione testimoniū perhiberēt: quiq; pro harū infallibiliū veritatū cōfessione, ac fide vitā offerent, persecutionesq; tomenta, & mortē paterentur. Hoc igitur fecit B. Petr⁹, ac D. Paul. reliqui q; sancti apostoli, ac martyres. Vnde colligitur Martyrij duos præcipuos esse effectus: alterū, illud esse vitæ æternę meritoriū: alterū, illo Iesum Christū verū Deū, & hominē honestari, eo q; q̄ passioni ei⁹ defuit, adimpleri. Videlicet, ineffabilis illius pretij, ac gloriæ hominibus testimoniū perhiberi: quo hęc passio sacratissima fidem, magnāq; haberet apud homines estimationē. Etenim hoc ei de erat. Vt enim D. Paul. ait: Iudæis erat scādalu, & Græcis stultitia. O ineffabile martyriū excellētiā, quos ipse De⁹ veritatis suę testes adducit. Sicq; Martyriū idē est, quod testis. Etsi tāta fuit cōpluriū Iudeorū, ac gētiū cæcitas, & obstinatio: vt neq; sanctorū Apostolorū, ac martyriū admirabilis innocētia, nec ineffabilis patiētia, qua eos tot cruciatus pati cernebāt, nec stupēda miracula, quib⁹ suā cœlestē doctrinā cōprobabāt, aliquā in eis imprefionē fecerūt. Ideo dicit hic Dominus, *Continget autem vobis in testimonium*, id est, Hęc omnia, quę passuri estis apud quam plurimos solum ad causam meam iustificandam, proderunt, atque vt illi penitus inexcusabiles maneant. O Christe infinite

clementię, ac pietatis perennis fons per amorem, quo in mundū²⁰ venisti, te suppliciter deprecamur nos liberares, ne in tantum malum incidamus, vt conciones, aliaque diuina beneficia, quę a te percipimus, hoc tantū efficiant, vt apud te inexcusabiles maneamus. Instantissime conabatur L. othi duos illos iuuenes generos suos secum Sodomis abstrahere dicens: Surgite egredimini de loco isto, quia delebit Dominus ciuitatem hanc. Et visus est eis quasi ludens loqui. Sicque concrematifuerunt. Vt enim ait Glossa interlinearis praua consuetudinis amor eos ligauerat. O quot sunt hodie in orbe similes his, qui quia ex sanctis admonitionibus fructum non percipiunt æternis inferni ignibus cōburentur. Homo peccator (ait Ecclesiasticus) vitabit correctionem, & secundum voluntatem suam inueniet comparationem, id est, aliquem sibi similem, vel peiorem. Cū peccator reprehenditur, & æterna comminatione deterretur, protinus oculos in alium sibi similem, vel peiorem, qui etiam est obstinatus, conijcit: huncq; in sui defensionem, & excusationem citat. Et quia illi sunt tam mali, & peiores etiam, ideò contentus securusq; manet, quasi idcirco illis infernus mitior, ac suauior esset futurus. De quibus dicit David: Furor illis sicut aspidis surdę, & obthurantis aures suas, quę non exaudiet vocem incantātium, & venefici incantātis sapienter. Non est mirum colubrum consulto obsurdescere, ne ab spelūca exeat: suspicatur enim se vbi primum ab ea prodierit, esse necandum. Tu autem ò peccator, qui scis te à Deo vocari, vt viuificeris: quare diuinis nunciorum magni Regis verbis obsurdescis? Similis es illis, ò infelix, qui prædicante Beato Stephano Protomartyre cœlestem quãdam concionem²² continuerunt aures suas, & impetum fecerunt vnanimiter in eum, si enim illi audita concione iustum lapidarunt: tu finita prædicatione iustorum Dominum tuum horrendis celeribus lapidas.

Gene. 19.

Eccles. 32.

Psalm. 57.

Act. 7.

Non est contentus clementissimus, & gratissimus Dominus suos sanctos discipulos ad futuros labores fulisse eis auxilium suum promittens, ac dicens: Ego dabo vobis os, & sapientiam, cui non poterunt resistere, & contradicere omnes aduersarij vestri: verum eos etiam spe præmij confortat dicens: *Et capillus de capite vestro non peribit.* Quod est aliud excellentissimum medium ad virtutem patientiæ consequendam. O si profunde cōsidera-

33 consideremus, quam gloriosi resurrecturi sunt qui in hoc seculo
 propter Deum labores patiuntur. Etenim quanquam hic dila-
 niati, discerpti q; fuerunt, illic tamē ne minimus quidē capillus
 eis deerit. Sicque cū Domino in gloriæ throno locabūtur, quia
 ob eius amorem passi sunt. Ipse enim dixit in Apoc. Qui vice-
 rit, dabo ei sedere in throno meo: sicut & ego vici, & sedi cū pa-
 tre meo in throno eius. O quanto honore, gloria q; afficitur, qui
 in throno cum superno rege sedet stantibus omnibus principati-
 b⁹, potestatibus thronis q; ac dominationibus. Daniel enim pro-
 pheta dicit: Millia milliū ministrabant ei & decies millies cēte-
 na millia assistebāt ei. Nullus eorū sedisse dicitur: vilissimus au-
 tē terræ vermiculus, eo quod vicerit in regio throno sedebit.
 Sedebit vtiq;: Nō quod homines Angelis præferamus: nā etiam
 24 & ipsi cum dracone præliati sunt, & vicerunt in sanguine Agni:
 sed quia iusto Dei iudicio hæc Martyribus prærogatiua conce-
 ditur, vt sedeant gentesq; iudicent, sicut ipsi ab eis iniuste iudica-
 ti sunt. Mirabile est consideratu quoties Dominus in diuinis li-
 teris æterna præmia recenset, vt videat nūm forte aliquis ad eo-
 rum cupiditatem propendat: & tamen paucos reperit, qui ea
 verè & ex animo cupiant. Aliquando enim dicit: Vincēti dabo
 edere de ligno vitæ, quod est in paradiso Dei mei. Iterum dicit:
 Qui vicerit, faciam illum columnam in templo Dei. O immen-
 sam Dei probitatem. Ecquis tot, ac tāta bona contemnet. Breuis
 est pugna, & æterna corona. Id enim (ait Diuus Paulus) quod in
 præsentia est momentaneum, & leue tribulationis nostræ, supra
 modū æternū gloriæ pondus operatur. Meritè quidem ait, Glo-
 25 riæ pōdus. Tātum enim est, vt nequaquā ab homine, aut ab An-
 gelo sustineri posset, nisi à Deo mirabiliter illi sustinerentur. In-
 gens nanq; impetus illius fluminis deliciarum ex Dei throno
 profluentis tam admirabili virtute illas beatorum animas per-
 fundit, ac penetrat, vt nulla vi creata sustineri posset, nisi à diui-
 na potentia mirabiliter sustentaretur, ne penitus à se profilirēt.
 Hoc nos dilectissimi fratres præmiū manet: hoc nimis diligēter
 exquirite: propter hoc æquo, patiētiq; animo cunctas præsen-
 tis vitæ calamitates, ac pericula tolerate, quo diuina ditati gratia
 æterna celestis beatitudinis gloria coronemini. Quod nobis
 præstare dignetur Iesus Mariæ filius, Amen.

Apoc. 3. 4

Dani. 7.

Apoc. 2.

Apoc. 3.

2. Cor. 4.

In eodem Communi pluri- morum Martyrum Concio Prima.

*Descendens Iesus de monte stetit in loco campestri,
&c. Luc. 6.*



Psal. 33.

Anselmo.

O S T Q V A M Sanctus Propheta David dixerat: Exquisiui Dñm, & exaudiuit me, & ex omnibus tribulationibus meis eripuit me: nos omnes inuitauit dicens: Accedite ad eū, & illuminamini, & facies vestrae nō confundētur. Quasi diceret: Siquidem ego Deū exquirens omniū necessitatum mearū remediū reperi ad eum accedite: omnes enim remediū consequemini. Quod si dicatis: Cū Deus sit infinitæ essentiæ, omnia implēs, intimiusque in nobis quam nos metipsi, persistens, vt quid nos hic Propheta hortatur, vt ad illum accedamus? Ad hoc quadam similitudine respondet B. Anselmus dicens: Quemadmodū cœlum nos omnes in hoc sæculo viuentes operit, nulloque nos conferre possumus, quin sub eo simus: hoc tamen interest, quod cū in cœlo sit oriēs, & occidēs, quō magis ad oriens accedimus, eō magis ab occidente recedimus: & vice versa: sic aliquo modo circa hoc agitur. Etenim licet Deus omnia impleat, atque comprehendat: cū tamen in eo sit oriens, idest, infinita misericordia (quæ idē dicitur oriens, quia per eam animæ in diuina ipsius gratia oriūtur) sitq; occidens, idest, infinita eius iustitia, occidens dicta quia peccatores æterna morte punit, quō longius à peccatis recedimus, & in virtutibus exercemur, eō propius ad oriens diuinæ illius misericordiæ accedentes longius ab occidente iustitiæ ipsius recedimus. Et e contra: quō longius à virtutibus recedimus, & peccatis intendimus, eō remotius ab eius misericordia

rece-

4 recedentes propius iustitiæ propinquamus. Sic que monēs nos David, vt ad Deum accedamus, hortatur, vt peccatorum cōtione, sanctisq; meditationibus, atq; affectionibus, ac virtutum exercitationibus, qui sunt pulcherrimi gressus, ad diuinas eius misericordias recipiendas disponamur, quibus anima illuminatur, & clarificatur. Ideoq; dicit: Accedite ad eum, & illuminamini. Ad cuius sententiæ maiorem intelligentiam oportet perpendi verba Diui Augustini dicentis. Gratias tibi ago lux mea, quoniam illuminasti me, & inueni te, & me, vbi inueni me, ibi cognoui te: vbi inueni te, ibi cognoui me, vbi autē cognoui te, illuminasti me. Et hoc arbitror significare illud Psalmi: Ego autē in iustitia apparebo conspectui tuo, satiabor, cum apparuerit gloria tua. Ex Hebræo enim transfertur: Ego autem in iustitia contemplauī faciem tuam, satiabor, cum euigilauero specie tua. Quæ verba (meo iudicio) cuncta de hac, nō solum de futura vita intelligi debent. Vult dicere Sanctus Propheta: Quando impetrata perfectā iustitia, quæ in conscientia puritate consistit, & in verō Dei amore sita est, infinitam probitatem, atque excellentiam tuam contemplantur: & in hac contemplatione infinita species, ac pulchritudo tua me excitauerit, & in me ingredi fecerit, mihi que perfectiones tuas reuelauerit, tunc anima mea contenta esse poterit, & quantum in hoc seculo fieri potest, saturabitur. Sumit hic Propheta metaphoram à quodam homine somno sopito, qui repentina luce expergiscitur, & à sopore resurgit. In his omnibus docemur, eum, qui conscientia puritate per affectuosam contemplationem ad Deum accedit, diuinæ pulchritudinis luce radiari, atque excitari, atque ad maiorē diuinæ maiestatis cognitionem adduci. Ex quo tam singularis animæ consolatio resultat, vt per exaggerationem satietas hic appelletur. O quam obscura materia est hæc compluribus nostrum: quia (quæ nostra est culpa, & negligentia) nondum illam sumus experti, quasi bruta animantia essemus. Dicit vltterius Sanctus Propheta: Et facies vestra non confundentur. Hac enim illuminatione spiritus valde fulcitur, vt vsq; ad finē in charitate perseueret. Qua propter nō afficietur cōfusione illa, qua mali in die iudicij cōfundentur. Osee Propheta de adultera quadam loquens dicit: Confusa est. Vbi Vatablus pro, cōfusa est, vertit, pūdefacta est. Et glossa interlinea. exponit: Obsupuit. Sic nunc

Aug. in Ser.
lib. cap. 51.
Psal. 16.

ose. 2.

possumus dicere, iustos non esse confundendos, neq; pudore af-
ficiendos, neq; in illa hora stupore deterrendos, sicuti malis acci-
det. *Hierem. 12.* Quibus meritò dici potest illud Hieremix: Cōfundemini à
fructibus vestris propter iram furoris Domini. Ecquis igitur fra-
tres charissimi tot bonorum desiderio excandescens ad sum-
mum bonum nostrum Iesum Christum, sicuti diximus, instan-
tissimè non curet accedere?

In hodierna sancti Euangelij lectione refertur, quod *Descendēs*
Iesus de monte stetit in loco campestri, & turba discipulorū eius, & mul-
titudo copiosa, &c. eum circumdedit, Et omnis turba querebat eum tã
gere, quia virtus de illo exibat, & sanabat omnes. Et quanvis modo sic
corporalibus passibus ad hunc supernum Salvatorem nequea-
mus accedere, spiritualibus tamen affectibus, & amoris passibus
illum tangere possumus, vt ab eo singularia beneficia percipia-
mus, sicut David in prædictis affirmat. Est nimis perpendendū
Matth. 5. Beatum Matthæum referre, quòd Dominus videns turbas ascē-
dit in montem. Atq; vt delicatissimus erat, pedesterq; ac nudis
pedibus nimisq; laboribus, & pœnitētijs defessus incedebat, se-
dit in mōtis fastigio, sicq; solennissimā habuit concionē. In quo
etiā significauit, quàm ex proposito, (*et quan de assiento*) salutis no-
stræ res ageret. Medicus, cuius dilectissimus filius egrotat, sedēs
(*my de assiento*) ei medetur: nūquā ab eo recedit: passim eius pul-
sum cōsiderat. Quādo autē alios curat, quos tã opere nō diligit,
vix sedet. Sic sedēs diuinus magister ad prædicādū, amorē, & af-
fectionē, qua hoc faciebat, ostendit. Et in illa cōcione dixit: Bea-
ti pauperes spiritu, beati mites, beati q̄ lugēt, &c. At verò B. Lu-
cashic dicit, dominum ex monte descendentem eandē doctri-
nam turbis prædicasse. Ecce fratres quomodo cum Christus sit
perēnis fons infinitæ sapientiæ vnā eādēq; doctrinam bis
prædicat. Vos autē, vt primum concionatorem vnum idemque
punctum bis concionari perspicitis, protinus ei detrahitis dicen-
tes illum vnum & idem sæpe repetere, quia plura nescit. O per-
uersam curiositatē. Cum ex audita doctrina fructum non perce-
peritis semper noua vobis dici vultis, quæ nunquā antea ad au-
res vestras peruenerint. Sagittarius, qui emissa sagitta ferā per-
cutit, non illam perdit, sed sanguine tergit, & in pharetram im-
mittit, plurisque illam æstimat, vt sæpius illam iterum immittat.
Psal. 44. In sacro eloquio diuina verba sagittæ vocantur, vt patet in Psal-
mo

homo quadragesimo quarto, ubi dicitur: Sagittæ tuæ acutæ. Non
 hastæ, vel hastilia, sed sagittæ dicuntur. Quemadmodum enim
 cū venator procul distat à feris, quas cupit occidere, sagittis uti-
 tur: sic oportet concionatorem non esse prope feras, id est, pecca-
 tores, quos Deo conatur venari, & occidere: sed longissimè ab
 eorū conuersationibus, vitijs, moribusque abesse, eum autem,
 qui iuxta illos est, acerrimè D. Paulus obiurgat dicens: Qui
 prædicans non furandum furaris: qui dicis non moechadum moe- Roman. 2.
 charis. Quia sagittæ hæ acutissimæ sunt, protinus addit Sanctus
 Prophetâ: Populi sub te cadent: in corda inimicorū regis. Id est
 His sagittis inimicorum Dei corda penetrantibus, statim diuinę
 illius obedientiæ submissi ad ipsius pedes cōsternuntur. Quo-
 ties accidit animā excōcione sauciata exire ita, vt nequeat requi-
 11 escere, neq; in cibis, aut familiarium cōuersatione gustū inueniat,
 exit rus, vt eorū, quibus fatigatur, obliuiscens oblectetur. Et tñ
 illic ea sagitta multum operatur: ei mortem in memoriam reuo-
 cat: hortaturq; interiùs, diem esse statutum, in quo arētissimam
 scelerum omnium, & vel minimi verbi otiosi, quod protulit, crea-
 tori suo rationem redditurus sit: nec non impoenitentes eter-
 na tormēta subituros esse. His considerationibus hæc anima re-
 dit ad se: seq; profundo peccatorū pelago experitur immerfam:
 cognoscitq; viam, qua graditur, non ad cœlū quidem, sed ad in-
 fernū deducere. Malisque suis confusa dicit: Ad me reuertī,
 meque in meliorem frugem recipere volo. Statimque salutis
 suæ initium incipit ordiri, modosque perquirat, quibus creatori
 suo placeat, ipsiusque amori reconcilietur. Proculdubio hæc
 12 anima percussa est, corque acuta sagitta transfixum defert. Et Simile.
 quemadmodum percussa fera decurrit (*Viene a caer tras vna ma-
 ta*) ibique quicquid in intestinis habet, euomit, quousque san-
 guinem etiam effundit: sic anima diuino verbo percussa in con-
 fessionarium cōruit, ibiq; per puram, atque integram confesio-
 nem omnia peccata sua euomit, quousq; sanguinē, id est, nimium
 propinquorum, amicorum, & temporalium rerum amorem ef-
 fundit. Si ergo concionator intelligit vnam concionem, aut con-
 siderationem esse acutā sagittam, efficacissimamq; ad peccato-
 res cōuertēdos, quare illā in memoriæ suæ pharetra nō seruabit
 vteā iterū, atq; iterū proferat, sicuti venator sagittā custodit? Insi-
 piēter ergo, atq; iniquè illū irridetis, cū ipse prudētissimè faciat.

Et sic dicebat Diuus Paulus: Eadem vobis scribere mihi quidem non pigrum vobis autem necessarium.

Phil. 3.

Et ipse eleuatis oculis in discipulos suos dicebat: *Beati pauperes, quoniam vestrum est regnum Dei.* O vniuersalis animarū omnium Domine, illarumque amator efficacissime, quomodo videns totā hāc turbam ex lōginquis regionibus ad cœlestem doctrinam tuam audiendam conuenire, teq; intentis oculis aspicere expectantē vt incipias prædicare, tu verò in initio concionis in solos discipulos tuos oculos conijcis? Extende, extende Dñe benedictos oculos tuos in totū auditorium, & omnes intuere: siquidē omnibus natus es, omnesque redimere cupis. Dico concionem has duas partes præcipuas habuisse. In priori docuit Dominus, quibus exercitationibus prædestinatos oporteat intendere, dicens: *Beati pauperes spiritu.* &c. vsque ibi: *Gaudete in illa die.* Ideoque, vt ea diceret, in suos sacros Apostolos, per quos prædestinati repræsentabātur, oculos coniecit. In posteriori verò parte de vijs inferni, deque reproborum exercitationibus egit. Et, vt de ijs ageret oculos conuertit ad turbas, vbi forsitan multi ex reprobis erant, dixitq;: *Væ vobis diuitibus, qui habetis consolationem vestram. Væ vobis, qui saturati estis, quia esurietis. Væ vobis, qui ridetis nunc: quia lugebitis, & flebitis. Væ cum benedixerint vobis homines.* (O *sancta Maria señora*) quam metuēda sunt hęc dictu, atq; auditu: quomodo illa dicētes, & audiētes nō obstupemus? Fratres si arbitramini has comminationes, exaggerationes, aut loquendi modos esse, fallimini. Ideo vnumquemque peculiariter sacra pagina monet dicens: *Ne sis incredibilis timori Domini, id est, ne sis incredulus verbis, & ministe ad Dei timorem concipiendum inuitantibus: quum magnū emolumentum timor in anima tua possit efficere.*

Eccle. 1.

Sic igitur diuinus magister est orsus: *Beati pauperes, quoniam vestrum est regnum Dei.* Mirabile est consideratu, unde Dominus initium sumit. O admirabile exordium. Tanquam supernus Philosophus à beatitudine artificiose fuit exorsus. Prius enim oportet affigi scopum, deinde sagitta est emittenda. Prius debet finis proponi, postea verò, ostendenda sunt media ad illum finē consequēdam. Naturale est hominibus optare esse beatos: si cū primi parentes in tam amœno, delectabiliq; loco morarentur, aliam maiorem felicitatem, ac beatitudinem exoptarunt: quid

nos

16 nos tot miserijs circumsepti faciemus? Ex hoc tam vniuersali de-
 siderio ortum est homini desiderium cognoscendi in quo eius
 beatitudo consistat. Atque, vt Beatus Augustinus affirmat, *Aug. de ci-
 uit. li. 19. c. 1*
 Marcus Varro ducētas octoginta, & octo varias opiniones Phi-
 losophorum circa hanc materiam in vnum librum congeffit. Et
 Aristoteles, vt explicaret, in quo consistit beatitudo, & fælici-
 tas, quam homines in hoc sæculo consequi possunt (de æterna *Ari. 1. Ethic.
 ca. 8. & per
 sequentia ca-
 pita*
 quippe nihil penitus intellexit) prius improbat erroneas opinio-
 nes asserentes foelicitatem in voluptatibus, diuitijs, honoribus,
 ac ciborū affluētia cōsistere. Quæ opiniones inter multos, Chri-
 stianos (quæ ipsorum est miseria, morumq; deprauatio) satis ho-
 die sunt acceptæ, atq; probatæ: quas quidem Ethnicus Aristote-
 les naturali tantum lumine ductus confutauit. Quibus improba-
 17 tis, sententiam suam statuit dicens, sedem, à qua humana beatitu-
 do separari non potest, esse virtutem, illiusque exercitationem.
 Et Seneca dicit, illum solum esse beatum, qui nihil nociuum ef-
 se ducit, præter vitium, atque delicias, & in nihilo voluptatem
 reperit, nisi in virtute, fallaciumque illecebrarum sensualita-
 tis contemptu. Idemq; dixit Plato. Eia ergo libidinosi, voraces,
 lusores voluptatibus dediti, auari, quid vobis videtur hæc ala-
 pa, qua vos Ethnici afficiunt? Quomodo pudore non confundi
 mini, videntes Ethnicos hæc, in quibus vos summam foelicitatē
 sitā esse putatis, improbare? O cæci, cæci, cæci quo supplicio vos
 à Deo puniendos esse speratis pro tot abominationibus? Proh,
 & milles proh dolor. Hi sapientissimi viri solam intellectus
 lucem in præceptricem habentes verissimè diffiniunt huma-
 18 nam huius sæculi fælicitatem, in virtute, & vitiorum con-
 temptu consistere: nos vero multo præstantiori præceptore eru-
 diti, cuius opera plus etiam, quam ipsius labia prædicarunt
 qui finem non in virtutibus statuit, sed illas tanquam media,
 necessaria docuit ad alium excellentiorem gloriæ finem impe-
 trandum & tamen adeò parum apud nos virtus eiusque se-
 quaces valent, vt tam eam, quam illos passim contemnamus,
 & pedibus conculcemus, ex vitijs ferta texentes, quibus ca-
 pita nostra exornemus. Credite mihi fratres, in die Iudicij Phi-
 losophi illi non tā asperè tractabūtur, quā nos. Quam peruerstitē
 sanctus David Propheta cōsiderās spiritus feruore dicebat: *Psalm. 41*
 Eij hominum vsque quo graui corde? Vt quid diligitis vanitatē,
 & que

& queritis mendacium. Quasi diceret: Si belluarum filij essetis, non esset mirum, si caducas, ac perituras huius sæculi res tãtoper diligeretis: vos autem, cum filij hominum sitis, tãm grauibus esse cordibus, & quemadmodum grauia magno impetu in terrã corruunt, sic corda vestra ad terrena propendi, hoc magnã mihi affert admirationem, multoque maiorem vobis afferet, considerantibus vos homines esse fidei lumine illustratos. Beati pauperes, quoniam vestrum est regnum Dei. Ecce quomodo Dominus cœlorum regnum finem, virtutem verò medium statuit. Estque animaduertendum duplex esse genus paupertatis, exterius, scilicet, & interius. Paupertas exterior est diuitiarum inopia, & hæc ex genere suo neque bona, neque mala est. Qua si bene vsus fueris, bona erit: si verò abusus, mala erit. Et de hac dicitur in Ecclesiastico: Propter inopiam multi deliquerunt. Vnde qui pauperi subuenit, non solum opus charitatis exercet, verum etiam obstat homini malo esse volenti, ne peccatum committat, atque ita duplici afficitur præmio. Altera est paupertas interior, qui est temporarium rerum contemptus. De hac bina paupertate dicitur in Prouerbijis: Est quasi diues, cum nihil habeat, & est quasi pauper, cum in multis diuitijs sit. Est quidam multa bona possidens, qui tamen omnia negligit, estque alter nihil possidens, omniaque habere desiderans. Dominus autem hic dicit Beati pauperes, nec addidit spiritu, vt significet, quãuis sibi placeat ille, qui cum diues sit, spiritum tamen in diuitijs locatum non habet: multò magis sibi placere illum, qui ingenti spiritus feruore ob ipsius amorem omnia derelinquit, aut si diuitias haberet, reuera illas desereret: hic est enim singularis quidam charitatis effectus. Nam, vt sapientissimè dicit subtilis Doctor Scotus: Quælibet virtus non solum inclinatur ad actum immediatum suum, sed etiam ad euitandos, & detestandos actus contrarios sibi. Verbi gratia, habitus castitatis, qui me immediatè ad castitatem seruandam inclinatur, etiam me propendit, vt videam, qui castitati potest repugnare, atque illud euitare. Sic charitas immediate me ad Dei, proximique amorem inclinatur. Et quia nimius creaturarum amor charitatis ignè cõminuit, hinc est, quod præter quã, quod charitas me ad Dei amorem inclinatur, me etiam ad illarum rerum, quæ hunc amorem impediunt, contemptum propendit.

Ethic

Eccle. 27.

Prou. 13.

Scot. in. 4.
d. 14. q. 2.
lib. 5.

22 Et hic contemptus temporalium bonorum, qui efficit, vt is, qui ea possidet, illa relinquat, & qui non possidet, illa non optet, in hoc loco à Domino commendatur. Ad quem contemptum, & paupertatem propensius inclinatur charitas, quàm ad aliquam aliam virtutem præter amorē Dei. O cœleste verbum: beati pauperes, quoniam vestrum est regnum Dei. Innumeri propter illud sese pauperes effecerunt. Optimè dixit David: Vox Domini præparantis ceruos. Cerui ad eò velociter per terram currunt, vt in ea pedes non ponere videantur. Sic iusti hac diuina voce præparati tam velociter per huius vitæ stadium prætereunt, vt vix in aliqua re terrestri affectionem statuunt. Cerui cum currētes fossam aliquam reperiūt, ita saliant, vt visu mirabiles sint. Sic iusti, vt in virtute decurrunt, cum eis aliqua mali offertur occasio, 23 aliquod ve offendiculum, quod est periculosum præcipitium, & fossa, tunc saliant: tunc per diuinarum rerum contemplationem in cœlum efferuntur, ne in peccati fossam incidant. Non sic mundanifaciunt: qui vbi minima quæque peccati offertur occasio nō considerātes Deum esse in cœlis, qui hoc prohibeat tanquam cæci amentes offendunt, & misere prolabuntur ob affectionem, qua temporalia diligunt. Pater æternus veterem legem in diuitiarum spe fundauit: eas enim illius obseruatoribus promittebat: ipse autem transgressores paupertate minabatur, vt patet in libro Leuitici. Vbi dicitur: Si in præceptis meis ambulaueritis, dabo vobis pluuias temporibus suis, & terra gignet semen suum, & pomis arbores replebuntur, &c. Quod si non audieritis me, & feceritis omnia mandata mea, visitabo vos celeri 24 ter in egestate: frustra seretis sementem, &c. At vnigenitū suū in mundum mittens maiora illi commendauit, vt hominum corda ad cœlestia præmia erigeret. Puerō sit plaustrum, in quod innititur, vt ambulare discat: postquam autem accrescit, & aliquantulum maior est, plaustrum ei adimitur, vt tãquam vir per se incedat. Sic se Deus cum homine habuit, quem, vt cœlestia amare doceret: quando puer tener, ac debilis erat, ei in veteri lege temporalia bona promisit, quæ illi fuerunt tanquam plaustrum, cui adhereret in obseruatione diuinæ legis incedens. Adueniente autem legis gratiæ tempore, iam non vult nos quasi pueros esse: non vult nos temporalium rerum spei inniti, sed totā spem nostram in æternis bonis esse locatam. Et ideo dicit,

Beati

Beati pauperes, quoniam vestrum est regnum Dei.

25

Simile.

Ioan. Clim.

3. Petr. 1.

Eccles. 4.

3. Reg. 18.

Dicit vltterius: *Beati qui nunc esuritis, quia saturabimini.* Homo sobrietati deditus & propter Deum, esurire solitus, diuinæ contemplationi est valde dispositus: est que eius cor quasi exhalatio quæ terrestri grauitatis immunis in altum ascendit, & in ignem conuertitur. Sic cor sobrium facile sursum erigitur, vt diuini amoris igni inflammetur. Etiam est valde necessaria hæc virtus temperantiæ ad castitatem impetrandâ. Nam, vt ait Beatus Ioannes Climacus, qui castus esse, atq; à se vitium sensuale conatur expellere, simulq; corpus suum delicate tractat, est similis illi, qui volens à se canem expellere, illi panis fragmētum immittit: qui idè eum diligentius sequitur. Prius Deus brutis, quam hominibus escas produxit, vt significaret, quàm parum curæ corporalis alimonix habere deberemus, & quanto pere diuina²⁶ contemplatione nos oblectari oporteret. Quam nobis Beatus Petrus Apostolus valde commendat dicens: Succincti lumbos mentis vestræ sobrij, perfecti, sperate in eam, quæ offertur vobis gratiam in reuelationem Iesu Christi. Vbi admonens nos, vt præparemur ad aduentum filij Dei in iudicium solius sobrietatis tanquam virtutis ad perfectionem obtinendam valde necessariæ meminit. Idè hic Dominus dicit: *Beati, qui nunc esuritis, quia saturabimini.* Nec addidit iustitiam, vt nos doceret, etiam corporalem hanc famem viam esse ad æternam saturitatem. Quanquam iustitiæ fames est quid nimis heroicum, quod nobis Spiritus diuinus commendat dicens: *Pro iustitia agonizare.* O singularia verba. O quis ea in corde suo defigeret. Agonem à nobis, atque etiam mortem Spiritus sanctus pro iustitia²⁷ postulat. Sed proh dolor, quàm parum nos præstamus multo, quod Deus petit. *Ecquis diuinum honorem zelat? Ecquis eum propugnat? Ecquis agonizatur, vt quod Deo debetur, persoluatur? Ecquis fatigatur, vt Deo suo iniurias à mundo illatas aliqua ex parte satisfaciat? Ecquis solitudine angitur, vt Deo ipsius iura soluantur? O Domine Deus meus quid dicam ad hæc? Video quippe reginam Iezabel pro idolorum suorum honore sollicitam (*Y que los regala*) atque vt illis magis placeat, mensæ suæ cibos illis præbere, vt Deos suos caducos reuerentiùs honestarent: in Ecclesia autem veri Dei neminem video, qui hac solitudine pro illius gloria, & honore afficiatur. Ecqua poterit*

poterit fratres lingua recenſeri, quantopere ſacroſancti hi martyres iuſtitiam eſurierint, quoties agonizati ſunt, vt eam non ſibi ſolum ſed proximis etiam ſuis obtinerent? Et ſiquidem nulla hoc lingua ſatis dignè valet explicari, cordibus veſtris cotemplandum relinquo, vt pijs eorum exemplis inflammati, ad illos imitandos concitemini. Quò in hoc ſæculo in virtute, gratiaq; eorum ſocij effecti, ipſorum cohæredes in cœleſti beatitudine fieri valeatis. Quod nobis præſtare dignetur Ieſus Mariæ filius: qui cum Patre, & Spiritu ſancto viuit, & regnat in ſæcula ſæculorum. Amen.

In eodem Communi plurimorum Martyrum Concio Secunda.

Descendens Ieſus de monte ſtetit in loco campeſtri, &c. Luc. 6.



DINIVS Refert pantheram tantam odoris fragrantia ore proferre, vt omnia animalia illi odoris ſuauitate allecta ſpe lucis ſuis derelictis eam ſequatur. Multo autè præſtantior eſt ſuauitas odoris mirabiliũ operũ, cœleſtiumq; verborũ Ieſu Chriſti R.N. Ideoq; maiori ratione hæc de quibus hodierna ſancti Euãgelij lectio

Plin. lib. 8. cap. 18.

loquitur domibus, regionibusq; ſuis deſertis eũ per aſperas ſolitudines ſequebatur. In quorũ diligentiã valde cõfunditur ignauia qua hodie Chriſtiani ad cõcõnes audiẽdas accedũt. Quomodo ſe ad illas audiẽdas in vaſtas ſolitudines cõferrẽt, eũ domo ſua in tẽplũ ire pigreſcant? Cum venatorius canis venationis odorẽ nõ percipit, nec eius veſtigiũ reperit, tepidus, atque remiſſus huc atque illuc diuagatur: ſi verò ei venatio olet, admirabili impetu per ſpinas, & tribulos eam inſequitur quouſque comprehendit.

Similit.

Sic

Matth. II.

Sic nos, quia Deum non gustamus, neque illius odorem sentimus, idcirco tam remissi incedimus. Cum nimium viget frigoris rheumæ quædam ad caput ascendere solent, quæ adeo olfactus vias impediunt, ut homo illum profus amittat. Sicque nec odoriferarum suavitatem, neque corruptarum rerum factorem sentit: ita, ut quavis ei suavissima thymiamata, stercacisque odores, aut corruptissima cadavera proponantur, nec priorum suavitate delectetur, neque posteriorum factore grauetur. Sic propter diuini amoris frigiditatem tam pestiferæ quædam rheumæ ad animas nostras ascendunt, ut impediunt, quo minus res odoriferæ, aut foetidæ nobis oleant, aut oboleant. Mirabili suauitatis odore verba illa fragrant: Venite ad me omnes, qui laboratis, & onerati estis, & ego reficiam vos. Et illa etiam, Centuplum accipietis, & vitam æternam possidebitis. Atque illa: Gaudete, & exultate, quoniam merces vestra copiosa est in cœlis. Nec non illa: Siquis litit, veniat ad me, & bibat. Atque illa: Venite benedicti Patris mei, percipite regnum. Et tamen aliqui nullam in eis suavitatem, gustum vè reperiunt, nec eis commouentur: eorum admirabilem fragrantiam non sentiunt. Et quavis de horrendo illo gehennæ fœtore, de arctissimo iudicio, cui affuturi sunt, deque illo nunquam finiendo igni multa audiant, nec ista etiã sentiunt, neque eorum fœtorem percipiunt: nec maiori timore afficiuntur, quàm si hæc omnia mendacia, aut quicquid infallibilis fides prædicat, fabula esset. O quam magna insensibilitas. Unde hoc provenit? Ex eo utiq; quod cupiditas, superbia, luxuria, inuidia, cæteraque omnia vitia sunt quædam nimis perniciosæ rheumæ, quibus infœlix anima præpedita est, sicque nec boni, nec mali odorem percipit. Quid igitur remedij erit? Quo utitur qui rheumatismo, id est, catharro laborat: ille quippe, ut rheumatismo liberetur, potionem quantunvis amaram recipit. Sic igitur tu, ô peccator spirituali rheumatismo laborans veræ poenitentia, cõtritionis, scilicet, confessionis, ac satisfactionis potionem te purga: quæ licet sensualitati sint amara, nimis tamen salutifera sunt: hisque maledictis rheumis animam purificant: quo celestium odorum suavitatem percipere possit, infernaliumq; poenarum factorem sentiat. Et quia ad hoc tibi cœlesti auxilio est opus, puro corde id dicito quod sponsa dicebat in Canticis. Trahe me post te, curremus in odorem vnguentorum tuorum. O si

Cant. I.

ita

6 ita purificati essemus, quàm suauiter post diuini verbi odorem curreremus: quod quidem hodie tanta cum amaritudine audimus, vt visu miserabile sit. Hieremias Propheta lamentabatur, dicens: *Vix Sion lugent, eò quòd non sint qui veniant ad solennitatem.* Ille plorabat, quia non erat in illo regno, qui ad festiuitates iret, quia Iudæi Babylonem captiui ducti fuerant. Nunc autem non deficiunt homines, cum *vix, forum, domusque* sint repletæ. Est autem pij affectus, ac deuotionis defectus. Atque hinc est quòd cum homines in foro supersint, in ecclesijs desint: præcipue que cum diuinum verbum prædicatur. Nec verò est qui tantam hanc calamitatem deploret, neque qui ei obstet. O Deus infinitæ probitatis, ac maiestatis, tu tanto huic malo remedium adhibe, siquidem nos, quantum emolumentum hominibus adueniret, si diuina verba tua libenter, & affectuose perciperent. Supernus hic Dominus ait: *Reuertimini in his, quæ procedunt de ore meo, id est, verbis, quæ concionatores mei meo nomine prædicant, quæ de ore meo prodierunt, ad me conuertimini.* In quo diuini verbi efficacia singularis ostenditur, cum dicat: *reuertimini in illis.* Peccatum, fratres charissimi, est auersio à Deo, & conuersio ad creaturam. Et egregie dicunt Beatus Thomas, & Scotus quod peccati grauitas magis attenditur ex auersione à Deo: ideoque in inferno grauiori poena punitur. Cum enim certum sit in inferno poenam sensus & poenam dani esse: poena sensus (vtiplemet D. Tho. ait) imponitur ob conuersionem ad creaturam: poena vero dani, quæ multo grauior est (est enim carentia diuinæ Dei visionis, cui nulla alia poena comparari potest, vt ait Chrysostomus) infligitur propter auersionem ab eo. Admonetque hic Dominus peccatores, vt diuinis ipsius verbis concitati ad eum conuertantur, maximamque hanc sibi illatam iniuriam ipsi satisfaciant. Estque valde notandum, hic, vbi nos legimus: *Reuertimini in his, quæ procedunt de ore meo:* in alia translatione esse: *Reueremini in his, quæ procedunt de ore meo.* Et sic est in contextu Græco. Vnde colligitur, diuina verba reuereri mediū quoddam esse, quo animæ ad Dominum conuertantur.

De his, qui per solitudinem coelestem magistrum sequebantur, dicitur in hac sancti Euangelij lectione: *Venerant, vt audirent eum, & sanarentur à langoribus suis.* Vbi manifestatur præcipua intentio, ob quam illum sequebantur, esse animarum suarum salutem.

Thron. 1.

Eccle. 41.

D. Tho. 1.

2. q. 73. arti. 3. ad. 2.

q. 77. art. 6. ad. 1.

q. 2. 2. q. 118. artic.

5. in corp. q. 20.

arti. 3. Scotus in. 2.

d. 37. D. Tho. 1.

2. q. 87. artic. 4.

Chrysost. ho. 47. ad populu.

Antiocho. 5. q. homi.

24. in Mat.

Math. 6.

Simile.

Cant. 2.

Grego. in
homil. resur.

Dani. 2.

Ut audirent eum, & secundariè propter temporale emolumentum: ut sanarentur à langoribus suis. Ideoque vtrumque adepti sunt. Ipse enim Dominus alibi dixit: *Quærite primum regnū Dei, & iustitiam eius: & hæc omnia adjicientur vobis. Verum prohi dolor, quàm viceversa nunc facimus. Prius enim, atque præcipue quæ ad corpus attinent, ac temporalia bona perquirimus: de spiritualibus autem, & æternis nimium accidētaliter agimus, quasi ad nos non spectarent. Experientia comperimus, quāuis in humano corpore cor magis ad sinistrum, quam ad dextrum latus propendet, subtiliores tamen spiritus, & vitales operationes ex eo ad dextrum, quam ad sinistrum latus procedere. Unde pars dextra fortior, & ad quidlibet faciendum habilior, est, quàm sinistra: contrariumque, videlicet, quæquam crebrius sinistra, quam dextera vti monstrum in natura esse ducitur. Sic¹ quāuis cor animæ, quæ est voluntas ob concupiscentiæ corruptionem ad corporalia præsentis vitæ bona, quæ est pars sinistra, propensius inclinatur, quam ad spiritualia futuri seculi bona, quæ est pars dextera, tamen naturalis ipsius voluntatis propensio magis ad æterna, quam ad temporalia bona dirigitur. Imo prodigium esse videtur quenquam magis optare huius, quam futuri sæculi bona perquirere. Idcirco sponsa dicebat: *Leva eius sub capite meo, quasi omnia temporalia contemneret, & dextera illius amplexabitur me, quasi cœlestium bonorum amore correpta. Ut enim dicit Divus Gregorius: quid per levam, nisi vita præsens? quid autem per dexteram, nisi perpetua vita designatur? O fœlix anima, quæ tanquam præsentis immemor vitæ illam sub capite suo habet: & futuræ amore capta eam semper præ oculis fert.**

Hoc summa veritas in isto singulari sermone, quem in loco campestri habuit ad turbas, aptè confirmat, cum sic exorsus fuerit. *Beati pauperes: quoniam vestrum est regnum Dei.* Nabuchodonosor in somnis proceram quandam statuam perspexit. Huius statuæ caput ex auro erat: pectus autem, & brachia ex argento: venter, & fœmora ex ære: tibiæ autem ferreæ: pedum quædam pars erat fictilis. Et lapis abscissus est de monte sine manibus, & percussit statuam in pedibus fictilibus, & comminuit eos, tunc contrita sunt pariter omnia quæ fundata erant super eos. In hoc delineata est operatio, quam fecit adventus filij Dei in terram.

In hæc

12 In hac mundi mote aurum, humana scientia, fama, potentia, fortitudoque multum valebant. Descendit autem lapis ex alto monte, idest, ex caelo, quod dicitur mons, vt dixit David. Et exaudisti me de monte sancto tuo, idest, de caelo. Petra *Psal. 307* autem erat Christus. Diciturque lapis abscissus sine manibus: quia in tanta hac re, qualis fuit admirabilis incarnatio Verbi diuini nihil rudes hominum manus effecerunt: sed fuit spiritus sancti operatio. Vnde quærenti virgini sacratissimæ, quomodo fiet istud? Angelus respondit: Spiritus sanctus superueniet in te. *Luc. 10* Dicitur etiam lapis hic abscissus sine manibus, quia manus aut opera nostra illum non attulerunt. Non descendit, vt humanam assumeret naturam, propter iustitiam, quæ nobis inerat. Et sic dixit sapientissima virgo Maria in suo cantico: Suscepit, scilicet, Deus Israel puerum suum, scilicet, Christum, in utero meo, non ob aliquod humanum meritum, sed, recordatus misericordiæ suæ. O quàm mirabiliter, atque succinctè sacratissima virgo mysterium incarnationis explicuit. Suscepit, inquit. Non fuit vtriusque naturæ commistio, sed mirabilis quædam assumptio humanæ naturæ ad diuinitatem, sacratissimumque Iesum aptissime puerum, & Israel appellat. Puerum, quia ineffabili puritate præcelluit: Israel, quia ab instanti conceptionis suæ beatissima eius anima Dei visione fruita fuit. *Tite 3* Hoc autem non ex operibus iustitiæ, quæ fecimus nos: sed, recordatus misericordiæ suæ. Et hoc significat: Abscissus sine manibus. Hic igitur lapis è cæli monte descendens lutum comminuit, & omnia, quæ in eo sita erant: aurumque & argentum à sui æstimatione decidit. Quando autem diuinus hic lapis lutum, ac statuatam tetigit? Non solum quando pauper in stabulo natus est, pauperque in hoc sæculo vixit, sed etiam cum dixit: *Beati pauperes, quoniam vestrum est regnum Dei: O Christe æterna sapientia, quomodo pauperes Beatos appellas? Cum Beati solum sint, qui Deum vident? Dico iustos, qui in caelis, & qui in terris commorantur, vtrosque Deum videre: quanuis dissimiliter: hos, scilicet, per fidem, obscure: illos autem per claram visionem. Et hoc est, quod Diuus Paul. ait: videmus nunc per speculum in ænigmate: tunc autem facie ad faciem. Et quemadmodum visio sic & beatitudo dispar est. Commendatariorum alij vestem cū insignibus simulque cōplures redditus, ac possessiones habent:*

alij verò insignia tantum cum veste gerunt, sperantes se per tem-
 poris discursum redditibus esse donandos. Vnde que sunt comē-
 datarij, alteri in spe, alteri in possessione: ita omnes iusti sunt bea-
 ti: cælites verò sunt iam possidentes: qui autem in terra commo-
 rantur, sunt beati spe. Et quanuis nonnulli hæc verba sic expli-
 cant: Beati pauperes, id est, humiles: Dominus tamen ad literam
 de pauperibus loquitur, qui vel se propter Deum pauperes ef-
 fecerūt, vel quos Deus pauperes fecit: ipsique paupertatē æquo
 animo patiuntur: huncque statum, in quo à Deo locati sunt, dili-
 gunt. Et sic in contextu Græco habetur: Beati pauperes, & men-
 dici. Priusque Dominus hanc virtutem statuit, tanquam mirifi-
 cus artifex sublimes ædes extruere volēs prius terram perfodit
 & terram abstrahit, statimque lapides fundamēti constituit. Sic
 Christus Redemptor noster vt diuini amoris, aliarumque virtu-
 tum lapides in hominum cordibus statueret, prius terrenum sæ-
 cularium rerū amorem foras expellere curauit. Ideoque quod
 dixit adolescenti volēti ipsum sequi: Si vis perfectus esse, vade,
 & vēde omnia quæ habes, & da pauperibus, & sequere me, sic
 debet intelligi: Si vis dispositus esse ad perfectionē, vade, & vē-
 de omnia, quæ habes, &c. Perfectio quippe non in paupertate,
 sed in charitate consistit. Quintus Curtius refert, Alexandrum
 Magnum cum Indiam vellet expugnare, omnes tã suas, quàm
 suorum diuitias cumulasse, atque igne cremasse: quò ipsius mili-
 tes paupertate coacti viriliter dimicarent, & ab Indis victoriam
 reportarent, sicque quod ipse expetebat impetraret. Quid vobis
 videtur fratres de animo, & artificio præstantissimi ducis illius?
 Quomodo ad æternam beatitudinem consequendam id non fa-
 cere curatis, quod Ethnicus ille fecit, vt Indiam expugnaret? Si
 quidem in sacro Baptismate vos mundo eiusque pompis renun-
 ciare promisistis: cur fidem, quàm Deo sanctæque eius ecclesiæ
 astrinxistis, non liberatis? Quare promisissis nō statis? Cur vestra
 bona temporalia diuini amoris igne non vritis, atque consumi-
 tis? Quare non curatis, vt hæc super vos benediētio, Beati paupe-
 res, cadat. O quantæ confusionis est mundum alios habere bea-
 tos longe dissimilesijs, quos Christus Redēptor noster hic bea-
 tificat: & ferè omnes homines malle ex mundi, quam Iesu Chri-
 sti beatisse. Ecqui autem sunt beati huius sæculi? Dauid hoc di-
 cit, Deum sic alloquens: Erue me de manu filiorum alienorum,
 quorum

Similis

Matth. 10.

*Quintus
Curtius.*

Psal. 143.

18 quorum os locutum est vanitatem: & dextera eorum dextera iniquitatis: quorum filij sicut nouellæ plantationes in iuuentute sua. Filia eorum compositæ circumornatæ, vt similitudo templi. Promptuaria eorum plena eruſtantia ex hoc in illud. Quæ eorum foetosa, abundantes in egressibus suis. Boues eorum crassa. Beatum dixerunt populum cui hæc sunt. Vt homines ex his beatis sint, varijs sollicitudinibus anguntur, maria tranant, orbem circumueunt, nec vna saltem hora quiescunt. Melius autem maledicti vocari possunt. Hic enim cõcludit David, dicẽs: Sed beatus populus, cuius Dominus Deus eius. O quanto pere hi miseri in horam mortis turbabuntur, videntes mortem sibi inuitis, tunc bona subtrahere, quæ nimia cum anxietate comparauerant cum eius tranquilliperfrui conabantur. Quod optimè depingit

19 Ecclesiasticus diuitem quendam auarum ita loquentem inducens: Inueni requiem mihi, & nunc manducabo de bonis meis. *Eccle. xi.* solus. Et nescit quòd tempus prætereat, & mors appropinquet, & relinquat omnia alijs. Et alia translatio habet. Et nescit, quòd mors appropinquet, & relinquet omnia alijs. Et sic est in contextu Græco. Vbi huius rei infallibilis certitudo designatur. Ecquid igitur remedij nos doces, ò Pater, (dicit quispiam) vt à tanto hoc malo liberemur? Hoc remediũ est fratres, siquidem Dominus hic dicit, regnum cœlorum esse pauperum, ab eis illud diuitijs vestris emere curate. O mirificam pauperum prærogatiuam, quòd si fericas, aut auro contextas vestes emere vultis in mercatorum officinas vos conferatis: si verò cœlum emere velitis, in pauperum domos vos confugere oporteat.

20 *Beati qui nunc esuritis, quia saturabimini.* Perpendite illud, nunc, in quo præsentis vitæ breuitas designatur, vbi fames toleratur. Vt enim ait D. Paulus, quòd in præsentia est momentaneum, & leue, in futuro autem sæculo erit æterna saturitas. Et quanuis qui in hoc sæculo propter Deum famem corporalem patiuntur, beati sint, multò tamen beatiore sunt, qui iustitiam esuriunt. Diuinusque Magister post paupertatem famem etiam collocavit, quia ex priori posterior sequitur, tam in temporalibus, quàm in spiritualibus. Experientia quippè comperimus, eos, qui alijs, porris, cepis que saturantur, & alijs rudibus cibus abundè vescuntur, gallinas postea, siue perdices, quanuis excellentiora sunt, nõ esurire. Sic homines temporalibus saturati spiritualia bona non

Psal. 101.

esuriunt: sicque illis vesci obliuiscuntur: ex quo magna animæ²¹
 prouenit imbecillitas. Satis hoc David sentiebat, cum diceret:
 Aruit cor meum, quia oblitus sum comedere panem meum. Di-
 uinæ legis obseruatio, diuinum verbum, sanctissima sacramen-
 ta, aliæque spirituales exercitationes sunt animæ cibus: & cum hoc
 pane caret, arefcit. Ideò ad iustitiam esuriendam valde conducit
 spiritus paupertas. Deus est magnanimus, ac munificētissimus,
 compluresque diuitias, quas largiatur, habet: velletque homines
 ingenti esse stomacho ad eas recipiendas, illasque maximè esu-
 rire. Atque ideò dicit: Beati, qui esuriunt, &c. Nonnulli tam ar-
 cto sunt stomacho, vt modico saturentur, Cum vnā lachrymā
 effunderint, vnam diem ieiunarint, vnam pauperi elemosynā
 erogauerint, iam se sanctos esse arbitrantur. Non hoc Deo pla-
 cet. Si Rex magnates regni sui inuitaret, splendidissimumque²²
 præclarissimis refectum cibus eis conuiuium præparare iuberet,
 nonne tristaretur, si cum primus catinus in mensam est allatus,
 conuiuæ adhuc vix aliquid delibantes dicerent: Ne plus nobis
 afferatur: iam enim saturati sumus, iam plus edere nequimus. O
 superne Saluator Iesu Christe, tu es Domine Rex potens, atque
 magnanimus, qui in mundum veniens regale conuiuium feci-
 sti, quod non auro quidem, sed abundantis sanguinis affluentia,
 plurimisque laboribus, & afflictionibus præparasti: cumque nos
 omnes ad illo fruendum inuites, adeò miseri, arcto que stomacho
 sumus, vt prima buccella simus contenti: & minimo quoque pie-
 tatis opere nobis satisfaciamus. Attē dite fratres, & iterum, atque
 iterum attendite, vnum ex laqueis diaboli esse, hominibus per-
 suadere, eos in Dei ministerio nimium profecisse: iamque ad me-
 tam virtutis peruenisse, cum vix passum vnum in eius via gressi²³
 fuerint. Dilata os tuum, & adimplebo illud: dixit Deus Dauidi,
 & singulos nos oportet cogitare Deum hæc nobis verba dicere.
 Aperi os, o Christiane, animi tui desiderium amplifica, ne modi-
 co spiritali cibo sis contentus, sed te maioribus assuefac. O beata
 anima, quæ in hoc Deo paret, quæ que in eius ministerio nimium
 progressa adhuc tunc se exordiri credit. O gloriose Apostole Pau-
 le quā opere iustitiā esuriebas, nec plurimis ministerijs, que
 Deo exhibueras, cōtentus eras, sicque dicebas: Omnia detrimen-
 tū feci, & arbitrō vt stercora, vt Christū lucrificiā, vt & inue-
 niar in illo ad cognoscendū illū, & virtutem resurrectionis eius,
 & socie-

Psal. 62.

Phil. 4.

24 & societatem passionis illius configuratus morti eius, si quo modo occurrā ad resurrectionem, quæ est ex mortuis, non quod iā acceperim, aut iam perfectus sim. O mirabilem sancti Apostoli humilitatem, & mirabilem maioris perfectionis famem. Postquā tot labores fuerat perpessus, Euangelicamq; legem ad vnguē (vt aiunt) obseruarat, dicit: Liberet me Deus à tali cogitatione, vt me iā ad perfectionē peruenisse credam: at quantū valeo, laboro, vt Dominum meum Iesum Christum in morte imiter. O quā ad literam hic adimpletur quod dixit Dauid: Accedet homo ad cor altū, & exaltabitur Deus. Id est, quò sublimius cor iusti ad maiora eleuatur: eò illi magis repræsentatur multū sibi deesse, vt ad Deū perueniat. Ideo statim Beatus Paulus subdit dicens: Fratres, ego me non arbitror comprehendisse, vnum autem, quæ quidem retro sunt, obliuiscēs, ad ea verò, quæ sunt priora, extendens me ipsum ad destinatum persequor brauium supernæ vocationis Dei in Christo Iesu. Et post ea subdit. Quicumq; ergo perfecti sumus, hoc sentiamus. Quasi dicat: Animæ perfectio docet hominem de se humiliter sentire, neq; ad opera bona, quæ fecit respicere: sed semper optare in Dei ministerio maiorapficere. Qui ergo fratres mei de perfectiōe vestra gloriāmini, hæc, quæ hic S. Apostol⁹ dicit: Audiētes erubescite. Nimia sollicitudo, atq; anxietas, qua filij hui⁹ sæculi terrena perquirūt, exēplar nobis esse deberet, quò ducti cęlestia inextinguibili quadā fame quæreremus. Ecquid mūdānus homo non facit, ecquid intentatū relinquit, vt mille sibi aureos acquirat? Oīa cōprehēdit, nullū discrimē pertimescit: frigoribus, & calorib⁹ nō deterretur.

26 Oīa ei facilia, & plana vidētur arbitranti se aliqua ratione, mille aureos esse lucraturum. Per viscera Iesu Christi ob nos crucifixi vos deprecor, dilectissimi fratres, vestrā viuēdi rationē cōmutetis, curāq; qua hui⁹ sæculi caduca perquiritis, in diuino Dei ministerio à modò adhibeatis. Nosmetiplos vincam⁹. Quāuis enim vires nostræ modicæ sint, quod de nobis diffidim⁹, id Deo fidamus: ipse enim est securus, ac fidelis amicus. Quid nobis facillimū non reddetur, quantūcūq; difficile sit, si à Deo iuuabimur? Oīa (inquit Apostolus) possum in eo, qui me cōfortat. Quasi dicat. Nullū malum mihi officit Deum in adiutorem habēti. Fames mihi saturitas, carceres, ac vincula libertas, labores sunt indulgentiæ, mors vita, quū tali sim adiutus auxilio. Ecquis igitur

Psal. 53.

Phil. 4.

nostrum cū ipsum Deum auxiliatorem habeamus, mundum, 27
 infernumque in certamē non accersiat, & de vtroque certam vi-
 storiam non speret? Eia fratres, num quicquam efficio, an non?
 Deus hoc efficiat, Deus hoc efficiat, Deus hoc efficiat: ipse ete-
 nim omnia potest. Ipse (quæ eius est pietas) vos semetipsum faci-
 at esurire. O incommutabilis Deus, quomodo ego vilissimus
 terræ vermiculus cū in sim, te non esuriam: siquidem tu æternus
 ac potentissimus Dominus me esuris, totq; artibus, ac rationi-
 bus exquiris? Quòd si me perquiris, non propter tuam quidem
 sed propter meā vtilitatem me quæris, neq; enim me tibi opus
 est, & ideo vis, vt iustitiam tuam esuriam, scilicet, quò illa me re-
 pleas. Quid diceretis de homine, cui aream immūditia plenam
 habenti v. ex diceret: Euacua thecam istam, volo enim eam tibi
 auro, margaritisque replere: ille autem responderet, Abi Dñe, 28
 aurū, margaritasque tuas nolo, sed thecam meā immunditia ple-
 nā habere malo? O insane ia tantam amētiam incidere potuisti?
 Nunquid si quis hoc faceret, non valde miraremini? Sic vtique.
 Multo igitur magis vosmetipsos miramini, qui cum seculariū
 rerum amore plenū habeatis cor, quæ omnes sunt immundi-
 tiæ, & stercorea, illud euacuare nō vultis, vt Deus suis diuinis do-
 nis impleat, quauis ipse hoc sub æternæ condemnationis pœ-
 na præcipiat. Cur igitur talem in vobis amentiam cernentes pu-
 dore non confundimini? Per Dei reuerētiam vos deprecor, ocu-
 los aperiatis, tantoque huic malo remedium adhibeatis, à cordi-
 bus vestris hoc stercore expellite, quò Deus illa diuina gra-
 tia repleat, qua cælestis gloria comparatur: ad
 quam nos perducatur Iesus Mariae
 filius, Amen.

In

In eodem Communi pluri-

morum Martyrum : & maximè pro

Beatis Fabiano & Sebastiano

Concio Tertia.

Beati qui nunc fletis, quia ridebitis, &c. Luc. 6.

Er Amos Prophetam comminatus est Deus Hebræos, dicens: In omnibus plateis plactus, & in omnibus, qui foris sunt, dicetur: *Væ, væ,* & in omnibus vijs erit planctus. Profectò si modo vera charitate niteremur, quod Dominus Hebræis minitatus est, faceremus. Animaduertentes enim mala, quibus orbis est plenus,

Amos. 5.

domos, vias, atque plateas lachrymis repleremus. Et quamvis lachrymæ ob hunc finem effusæ nimis meritoria sint, & de ijs, qui eas effundunt dici possit: *Beati qui nunc fletis,* Aliæ etiam sunt cõplures causæ, ob quas Deo lachrymæ maxime placent. Vna est in iustis viris imperfectionũ suarum cognitio, quæ in tepidis, ac remissis hunc effectum operari non solet. Qui se in speculo considerat, experientia comperit, imaginem talem vultum repræsentare, qualem ipse habet. Si hilari est vultu, hilarem eum speculum repræsentat, si verò in cæsto, in cæstum ostendit. De Chri.

Simile.

3. sto vera Patris sapientia dicitur: Speculum sine macula imago bonitatis illius: taleque hoc speculum, & hæc imago nobis repræsentatur, quales nos sumus. Iustus iustus, atque seuerus repræsentatur: & sic eum timore viuunt, defectusque suos quantumuis paruos lamentantur cognoscentes eos esse aliquo modo iniurias infinitæ maiestatis Domino illatas. Remissis verò, & amplæ conscientia viris Deus remissus, & negligens repræsentatur. Non enim sibi persuadent, se ab eò seuerè esse tractandos: sicque peccatis onusti tristitia ac timoris expertes viuunt. Alia est etiam iustis effundendi lachrymarum causa, scilicet, animaduersio occasionum, & offendiculorum, quæ sunt in orbe terrarum. Rex videns omnes magnates, ceterosque totius regni sui

Sap. 7.

viros sibi rebellare, atque etiam domesticos suos nihil eorū, quę ipse præcipit, facere sed omnes in ipsum confurgere quā esset afflitus, quotque lachrymas effunderet? Hoc utique iustus considerat, omnia, scilicet, corporalia, quę Deus in hominis ministerium creauit, pulchritudine, odore, saporeq; suo corruptam hominis naturam ad malum inuitare. Non solum autem res exteriores, sed domesticas etiam, qui sunt proprii sensus capitales ipsius hostes existere, adeo ut eos Sathanas in instrumenta aduersus spiritum allumat, sibi persuadens, illis se de spiritu victoriam esse reportaturum, quam per se consequi minime potest.

Math. 10. Et ita dixit Dñs: Inimici hominis domestici eius. Hęc omnia iusti profunde considerant: scientesque quot, ac quantis periculis sint expositi vberem lachrymarū copiam effundunt, sibi, proximisq; suis à diuina maiestate auxilium deprecantes. Ita Hieremias Propheta faciebat, sicut ipse fatetur dicens: Oculus meus afflictus est: nec tacui, eo quod non esset requies, donec respiceret, & videret de cœlis Deus. Verba hęc sunt animaduersu dignissima: in quibus viua lachrymę orationes esse significatur: atq; ingēs in eis viri sancti perseueratīa designatur. Plorant etiam iusti præ desiderio ab hoc exilio exeundi, & in illa cœlesti beatitudine cū securitate morandi. Quando festa ludique in vrbe celebrantur, maiori mœrore, angustiaque afficiuntur qui in carcere detinentur, quia illinc exire nequeunt, ut aliorum gaudijs perfruantur. Itacū iusti ineffabilia gaudia contemplentur, quibus iusti in diuino conspectu perfruantur, seseque in his mortalibus corporibus inclusos detentosque, ac terrenarum passionum, quibus affliguntur, atque torquentur, vinculis alligatos experiantur, setanto bono priuari, maxime dolent, plorantque desiderantes eo iam perfrui. Si David tãto cum affectu dicebat: Educ de custodia animam meam ad confitendum nomini tuo: me expectant iusti donec retribuas mihi, sciens quāuis ē corporis carcere exiret, se vsque ad sacrā Iesu Christi filij sui mortē Deo non esse fruiturū, & pro tunc consolationē, quā iusti in sinu Abrahamæ permulcebantur, retributionem appellabat, quomodo iusti ardentius nō optabunt ab his fecitissimis ergastulis exire, ut protinus superno illo bono fruatur? Has, aliasq; iustissimas lugendi causas habent iusti. Et de his dicit Dñs: Beati qui nūc fletis, quia ridebitis. Non verō de ijs, qui tēporalia detrimentalamentantur.

Vt

7 Vt enim B. Paul. ait, quæ secundū Deū tristitia est, poenitentia in salutem stabilem operatur: sæculi autē tristitia mortē operatur. 2. Cor. 7.

Vos igitur dilectissimi fratres deprecor, vt omnes has flendi occasiones pijs cordibus contēplemini, quanuis per misericordiā Dei, nullū in vobis lethalē reatū sentiatis: quò super vos hæc dōmini benedictio cadat. Qui vero actualiter in mortali culpa persistitis, hoc etiā singulari vtimini remedio: magna cordis vestri amaritudine lamētamini, siquidē hic sanctus Apostolus dicit, Tristitiā, quæ secundū Deū est, poenitentia in salutem stabilem operari. Vbi valde pensandū est verbū illud: Stabilem. Ex quo infertur eum, qui poenitentia egit, & in idem peccatū reincidit, oportere vereri, an forte hac tristitia caruerit, de qua hic B. Apostolus loquitur. Felices igitur qui in hac lachrymarū valle ploratis, & secundum Deum contristamini, quia ridebitis, scilicet, in cœlesti Hierusalem sempiternis gaudijs perfruentes. Deus q̄q; proprijs manibus lachrymas ab oculis vestris absterget, quæ admodum mater dilectissimū filium lachrymatem tergere solet: sicut B. Ioānes affirmat dicens: Absterget Deus omnem lachrymam ab oculis eorū: & luctus ultra non erit, neq; clamor, neque dolor erit ultra, quæ prima abierunt. O benedictus, & glorificatus talis Deus, qui talē, ac tantā indulgentiā, consolationem que seruis suis pollicetur. Super quo verbum illud: Quæ prima abierunt, perpendi oportet. Quasi dicat: Quia in hoc sæculo fleuerunt & mala passi sunt.

8 Nam de his, qui in hoc sæculo non lugent dixit paulò inferius: *Væ vobis qui ridetis nunc, quia lugebitis, & flebitis.* Et multo antea Isaias propheta prædixerat: Ingemuerunt omnes, qui latabantur corde. Cessauit gaudium tympanorum, & quieuit sonitus latantium. Gaudere corde, est se ex animo humanis voluptatibus tradere. O infœlices quàm fraudulenter vos Sathanas decipit, cum breuissima quæque gaudia, & voluptates æternis sitis cruciatibus soluturi. Fratres desideratissimi ne, quæso, semen in cordibus vestris seratis, ex quo talis fructus est proditurus: sed semen serite, quod optimū fructū ferat. Si gaudia seueritis, tristitiam metetis: nā extremā gaudij luctus occupat. Quod si merorē seueritis, æterna gaudia colligetis. Qui fructiferā arborē plātare cōnatur, non plātaturam folia, flores, ac fructum habentem: hoc enim esset

operam

2. Cor. 7.

Apoc. 21.

Isai. 24.

Prov. 14.

Simile.

operam perdere: cum futurum sit, vt statim frondes marcescāt, flores excidant, simulque cum ramo fructus areseat. At si prudēter facere vult, debet stirpem cum radicibus plantare: sicque ampliores radices aget, crescetque in arborem, & frondes, flores, ac fructum feret. Cor nostrū est veluti viretum. Si in eo lætitiæ ramum cum floribus, ac fructu plantare velimus, incassum laborabimus: nā ex vno gaudio non alia gaudia oriuntur. Statim quippe humana voluptas arefcit, & omnia in tristitiam conuertuntur. Vultis fratres lætitiæ arborem habere, quæ æternæ lætitiæ fructū ferat? Dimittite ramos, & ad veræ lætitiæ stirpem confugite, eamque in cordibus vestris plantate. Ea est tristitia, & non quæ cunque: sed quæ secundum Deum est, de qua superius diximus. Hoc David affirmat, dicens: Qui seminant in lachrymis, in exultatione metent. Et sic Sapiens temporum discrimen assignans dicit: Tempus plorandi: & tempus ridendi: tempus tacendi, & tempus loquendi. Prius utique dixit: Tempus plorandi, quā tempus ridendi: & prius dixit: tempus tacendi, quā tempus loquendi: quia per lachrymas, & silentium vera lætitia, cœlestisque conuersatio impetratur.

Vltorius summus prædicator in sua cœlesti cōcione progreditur, dicens: *Beati eritis cum vos oderint homines, & cum separauerint vos, &c. propter filium hominis. Gaudete in illa die, & exultate.* O Christe Angelorum gloria, beatorumque spirituum vera lætitia, quomodo fidelibus amicis tuis præcipis, vt in maximis quibusque tribulationibus exultent? Nunquid non illi ex osse, carneque sensibili constant? Vtique. Sed in hoc ineffabilis potentia mea perspicietur, cum talia in debili, imbecillaque natura perficere possim, vt homines, ac foeminae in medio cruciatuum singulari lætitia, & consolatione interius perfundantur. Idcirco B. Paulus singulares Deo gratias agebat, dicens: *Benedictus Deus & Pater Domini nostri Iesu Christi, Pater misericordiarum, & Deus totius consolationis, qui consolatur nos in omni tribulatione nostra, vt possimus, & ipsi consolari eos, qui in omni pressura sunt.* Quoniam sicut abundant passiones Christi in nobis, ita abundat consolatio nostra. Infallibilis utique veritas hæc est. At quomodo dicit Beatus Bernardus: *Filij huius sæculi vident cruces nostras, & non consolationes nostras. Ecquid perspicit mundus in seruo Dei, præter famē, paupertatem, afflictionem,*

Psal. 125.

Eccle. 3.

2. Cor. 1.

Bernard.

13 afflictionem, persecutionemque beatitudinem autem in eius pe-
 ctore delitentem non cernit. Et vice versa malorum voluptates
 saturitatesque perspicit, infernum autem in eorum pectoribus
 volutantem non videt: sicque homines hos sequi volunt, atque
 desiderant, illorum autem imitationem repudiant. Etiam Da- *Psal. 72.*
 uid quanuis Deo nimis amicus dicebat: Mei autem penè moti
 sunt pedes: penè effusi sunt gressus mei: quia zelavi super ini-
 quos pacem peccatorum videns. Id est, sensualitas mea ad malo-
 rum vitam sectadam me inuitabat: cum exteriorem illorū pro-
 speritatem perspicerem. Quia non est respectus morti eorū, id
 est, videntur ad moriendum nati non fuisse. Sic corpora sua tra-
 ctant, sicque voluptatibus indulgent, & mortis obliuiscuntur,
 ac si immortales essent. Et non est firmamentum in plaga eorū,
 14 id est, si eis labor aduenit, statim finitur: nā vel minis, vel numis
 omnia conficiunt. In labore hominū non sunt, & cū hominibus
 nō flagellabūtur, pro flagellātur. Si pestis in vrbe grassatur, eos
 non tangit: statim enim se se in pagū conferūt. Si annonæ caritas
 viget, domum eorum non ingreditur. Et quia se adeo prosperos
 animaduertunt, ideò tenuit eos superbia: operti sunt iniquitate,
 & impietate sua. Sicut vir locuples hodie vnum, cras alterum ve-
 stis genus depromit: ita hi hodie vnam, cras alteram peccandi ra-
 tionem inueniunt. Modo furantur, deinde ludunt, postea turpi-
 tudines admittunt: passimque varijs scelerum generibus ope-
 riuntur. Liberet nos Deus ab hominibus, qui iniquitatibus suis
 operiuntur. Si lex Euangelica damnat hypocritas, quia boni
 speciem præ se ferunt, cum intus scelesti sint: quid fiet illis, qui
 15 præ nimia cordis deprauatione exterius malitia superinduuntur,
 vt quod intus latet, foris appareat? Quomodo amator de per-
 polita veste gloriatur? O diabolica abominatio, quam sæuis cru-
 ciatibus punieris? Ne huiuscemodi homines æmulemini fratres
 charissimi. De illis enim dicit inferius ipse Propheta: Deiecisti
 eos dum alleuarentur. Quomodo facti sunt in desolationem: su-
 bitò defecerunt: perierunt propter iniquitatē suam. Velut som-
 nium surgentium Domine in ciuitate tua imaginem ipsorum
 ad nihilum rediges. Ecce vanitatum, prosperitatumque sæcula-
 rium finem. Attendite quomodo hic Dauid omnia vocat imagi-
 nem: quæ apparentiam tantum sine existentia habet, & in in-
 stanti euanescit. Ideò fratres ne malorum exteriora considere-

tis: illa enim species vos fallat: nec exterioribus iustorum laboribus¹⁶
 terreamini. Sed beatitudinem caelestem quae consolationem
 eorum animis delitentem considerate, quod eorum exemplo labo-
 res etiam patiamini. David ait: Beati omnes, qui timent Domi-
 num, qui ambulant in vijs eius. Statimque priuatim recēset quid
 singulis quibusque in hoc mūdo contingat, dicens: Labores ma-
 nuum tuarum, quia manducabis, beatus es, & bene tibi erit. Ec-
 quid hoc est sancte Propheta? Ijs, quae homines manuum suarū
 laboribus acquirunt, vesci consuescunt: quomodo tu dicis iustū
 ipsos labores esse comesturum? Vult dicere: ipsos labores, quos
 iustus propter Deum patitur, cordis sui alimoniam, gaudium, &
 exultationem esse. Ex ijs enim iustus magnam sibi consolatio-
 nē percipit. Et ita dicit Abacuc Propheta: Facies homines quasi
 pisces maris. Nam quemadmodum pisces in amaris aequoris¹⁷
 aquis natare, volutarique gaudent: sic verorum hominum, id est
 iustorum exultatio, atque lætitia est, huius sæculi amaritudini-
 bus perfundi. Sicque Diuus Paulus suo, aliorumque iustorū no-
 mine dicit: Gloriamur in tribulationibus, scientes quod tribula-
 tio patientiam operatur: patientia autem probationem: proba-
 tio verò spem. Ideò pisces in amaro mari delectabiliter viuunt,
 quia quandam occultam dulcedinem suggūt in amara aqua la-
 tentem, quae illos nutrit, atque saginat. Sic iusti ex amaris labo-
 rum, tribulationum, asperitatumque vitæ poenitentis aquis cer-
 tum quendam spiritalem dulcorem eliciunt, qui humanis lin-
 guis non valet explicari, etsi potest sentiri, atque gustari. Estque
 valde notandum (vt piscium metaphoram prosequamur) quem¹⁸
 admodum in mari, aquisque amaris maiores, pinguiores, dulcio-
 resque pisces reperiuntur, quam in dulcibus fluminibus: ita quāuis
 in statibus magnatū, diuitūque & corpora sua delicate tractantiū
 iusti aliqui sint, in mari tamen poenitētis, austeræque vitæ in pau-
 pertate, ac calamitatibus multo maiores, perfectioresque sanctos
 reperiri. Ipse namque tribulationes cor dilatant, animaque ad maiora
 Dei dona recipienda disponunt. Et ita dicit David: In tribulatione
 dilatasti mihi. Quemadmodū aurifex argentū malleo quatit, quo
 dilatatur, quo vas maius efficiatur: sic Deus supernus artifex me-
 diantibus malleis tyrannorum, aliarumque calamitatū iustū quatit, qui
 basibus eius cor amore, & charitate dilatatur, magisque disponi-
 tur ad maiora dona, pluresque celestes liquores in se recipiendos.

Peccator

Psal. 127.

Abac. 1.

Rom. 5.

Simile.

19 Peccator autem est quasi sartago vetus, quæ vno mallei ictu in fringitur, & vndique perforatur patientiam amittens. In Prouerbis dicitur: Legatus fidelis egestas, & ignominia. Et quemadmodum, qui Regium legatum iniuria afficit, ipsi Regi iniuriam infert: sic, qui de laboribus sibi à Deo inmissis queritur, Deo iniuriam infert.

Prou. 13.

Animaduerte igitur, ò frater, singulos labores tibi contingentes, Dei esse legatos: brachia expande, illosque charitatis visceribus amplectere. Considera quid summa veritas in hodierna sancti Euangelij lectione dicat: *Beati, inquit, eritis, cum vos oderint homines, &c. Propter filium hominis.* Quod si quis querat: Pater, si propter peccata mea passus fuero, nunquid pars aliqua huius benedictionis super me cadet, cum hic Dominus dicat, labores propter filium hominis esse patiendos? Ad hoc tibi respōdeo, si vere, & ex animo ad Deum fueris cōuersus, hoc propter Deū pati esse dicēdū. Hoc perspicue patet in Dauid. Qui cū à Nathā Propheta ob adulteriū, homicidiūq; reprehensus peccatis suis digna pateretur, dixit in Psalmo: Quoniam propter te sustinui opprobrium, operuit cōfusio faciē meā. Quomodo sustines propter me (posset Deus dicere.) Nunquid propter peccata tua nō sustines? Sic. Verum, quia hoc patienti animo sustineo, dico me propter te pati. Patientiā igitur ò peccator præsta, verāq; age poenitentia, & quicquid propter adulteriū, homicidiū, vel furtū sustinueris, propter Deū pati iudicaberis: sicut accidit Dauidi. Et quāuis, verum sit Deum in ipsismet tribulationibus diuinarū consolationum rores immittere, vt prædiximus. At præter, has consolationes subdit hic; Dñs, *Gaudete in illo die & exultate: ecce enim merces vestra multa est in caelis.* Gaudium in solo corde persistit: at exaltatio est lætitia ex corde ad exteriora profiliēs. Vultq; bonus Iesus iustos in tribulatione gaudere, & exultare. Huiusque gaudij, & exultationis causam assignat spem ingentis præmij, quod eos in caelo manet. Et iā Beatus Paulus (vt prædictū est) cum dixit: *Gloriamur in tribulationibus, gaudium illud mercedis præmijque spei attribuit.* Posteaque conclusit, dicens: *Spes autem non confundit, id est, non deficit: sicut exponit D. Thomas super hunc locum.* Quia ille dicitur à spe sua confundi, qui deficit ab eo, quod sperat. Et sic oportet intelligi locum illum Ecclesiastici dicētis: *Nullus sperauit in Domino, & cōfusus est:*

2. Reg. 22.

Psal. 64.

2 consolationes subdit hic; Dñs, *Gaudete in illo die & exultate: ecce enim merces vestra multa est in caelis.* Gaudium in solo corde persistit: at exaltatio est lætitia ex corde ad exteriora profiliēs. Vultq; bonus Iesus iustos in tribulatione gaudere, & exultare. Huiusque gaudij, & exultationis causam assignat spem ingentis præmij, quod eos in caelo manet. Et iā Beatus Paulus (vt prædictū est) cum dixit: *Gloriamur in tribulationibus, gaudium illud mercedis præmijque spei attribuit.* Posteaque conclusit, dicens: *Spes autem non confundit, id est, non deficit: sicut exponit D. Thomas super hunc locum.* Quia ille dicitur à spe sua confundi, qui deficit ab eo, quod sperat. Et sic oportet intelligi locum illum Ecclesiastici dicētis: *Nullus sperauit in Domino, & cōfusus est:*

Roman. 15.

D. Thom.

super episto.

ad Romanos.

Eccli. 2.

id est:

Vatab.

Indi. 10.

Psal. 118.

Isai. 40.

id est, Nullus speravit in Domino, & sua spe destitutus est. Et²²
 Vatablus in Psalmo trigesimo: In te Domine speravi, non confundar in aeternum: pro, confundar, vertit, non pudeam spe, scilicet, mea frustratus. O si hæc spes cordibus nostris dominaretur, quàm maliter, ac viuimus, viueremus: & quàm fortiter vniuersas sæculi calamitates perferremus. Vt milites Holofernis Iudith pulchritudinem perspexerunt, dixerunt: Quis cõtemnat populum Hebræorum, qui tam decoras mulieres habent: vt non pro his meritò pugnare contra eos debeamus? Quod si illi tanto se labori, periculoque pro caduca mulierum pulchritudine volebãt exponere, qd nos facere oportet, vt infinita Dei pulchritudine perfruamur. O quot labores, quamque patienti animo gloriosus martyr Sebastianus pertulit, cuius gloriosum martyriũ, mortemque sancta mater ecclesia hodie celebrat. A tyrãnis ob fidei²³ confessionem sagittis est consitus. Ideoque cum vnaquæque sagitta in eum mittebatur, & vnaquæque plaga ei infligebatur, dicere potuit: Hæc facta est mihi, quia iustificationes tuas exquisiui. Has sagittas tam patienter pertulit, quia eius cor prius alijs sagittis fuerat sauciatum. Vna fuerat verbum Dei. Nam sagittarij qui hanc sagittam peritè immittere norunt, qui sunt feruidi, zeloque accensi concionatores, semper illa cor sauciare conantur. Deus enim dicit: Loquimini ad cor Hierusalem. Si verò tu es Babylon, difficile hæc sagitta ad cor tuum perueniet. Qui est similis Hierusalẽ, & quoad potest, se disponere curat, huius cor hac sagitta percussum manet, sicut huic sancto viro accidit. Alia sagitta fuit diuinus amor, quo etiam eius cor fuit transfixũ. Quẽ admodum qui sagittis confodiendus est, peritissimum quenq;²⁴ eligit sagittarium, qui prima sagitta eius cor vulneret & eũ occidat ne postea aliarũ ietus persentiat, (tot enim mortibus afficeretur, quot sagittis feriretur, nisi prima ipsi cor trãsfixũ fuisset) sic Diuus Sebastianus Christũ mundi Saluãtorẽ, tanquam peritissimũ sagittariũ elegit, quò diuinæ voluntatis suæ arcũ contendens in eius cor sacri amoris sui sagittam immitteret, illudq; ea transfigeret, mundoque occideret, ne aliæ sagittæ ei nocerẽt corpusque tãto perẽ affligerent. Vultis fratres, ne sagittæ, quas vobis mundus immittit, persecutiones, ac damna, quibus vos inlectatur, vobis patientiam amittendi occasione sint: hunc celestem sagittarium deprecamini, vt corda vestra diuini amoris sui sagitta

25 sagitta fauciet: & quasi insensibiles, mortuosq; carni, & eius passionibus vos reddat. Sicq; cum Sanctis morientes vitam gratiæ viuetis, posteaq; cum eis cœlesti beatitudine fruituri ad aetherea regna ducemini. Quod nobis præstare dignetur Iesus Mariæ filius, Amen.

¶ IN Quatuor concionibus, quæ habentur in Festo omnium Sanctorum complura reperies, quæ huic Euangelio possis aptare.

IN COMMUNI

Confessorum Pontificum Concio

Prima.

Homo quidam peregrè proficiscens vocauit seruos suos & tradidit illis bona sua, &c. Matth. 25.



2 Agnam utique affert admirationē, quòd cum per hunc hominem Christus Redemptor noster vniuersalis rerum omnium Dominus significetur: de quo dixit B. Paulus Diues in omnes, qui inuocant illum, bona sua in seruos suos diuidēs, vni quinq;, alij verò duo, alij verò vnū talentū cōmiserit, cū singulis quinq;, & octo etiā, aut omnia quæ vellet, dedere posset. Ad huius dubij responsionē animaduertendū est, Deū sua admirabili prouidentia sic homines in hoc sæculo disposuisse, vt cōmuniter nullus esset adeò perfectus quin ei aliquid deesset. Est quis nimis abstinēs pius, ac castus, verum ei humilitas deest. Non ita, vt superbus sit: tunc enim iam non esset iustus: sed aliquam in se difficultatem, ac repugnantiam sentit, vt alteri subijciatur, iniuriaeque sibi illatas perferat. Alius est humilis: sed ei prōpta facilitas ad tēperatiā deest. Sic se Deus Sanct. ij pars. N cum

Roman. 10.

cum hominum cordibus, ut cum terris, ac regionibus habuit. Non
 luit quippe omnes regiones necessaria sibi producere. Si vna est
 ferax tritici, est sterilis vini. Si altera pane, vinoque exuberat,
 pecoribus indiget, quia pastus ei defunt. Quod si pecoribus abun-
 dat, oleo caret. Et sic de alijs. Diuus Augustinus, ac B. Grego-
 rius affirmant, Deum ita prouidisse duplici ratione, tum ut
 hominum humilitati consuleret, quo qui vna re careret, eam hu-
 milis ab alio postularet: tum etiam ut ampliaretur charitas.
 Nam si Gallia omnia necessaria haberet, Gallus cum Hispano
 non conuersaretur: sicque cum homines inuicem inter se non
 communicarentur, angusta nimis, & astricta esset charitas. Ob
 has etiam duas ipsas rationes homines ita disposuit, ut singulis
 aliquid deesset. Tum propter humilitatem, quo animaduertens
 tu in altero virtutem, quæ tibi deest, humilieris, illumque te me-
 liorem iudices: proximusque tuus in te videns, quod ipse non ha-
 bet, se humiliet, teque meliorem, quàm se esse ducat. Quod intelli-
 gens D. Paulus admonet Philippenses dicens: In humilitate su-
 periores sibi inuicem arbitantes, non quæ sua sunt singuli consi-
 derantes, sed ea, quæ aliorum. Ad huius doctrinæ confirmatio-
 nem duos singulares sacræ paginæ locos D. Gregorius adducit.
 Alterum B. Pauli dicentis: Non sum dignus vocari Apostolus:
 quoniam persecutus sum Ecclesiam Dei. Attendite quomodo
 vir sanctus humiliabatur: quia in se non videbat innocentiam,
 quam in alijs Apostolis considerabat: qui, sicut ipse, sanctos non
 fuerant insectati. Alterum diui Petri dicentis: Propter quod cha-
 rissimi hæc expectantes fatagite immaculati, & inuiolati ei in-
 ueniri. &c. sicut & charissimus frater noster Paulus secundum da-
 tã sibi sapientiã scripsit vobis. Ecce quomodo B. Petrus sese abij-
 cit, Diuinusque Paulus plus sapientiæ, quàm se diuinitus accepisse fate-
 tur. Non equidẽ ita nos facim⁹, sed ego in proximo meo defectum
 considero, quo ipse careo, sicque me illo meliorem iudico: ipseque in
 me defectum animaduertit, cuius ipse immunis est, & ita se melio-
 rem, quàm me putat. Viã commutamus, & erramus. Ideo D. Paulus di-
 cit: Non quæ sua sunt singuli considerantes, sed ea, quæ aliorum.
 Tum etiam ut charitas extenderetur, eiusque exercitatio amplia-
 retur hominibus inuicem virtutes suas exemplo, piaque doctrina
 alijs communicantibus. Sicque loquens Ezechiel Prophe-
 ta de illis quatuor mysteriosis animalibus, quæ perspexit, dicit:

Pennas

Philipp. 2.

Greg. Sup.
Ezechi.
1. Cor. 15.

2. Petr. 3.

- 6 Pennas per quatuor partes habebant, iunctæque erant pennæ eorum alterius ad alterū. Hæc sancta quatuor animalia significabant diuersos iustorū status in terra cōmorantiū. Alæ, quibus volant, sunt virtutes, quibus è terra eriguntur: subalternusq; pennarū cōtactus est assiduitas hortationū, doctrinæ, correptionūq; , quibus sese inuicē tam verbis quā operibus exhortatur, & excitant. Quauis nouacula exactissima sit, aliquando tamen eam exacui oportet. Sic quātūuis lucido quis sit intellectu, rectaq; intentione aliquando sanctis consilijs, atque exhortationibus illum admoneri necesse est. Ideò vt dicitur in Ecclesiastico: Mandauit illis (scilicet Deus) vnicuiq; de proximo suo. Gemini fratres Ioab, scilicet, & Abisai aduersus duos exercitus, videlicet, Assyriorū, & Ammonitarū in præliū exierunt. Dixitq; Ioab: Si præualuerint aduersum me Syri, eris mihi in adiutoriū: si autē filij Amon præualuerint aduersum te, auxiliabor tibi. Esto vir fortis, & pugnemus pro populo nostro, & ciuitate Dei nostri. Sicq; vterque victor euasit. Omnes vos fratres estis, dixit Christus Redēptor noster omnes sumus vnius Patris, scilicet, Dei filij vniusq; hæreditatis, quod est regnū cœlorū, cohæredes. Omnibus sunt aduersarij fortissimi, vt significauit Apostolus dicēs: Non est nobis colluctatio aduersus carnem, & sanguinem, sed aduersus principes, & potestates. Et quantò quis iustior est, tanto durioribus tentationū telis oppugnatur. Experiētia enim comperimus ad complures homines vincētos, & sub clauē reclusos custodiendum paucos homines sufficere: atque etiam vnum illos custodire optimè posse: at vero ad hominem fugientem apprehendendum complures requiri. Sic ad multos peccatores scelerum suorum vinculis alligatos custodiendum vnus diabolus sufficit, ac superest. Verum ad iustum catenis solutum fugientem, seque à diabolicis illusionibus longissimè separantem, & in Dei ministerio velocissimè currentem, apprehendendum multi Dæmones congregantur: ibi enim maiorem adhibent diligentiam, vbi maiorem sentiunt resistentiam. Sicut apparuit in visione, quam pater eremita sanctus perspexit, vt refert Beatus Gregorius. Qui conferens se in urbem ingentem Dæmonum cateruam super quoddam monasterium vidit: ingrediensque urbem vnum tantum dæmonem super eam perspexit. Eique tantam disparitatem

Ezech. 1.

Simile.

2. Reg. 10.

Matt. 22.

Ephes. 6.
Simile.

Greg. in dialogis.

admiranti apparuit Angelus dicēs: In hac vrbe omnes sunt mali: ideo q̄; ad eos seruandos vnus tantum diabolus sufficit: in illo autem monasterio multi sunt serui Dei: ideoq; ad eos euertendos tot illic Dæmones sunt.

Iob. 14.

Cūm igitur verum sit omnes nos illud Iob dicere posse: Curatis diebus, quibus nunc milito: siquidem fratres sumus in Christo, omnes inuicem ineamus, & vnusquisq; dicat: Frater ego me superbia appugnatum experior, alteriq; difficulter obedio, & iniurijs, atq; cōtemptibus valde cōtristor. Deprecor te, vt cūm me in aliquem defectum circa hoc incidere videris, me reprehēdas, aliquoq; bono consilio mihi succurras. Aliusq; alteri dicat: Frater, ego carnis tentationibus vehementer oppugnor, de qua vt credo, tu iam victoriam reportasti. Rogote, vt si quando me circa hoc corruere perspexeris, me acriter reprehendas: aliquaq; ¹⁰ sancta exhortatione mihi subuenias. Quod si puro corde faceremus, absque dubio è tentationibus nostris victores, euaderemus. At tam immanes sumus, vt licet proximos nostros in magnas spirituales ærumnas incidere videamus, illis ne verbo saltem succurramus. O infœlicia tempora, ò deprauatos mores, cum homines brutis animantibus in se inuicem sint immaniores. Verum est aliquibus esse linguam ad reprehendendum, non autem patientiam, qua correptionem percipiant. Vermes durissimum quodq; lignum ore penetrant: ipsi autem ad eò debiles sunt, vt si tangantur, statim medijs crepent, atq; frangantur: manusque vestras coinquinent. Itaq; ad tangendum duri, vt autem tangātur, molles, tenuesq; sunt. Solum os durum, reliquum verò corporis tenerū est. Sic multi ad corrigendum os habent, atq; etiā viros ¹² iustos increpare audent: durumque lignum, quasi vermes penetrāt. Vt autem corrigantur, ad eò molles debilesq; sunt, vt statim impatientia perfringantur, & eos, à quibus corripitūtur, iniurijs opprobrijsque afficiant. D. Paulus dicit: Seniore[m] ne increpa ueris, sed obsecra, vt patrem. Si D. Paulus etiam Timotheū episcopum hortatur, ne senem reprehendat, sed cūm eum in defectum aliquem prolabi perspexerit, tanquam patrem humiliter deprecetur, quare homini impatiēti virum iustum licebit obiurgare? Hanc non charitatem quidem, sed impudentiam potius uoco. Curemus igitur fratres inuicem animarum nostrarū spirituale emolumentum exquirere, nolq; in proximos nostros circa hoc

Simile.

2. Tim. 5.

12 hoc potissimum misericordes exhibere: Si quidem, vt optime dicit Diuus Thomas, spiritalia opera misericordiae corporalibus nimis excellunt. Confusionis est magne nos cum proximum corporali morbo laborantem videntes omnes nos medicos efficiamus, milleque ei remedia praebeamus: eius spiritaliter laborantis non misereri: nec illi aduersus superbiam, auaritiam, seu inuidiam, vel aliud quodlibet peccati genus remediū aliquod perhibere. Si eius domū vridemus statim cōcurrimus aqua, alijsque remedijs ignē curātes extinguere: tū ob domini eius emolumentū; tū etiā ne ex illa flāma prorūpat, qua totus vicus inflāmetur. Videntes autē proximū nostrū viuus peccatorum flāmis ardentē ex quo tanquam ex accensa domo in aliorum exemplorum titiones, ac scintillae profiliūt, quibus magna pars reipublicae vritur, & peruertitur, in eum sanctarum exhortationū, consiliorumq; aquā non effundimus. De hoc queritur Deus per Isaiam Prophetam dicens: *Vulnus, & liuor, & plaga tumens non est circumligata, nec curata medicamine, nec fota oleo. Ecce rationē, quare Dominus in seruos suos sic talēta diuidere voluit, vt non omnes pariter illa perciperent.*

D. Tho. 2. 2
q. 33. art. 2.
in corp.

Isai. 1.

Et profectus est statim. Deus non proficiscitur, non enim habet, quo discedere possit, cū omnia penetret, atq; impleat, Sed quē admodū dño domi suae manēte oeconomicus sibi videtur optatā libertatem nō habere, vt suomet cōsilio gubernetur: nā Dñi pręsentia illū vidētur astringere, ne absq; illi^o instructione moueatur. Illo autē absente manet oeconomicus, quasi dominus absolutus. Dicenq; Christus R. N. Dñm procul abijisse significat eum adeo operū nostrorum, liberiq; arbitrij dominos nos fecisse, quā si à nobis longissimē distaret. O ineffabilē Dei probitatē, qui diuitias suas in hominis potestate cōstituit, & sicut absolutū arbitrij sui dñm eū reliquit, quo si in earū administratione diligēter prudenterq; se gesserit, maiorē sibi gloriā obtineat. Null^{us} est qui de mille aureis, quos industria, diligētiaq; sua cōparauit, magis quā de quatuor mille quos paterna hereditate acquisiuit, non gloriē. Et vir egregius gloriosus ducit se armis insigne aliquod adipisci, quo parma suā (scudo) exornet, quā omnia maiorū suorū trophæa. Sicq; præcipua insignia in parma de pingit, quę ipse cōparauit, reliqua vero maiorū suorū circū pro ornamento (orla) cōstituit: Possēt vtiq; Deus gloriā suā nobis cōferre, absq; eo, q

talētis suis aliquid negotiaremur, aut aliquā ex nobis diligentia, adhiberemus. Vt aut nos amplius honestaret, voluit nos suos esse coadiutores beatitudinēq; & gloriā nostrā ex nobis quodāmodo depēdere. O quā singulari gaudio iusti afficiētur in caelo cōsiderātes se diuino adiutos auxilio coronas immarcescibiles,

D. Tho. 1. 2
q. III. art. 1
ad. 2.

quas possidēt, impetrasse. Quod si quis dicat: B. Tho. dicit Gratia omne debitū excludit: & hæc est cōcors sentētia omniū sanctorū Patrū, quare igitur Dñs seruis suis talēta cōmisit, siquid ē illis diuinā gratiā lucrari nō possunt? Ad hoc respōdeō ipsum B. Thomā dicere, q̄ quāuis bona opera quæ antecēdūt iustificatiōnē nō merētur aliquā gratiā directē, nihil tamē obstat, q̄ indirectē sint adiūmēto ad gratiā obtinēdā. Atq; vt vniuersalior sit doctrina, eaq; magis vt amini, dicere possumus, nō solū dona nature, & gratiæ talēta esse vnicuiq; à Deo cōcessa, sed etiā bona fortuna, videlicet diuitias, quas possidetis. Atq; vt tinā vobis penitus persuadere possem vos earū possessores nō dños quidē, sed œconomos esse: vt eas iuxta veri illarū dñi volūtātē expēderetis.

D. Tho. 2.
2. q. 177. ar.
sic. 1. ad. 3.

D. Paul. ait: Hic iā quæritur inter dispēsatōres, vt fidelis quis inueniatur. Hæc verba fratres mei in cordibus vestris impressa gerere deberetis: in quibus sanctus Apostolus manifestat, Deum maximē velle vos fideles diuitiarū suarū dispēsatōres existere: Quæ fidelitas in duob⁹ maximē cōsistit. Alterū est diuitias iuxta Dñi volūtātē cōmutare, & illis alia bona lucrari, sine furto, dolo, mēdacio, ac sine vllō peccato, sed honestis, licitisq; negotiationibus, atq; cōtractibus. Alterū verò illas ad Dñi arbitriū expēdere non in vanitatibus, turpitudinibus, aut splendidis, nimisq; conuiujs: sed in familiæ vestræ honesta, temperataque sustentatione, in pauperum opitulatione, alijsq; charitatis operibus. Ideo iusti dispensatōres fideles appellantur, quia fidelitatem hanc seruant: peccatores autē dissipatōres vocantur. Et ita dicit David: Mutuabitur peccator & non soluet, id est, suscipiet diuersa Dei beneficia, & non soluet: Deo gratias agēdo, eiusque præceptis obediendo. Vbi alij transtulerunt: Mutuatur peccator, & non soluet. Et sic est in cōs. Græco, & in Paraphr. Chal.

1. Cor. 4.

In quo Dei liberalitas denotatur, cū peccatori de præsentibus bonis concedat: nec defatigandus vnquā sit, sed in posterū ei beneficia sit facturus. Peccator autem illa recipiēs, & receptorus, adeo durus est, vt ad hæc debita persoluēda nō inoueat nec cōmouēndus

Psal. 36.

7
dus

18 dus sit. Iustus autē miseretur, & retribuet. Vbi alij transtulerūt: Iustus autē miseretur, & retribuit. Et sic est in cont. Græco, & in Paraphr. Chal. Vbi iusti pietas, & perseuerātia designatur, quia retribuit, & retribuet: neq; deficit benefacere, quia cū Deo conuersatur. De homine autē cū Deo agente dicitur paulò inferius. Apud Dñm gressus hominis dirigetur. Vbi alia trāslatio habet: Apud Dñm gressus hominis dirigentur. In qua translationū varietate significatur homo cū Deo agens discere gressus suos omnes ad Deum dirigere, talentaque à diuina ipsius manu percepta bene expendere.

Profectus est Dñs nec seruis suis tēpus reuelauit, in quo reuersurus esset, vt ab eis talētorū, & lucri rationē exigeret, vt semper diligentissimè vigilarent, neq; vnquā laborare desinerent. Si eis 19 diceret: Post quadriēniū redibo: forsità primo triennio, voluptatibus indulgentes laborare nollēt, & quarto anno laborarent, & pecunijs diligētissimè negociarētur. Dñs ingrediēs domū amici sui ad ludendū nō dicit famulis suis: Hora decima hinc discessurus sum: hoc enim dicē eis occasionē præberet, vt abirent, & vsq; ad illā horā aliquot mala patrarent: sed vt semper inuigilēt, nihil eis dicit. Sic Deus, ac Dñs noster nō nos admonet, quādo venturus sit. Nā si etiā ignorantes qua hora venturus sit, adeò negligentes sumus tēpusq; tot abominationes cōmittentes cōsumimus: quid faceremus, scientes eū vsq; ad decimū, aut vicimū annū nō esse venturū? Ideo, vt ait B. Aug. voluit Deus, vt diem vltimum ignoraremus, vt ab omnibus caueremus. Exemplū adhibet, Si quam domum ingredereris, vbi certo scires te ab 20 vno illius habitatore esse necandum, quem tamen ignorares, nō dubito quin ab omnibus caueres, omnesque suspiciosos haberes. Contemplare igitur ò frater hunc mundum esse aliquā domum, cuius habitatores sunt dies, quorum vnus te occisurus est, mortē, scilicet, tibi offerens. Siquidem igitur quis ille futurus sit profus ignoras, ab omnibus te cauere oportet, & vnūquenque timere, atq; in singulis illis ita viuere debes, ac si in singulis esses obiturus. Ideo nō dicit Dñs: Cras, aut anno vëturo veniā. Et ita nos diuinus spiritus hortatur dicēs: Memēto ire, in die cōsumma 21 tionis, & tēpus retributionis in conuersatione facies. Id est in conuersatione tua cōtēplare te iā esse in tēpore arētissimæ rationis, & in die, quo operū tuorū præmio, siue supplicio es afficiēdus.

Simile.

August. Simile.

Eccle. 18.

Et alia trāslatio habet: Tēp⁹ retributionis in cōuersione faciei. ²²
 Idest, cū facies tua ad ea, quę nō cōueniūt, aspiciēda cōuertitur,
 ne cor tuū peruertatur, hoc vtere remedio: retributionis, scilicet
 tēpus cōsidera. O fratres desideratissimi Deus (quæ eius est cle-
 mētia) hęc valde necessaria in cordibus vestris imprimat, quo ex
 illis fructū percipere noueritis. *Abijt autē qui quinque talēta accepe-
 rat, & operatus est in eis.* In hoc significatur Deus velle vnūquēq;
 viuere, & fructū ferre iuxta status sui cōditionē, & talēta, quæ
 accepit, sicut hi fecerūt. Etenim qui quinque talēta susceperat, alia
 quinque lucratus est, & qui duo, alia duo cōparauit: quorū vtrūq;
 Dñs cōmendauit. Apud B. Matthēū Dñs ecclesiā suā horto di-
 uersis arborib⁹ cōiūto cōparauit dicēs: Arbor bona fructū bonos
 facit. Et quēadmodū in horto à singulis arboribus iuxta genus
 suū fructus exposcitur: ita nuce enim nuce, à pyro pyra, glandes ²²
 à quercu poiūtur, quæ ferentes, singulæ (si ita dici potest) debi-
 to suo satisfaciunt: ita etiā Deus permagni æstimat in sua sancta
 ecclesia cōiugatos iuxta statū suū fructus ferre bonorū operū:
 sacerdotēq; ac religiosum virū secundū statū etiā suū meliorū
 operū fructus pducere. Neq; ab homine cōiugato religiosi per-
 fectionē postulat, nec vult religiosum virū ad coniugati negotia
 cōficienda subijci. Et itā dicit D. Paulus: Vnumquēq; sicut vo-
 cauit Deus, ita ambulet, & sicut in omnibus ecclesijs doceo. Et
 paulò inferius, Vnusquisq; in qua uocatione vocatus est
 in ea permaneat. In eo enim statu vitæ æternæ fructū ferre pōt.
 Quādo tubarū clāgore mœnia Iericho in terrā corruerūt, ascen-
 dit vnusquisq; per locū, qui contra se erat, ceperūtq; ciuitatem.
 Ita q; ex loco, vbi vnusquisq; fuerat constitutus, in urbē fuit in-
 gressus. Itā prostratis offendiculis, cœlique ianuis patefactis per ²³
 merita, voces, ac prædicationē illius diuinę tubæ Iesu Christi fi-
 lij Dei: vnusquisque in suo statu decenter, & sicut oportet, vi-
 uens in cœlestē gloriā ingreditur. *Post multū vero temporis venit
 Dñs seruatorū illorū, & posuit rationē cū eis.* Quāuis diu demorat⁹ est
 tādē venit bonos præmijs, malos autē supplicijs affecturus. Da-
 uid dicebat: Tēpus faciēdi Dñe: dissipauerūt legē tuā. Quasi di-
 ceret: Tempus est Dñe faciēdi, quod faciendū est. Totū huius
 vitæ tempus fuit loquendi tempus. Deus enim nobis leges, Apo-
 stolos, cōcionatoresque cōcessit, qui nos eius nomine docerent
 & cōminarentur: nos verò ex longo tempore nobis à Deo con-
 cesso-

Matth. 7.

I. Cor. 7.

Iosue. 6.

Psal. 118.

24 cesso occasione assumētes, ex nihilo horū fructū percipim⁹ sperātes in posterū poenitētiā agi posse. Quod vidēs David in spiri-
tu dicit: Iā Dñe nō est tēpus plura verba cōsumēdi, cum nihil
p̄ sint. Cōcionatores tui viginti ab hinc annos decē ab hinc an-
nos, duos ab hinc annos prēdicauerūt: quod si homines anno prē-
terito mali fuerūt, peiores nūc sunt. Qua propter ad sit tēpus faci-
ciēdi: tēpus rationis, in quo nemo eis cōcionabitur, admonebit
nemo, nemo cōminabitur. Iā verba cessabūt, & operib⁹ cōtēde-
tur. Iā supplicia propinquabūt, quibus eos toties cōcionatores
cōminati sunt: quia dissipauerūt legē tuā. O peccator, qui nūc ibi
sedes trāquill⁹, atq; quietus attēde infelix quātū tēporis est, ex
quo Dei bona disperdis. Memēto quoties te te serui Dei eius no-
mine fuerint minitati, neq; verò vnquā resipiscere voluisti. Ego
25 igitur tibi affitmo, tēpus faciēdi esse vērurū, & dissolutionis tue
arētissima ratio à te postulabitur, vbi diuin⁹ iudex iā te nō mina-
bitur. Verba cessabūt operaq; & eterna tormēta propinquabūt.
Hic sacri Euāgelij lectio dicit, Dñm à seruis suis talētorū, quę il-
lis cōmisit, rationē esse petiturū. Ego autē dico illū etiā ab eis eo-
rū, quę illis nō dedit, rationē exacturū esse. Accidit dñm in ceco
nomū suū iratū ab eo clauē accipere, & thecas euoluere, resq; in-
uenire, quę licet suę nō sint, cognoscit eū illa absq; sui iniuria, de
trimētoq; acquirere nō potuisse. Et dicit ceconomo: Quanquā
hoc nō est meū, cedo rationē, vnde illud acquiescitis (*Osancta Ma-
ria senora*) quā tremēda sunt hęc. Ecquid infelix homo respōde-
bis cū cordis tui theca patefacta Deus illic tot odia, iras, inuidias
ambitusq; repererit, tibiq; dixerit: O traditor, cui⁹ sūt hęc: Quo-
26 modo hęc hic collocasti: Hęc nō ego tibi dedi tu tua malitia hęc
fecisti in diuinę maiestatis meę iniuriā, Ecce quomodo eorū etiā
quę nō dedit rationē exiget. Eorū etiā, quę dedit rationē postu-
labit: admissorū scelerū, acceptorūq; beneficiorū rationē petet.

Et accedens qui quinque talēta acceperat, &c. Est valde notādū hos
bonos seruos omnia, quę negotiantes acquirerāt, Dño obtulisse,
a quo talēta receperāt. Nō dicūt: Dñe, ecce quę nobis dedisti
hęc illis acquisiui, hęc sunt tua, & hęc nostra: sed ei vtraq; offe-
rūt. Vnus obtulit alia quinque talēta, quę fuerat lucratus, & simul
illa, quę acceperat. Aliusq; obtulit duo talēta, quę pepererat.
In quo vera iustōrum humilitas, & gratitudo declaratur: qui si
quid habent, si quid faciūt si quid valent, id sibi à Deo provenire

Simile.



fatētur, Deūq; suis bonis operibus valorē cōferre, vsumq; bonū, liberi arbitrij, quē ipsi adhibēt, respectu eorū quę De⁹ facit, quasi nihil esse cognoscūt. Et ita dicit D. Ioannes: Prociderūt viginti quatuor seniores ante sedētē in throno, & adorabāt viuentem in saecula saeculorū: & mittebāt coronas suas ante thronū Dei dicētes: Dignus es Dñe Deus noster accipere gloriā, & honorē, & victoriā. Illi vtiq; coronarū, quashabebant, gloriā tribuebant.

Att illi Dominus eius: Euge serue bone, & fidelis. Non solum autē Deus seruos suos talē is sapienter vtentes in illā gloriā abyssum inducit, & in aeternum glorificat, veū hoc nō cōtentus instituit, vt eos etiā mundus veneretur, sicut apparet in hoc glorioso cōfessore, cuius festū hodie sacra mater ecclesia celebrat. Qui cū multis ab hinc annis ex hac vita discesserit, maxima hominū veneratione recolitur. Est mūdus similis cauponi, per cuius tabernam multi prātereunt: qui si ei cibos, & reliqua bene persoluūt, nunquā amplius eorum recordatur. Quod si viator prāterit, qui eū obiurgat, neq; ei soluere vult, nunquā illius obliuiscitur, sed potius de illo assiduo loquitur dicens: Vidistis ne quā immaniter me viator ille tractarit? Viatorū sibi liberaliter cūcta solutiū obliuiscitur: illū autē, à quo inhumaniter fuit obiurgatus, atq; tractatus, semper memoria tenet. Talis est hic mūdus, tanquam caupo magnos, & paruos, diuites, & pauperes, in se recipit: & de illis, qui cū ipso melius se agunt, eūq; mitius, ac liberalius tractāt, minus recordatur. O quot Imperatores, Principes, atq; magnates per hunc mundū prāterierunt, eūq; honestarūt, & maximi estimarūt, eiq; iuxta ipsius volūtātē cūcta soluerūt quicquid ipse volebat, efficiētes: quorū tñ oblitus est mūdus. Et hic de illis dicitur Sapientia. 5. Spes impij tāquam fumus, qui à vëto diffusus est: & tāquam memoria hospitis vnus diei prātereūtis. Prātereūtes etiā sancti per hoc diuersoriū mūdū obiurgarūt, illūq; mendacē, fallacē, vanū, atq; caducū appellarunt: neq; ei persoluerūt. Nō enim eius vanitatibus respōderūt, quinimo cōtra eius prācepta faciebāt. Horūq;, à quibus sic fuit tractatus perpetua quotānis memoria recolitur, festūq; exultātibus animis celebratur. Quā cū ita sint fratres in Christo Iesu, illos instantissimē curamus imitari. Quo virtutū, gratiaq;, illorū participes effecti, celesti beatitudine in ipso cōsortio fruituri ad empyrea regna peruenire mereamur. Ad quē nos pducatur Iesus Marię fili⁹. Amē.

Apo. 4.

Simile.

Sap. 5.

In eodem Communi Confes- sorum Pontificum Concio Secunda.

*Homo quidam peregrè proficiscens vocauit seruos suos
& tradidit illis bona sua, &c. Matth. 25.*



N hac similitudine supernus Dñs se in bonos mi-
sericordē: in malos autē seuerū esse demōstrauit. Zach. 11.
Quod etiā per Zachariā prophetā multō antea
significauerat dicēs: Et assumpsi mihi duas virgas
vnā vocaui decorē, & alterā vocaui faniculū, &
pau gregē. Nonnulli dicūt, per has duas virgas significari tribu-
lationes, quibus Deus gregē suū flagellat, regit, atq; alit: quarū al-
terā decorē alterā faniculū vocat, ob dispares effectus, quos in
hominibus operātur. Iusto quippe tribulatio decor, atq; etiam
dulcor est. Nā vox Hebræa, Nohā, pro qua Latinus interpres
vertit, virgā, dulcorem etiā, iucūditatēq; significat. Hoc etenim
iusti in tribulatione reperiunt, & hoc pulchriores efficiūtur. Al-
terā virgā Dñs faniculū appellat, q̄ peccatores supplicijs affe-
ctū arctius sceleribus vinciri, atq; implicari cōsuescūt: cum impa-
tiētia, atq; indignatione repleātur, durioresq; reddāt, vt apparuit
in Pharaone. Et quāuis hęc expositio optima sit, nō tñ mihi di-
splicet aliorū elucidatio, dicentiū, per has duas virgas misericor-
diā, ac iustitiā, quibus Deus populum suum gubernat, significa-
ri. Misericordiam decorē, iustitiā verò faniculum esse dicit
id est, flagellū. Hoc etiā Dñs significauit præcipiens in templi
colūnis mala granata, catenasq; depingi. Ecquid est catenis cum
malis granatis? Dico Deum velle nos seire ex domo sua fructū
misericordiæ, iustitiæq; catenas sperari oportere, quæ sunt duæ
colūne, quibus vniuersus mūdus sustinetur. Ei itā dicebat Da-
uid: Virga tua, & baculus tuus ipsa me cōsolata sunt. Quasi dicat 3. Reg. 7.
Valde delector, gaudeoq; Dñe mi tibi iustitiæ virgā, baculūq;
misericordiæ esse. Hac misericordia dicit Sācti Euāgelij lectio
hodierna Dñm vsum fuisse in eos, qui talenta sibi ab eo cōmissa
prudēter expenderūt. Hancque iustitiā exercuit in pigro, igna-
uoque seruo qui acceptum talentum in suffossa terra abscondit. Psal. 22.

Exorditur igitur sanctū Euāgeliū dicēs: *Homo quidā peregre proficiscens*. Hic homo est Christus reparator noster: seruiq. nos sumus. Vocauitq. hic clemētissimus Dñs peregrinationē gloriosam in cœlos ascensionē: quia tūc ab hominib⁹ recedebat, ob quorū emolumentū in mūdū venerat, in eoq. triginta tres annos vixerat. Atq. vt ostēderet, quid, si mortalis adhuc esset, nos in hoc seculo solos relinquēs sentiret, ascēsum suū ad cœlos peregrinationis viā appellat, cū ad dexterā patris sessurus ascēderet. Omirabile amorē. Omirabile viscerū teneritudinē, qua clemētissimus Iesus præcelluit: cū se peregre proficisci dicat, quia ad cœlestia regna cōscēdens homines in hoc mūdo relinquit. Verba super acutissimos gladios penetrātia, & durissima quæq. corda cōfringere sufficiētia. Equis fratres adeo marmoreus est, qui Angelo rū regē peregrinū se appellantē audies, quia ab hominibus recedit teneritudine nō cōiciatur: Ille peregrin⁹ dicitur, quia in cœlis a nobis abest: nosque peregrini dicēdi sumus, quia sine corpore illius presentia in terra moramur. Hunc mundum patriam suam appellat, quia nos in illa moramur, cœlūq. nos oportet patriam nostrā appellare, quia ipse illic habitat. Patres veteris testamenti (ait D. Paulus) confitentes, quia peregrini sunt & hospites super terram. Statimque addit: Qui enim hoc dicunt, significāt se patriam inquirere. Et siquidem ipsius meminissent, de qua exierunt, habebant vtique tempus reuertendi: nunc autem meliorem appetunt, id est, cœlestem. Probat hic Sāctus Apostolus que madmodum peregrini passim itineris terminum cōtemplātur suspirantes, & dicentes quādo tandem ad patrias nostras perueniemus: sic sanctos illos patres suspirare cōsueuisse, nō vt aliquam huius sæculi regionē possiderēt, sed, vt iam tandē ad illā cœlestem patriam peruenirēt. Quid igitur erit, si postquā Deus talem nobis ostendit amorem, ac talia nobis beneficia fecit, & ppter nos sese peregrinū appellauit, scilicet, quia nos secū in cœlo nō habebat, nos in terra nō peregrinos quidē, sed illius in clas ac perpetuos habitatores indicauerim⁹? O diabolicā ingratitude nā. O quam meritō nos maledictio illa Osee Propheta comprehendet, scilicet: Iudiciū Dñi cū habitatoribus, terre, id est, cū illi⁹ amatoribus. Nā de illis etiā Hier. ppheta loquebatur dicēs: A facie Aquilonis exardescūt mala super habitatores terre. Hos etiā cōminata est vox, quā B. Ioā. audiuit dicētē: *ve, ve, ve, habitatib⁹ in terra*

Osee. 4.

Hier. 1.
Apoc. 8.

7 in terra: Fratres dilectissimi ingentis infidelitatis est, vos iā terram tantopere diligere. Surfum corda, surfum corda: siquidem totum bonum nostrum in coelis habemus. Dominus dicit de Hierusalem: *Isai. 60.* A Edificabunt filij peregrinorum muros tuos. Siue ad militantem, siue ad triumphantem referas Hierusalem, locus est optimus, atq; significans quantum ex huius sæculi peregrinatione vtilitatis elicitur. Filij peregrinorum in Hebraica phrasi dicuntur qui verè peregrinos se reputant. Et hi sunt qui militantis Ecclesiæ muros ædificant, quiq; triumphantis sedes adimplent. Et sanctus Iob hæc notabilia verba, magnæq; consolationis peregrinis dicit: *Iob. 28.* Lapidem caliginis, & vmbra mortis diuidit torrens à populo peregrinante. Ecquis est hic torrens, nisi ille, de quo dicitur: Torrente voluptatis tuæ potabis eos? Torrens hic sitim extinguit, & voluptate afficit non omnes sine discrimine: sed populū peregrinante. Hic populus diuisus est ab vmbra mortis, nempe ab inferno liberatur, & à petra caliginis, scilicet, Sathana.

Vocauit seruos suos, & tradidit illis bona sua. Bona (inquit) sua, & non aliena. O quot in hoc sæculo testantur, & in hæredes suos bona non sua, sed aliena diuidunt, quæ illicitis v̄ furis, contractibusq; acquisierunt. O incoelix auare, si cum sedens domi tuæ in Italia, Flādria, Galliaq; furatus fueris quando obieris, peccata, quæ diuitias istas acquirens commisisti, simul cum ipsis diuitijs inter hæredes tuos esses diuisurus, ita vt diuitiarū expers, culpa rū etiā redderis immunis, quāuis magnū crudelitatis esset genus aliqua tamē cōsolatione permulceri posses. Verū vā, & milies v̄ tibi, nā filij tui diuitijs delectabūtur, tu verò incoelix tecū peccata portabis, & propterea in perpetuos inferni cruciatus detruderis. Et quanuis hæc diuitiæ iure paratæ essent, tuq; illas filijs tuis relinquens eis superbiē di, turpitudines admittēdi, & in alias cōplures ærūnas incidendi occasionē relinqueres. Vnū ex ijs, quæ David inter bonos, & malos dixit interesse, hoc est, quod de malis dicit: De absconditis tuis adimpletus est venter eorum. Saturati sunt filijs: & diuiserūt reliquias suas paruulis suis. *Psal. 16.* Idest, quādiu viuūt totā curā suā in bonis tēporalibus acquirēdis adhibēt. Quod si tu dñe illis multas diuitias cōcedis, liberosq; habere permittis, quib⁹ post mortē illa bona relinquāt, beatos se ducūt neq; alicuius rei celestis recordantur. Filios suos solum locupletare

tare conantur, & quanuis magni peccatores sint, nihil hoc sua in-
teresse credunt. Ego autem in iustitia apparebo conspectui tuo.
Hoc est, magna animi cōtentione curabo iustitia pollere, & in
tuo diuino cōspectu illa ornatus apparere. Nolo tēporaliū rerū
saturitatē, sed satiabor cū apparuerit gloria tua. Atquerat quis-
piā: quare loquēs hic S. Propheta de bonis tēporalibus dicit: De
absconditis tuis? Dico eū hoc loquē di modo tēporaliū rerū vilita-
tē significare voluisse. Ingredieris magnatis alicuius domū aulā
q; speciosissimis tapetibus ornatā vides. Interiusq; introiēs cono-
pæa, lectosq; aureis, & sericis lodicib⁹ cōpositos vides, abacēsq;
aureis, atq; argēteis vasis refertos perspicis, quibus eximia illius
domini potestas, ac magnitudo demōstratur. Quod si quætas: nū-
quid in hac domo nō sunt aliqua vilia, quæ ipsius ministerio de-
seruiāt? Nōne sunt lebetes, sartagine, verua, & alia huius gene-
ris? Sūt utiq; verum istæc vilia abscondita in culinis, & angulis
delitescūt. Pretiosissima quæq; in omniū cōspectu sunt posita:
vilia autē recōdita sunt. Sic vult Deus domi suæ fieri, virtutes,
scilicet, in omniū cōspectu esse, atq; omnibus perspicui, vnosque
aliis proximis suis perhibere virtutis exēplū. In omnibusq; cha-
ritatē, misericordiā, sobrietatē, castitatē, humilitatē, patientiam.
atq; alia spiritalia dona cupit illucescere. Aurum verò, argētū,
ac margaritas, quæ ob ipsorū vilitatē sunt stercora domus Dei in
terræ venis velut delitescere atq; in marinis cōchis abscondi, vbi
non apparent. Dicitq; David: Attēde Dñe quales sint hi, qui
terrenis rebus, quas tu, quia viles sunt, abscondisti, & in abyssi in-
elusiisti, ne tuorū oculos offendant, desideria sua curāt adimple-
re. De absconditis tuis adimpletus est vter eorum. Ideoq; dicit: *2*

22. 1b. 7.

Domine à paucis de terra diuide eos in vita eorum. Pauci dicun-
turi iusti: nā Dominus dixit: Arcta via, est, quæ ducit ad vitā, &
pauci sunt, qui inueniunt eam. Precaturque David Deum, vt
ab eis auaros segreget: quia inhumanitatibus suis, impijsque
exemplis iustos maxime lædunt. Curate igitur fratres filios ve-
stros virtutum diuites relinquere, nec solliciti sitis, vt eos tempo-
ralibus bonis locupletetis, siquidem cœli viam tantopere im-
pediunt.

Dicit vltterius Sanctum Euangelium hunc Dominum inter
seruos suos talenta diuississe. *Et vni dedit quinque talenta: alij, au-
rem duo.* Considerandum est Sanctum Euangelium non dicere,
hos

73 hōs seruos de domino suo fuisse conquestos, aut murmurasse, quanuis vnus quinque alter autem duo talenta percepit. Vnde vos discere oportet, ne contradicatis, sed contenti sitis omnibus quæ Deus vobis facit, cum omnia infinita Sapiencia disponat: O homo (ait Diuus Paulus) tu quis es, qui respondeas Deo. Nunquid dicit figmentum ei, qui se fingit: quid me fecisti sic? Et addit. *Vnicuique secundum propriam virtutem*. In quo significatur, quanuis Deus suos prædestinavit ad bona eorum opera non respiciens: ad officia tamen eos elegisse respiciendo ea, quæ in illis præuidit. Dicitq; D. August. Deum nõ ad virtutes solum, sed ad vitia etiã respexisse: quia in eis aliqua vidit, quæ licet mala essent, signa tamẽ erãt, ex quibus colligi posset, illos ad munera exercenda idoneos esse. Sicut elegit Moysen, qui cū videret

14 Aegyptiũ percutiẽtẽ quendã de Hebræis, percussum abscondit fabulo. Iterumq; inter duos Hebræos rixantes pacem inferere voluit. Quãuis in illo homicidio peccauit, aduertit Deus hominem tam præstanti pectore præcellentem ad suos defendendos, & in pace componendos, populo ducẽdo idoneum esse. Perspicieusq; in B. Paulo zelum ardẽtissimum, quo legem suã defendens Christianos insectabatur, vidit hunc ad fidem conuersum maximum sancti Euangelij zelatorem, feruidissimũq; fore, sicut postea fuit. Sicut agricola vidẽs agrũ oleastris maximis plenum, aliumq; carduis repletum, dicit inter se: Alter eorũ oliueto: alter verò segetibus esset aptissimus, si excolerentur. O mirabile doctrinam, quam nos summus mundi magister erudiuit, talenta in seruos suos secundum propriam virtutem diuidẽs, idest

15 iuxta vniuscuiusq; dispositionem, & ingenium distribuens. Super quo valde notandũ est, quòd si cū eo qui aliquẽ ad munus exercendũ eligit, Deus sit, qui ei sufficientiã ad illud exequedũ cõferre potest, sicuti reuera facit, vt colligitur ex illis verbis. D. Pauli dicẽtis: Idoneos nos fecit ministros noui testamẽti, idest, in suos ministros nos Deus elegit, necessariãq; tam sancto ministerio sufficientiam nobis contulit, tamen quem eligit, cõsiderat vtrum habilis sit illi muneri suscipiẽdo: quomodo homines Ecclesiasticis, aut sæcularibus dignitatibus sine delectu quosdã perficere audent, non considerantes, vtrum requisitis cõditionibus polleant, cum ipsi nullam eis sufficientiam conferre valeãt.

Operniciosam iniquitatem. Cõtra hos, inquit, D. Augustinus:

Rom. 9.

Aug. in Exodum.

Exod. 2.

Simile

2. Cor. 3.

August. in Epi. 29. 10. 2

Quis

Cant. 1.

Ansel.

Tho. 2. 2. 9.

63. art. 2. ad

3.

Tho. 2. 2. 9.

185. art. 3.

in corp.

1. Tim. 3.

Tit. 1.

Quis ferat, si quis diuitem alligat ad sedē honoris Ecclesiæ contēpto paupere instructiore, & sanctiore? Sponsus in Canticis dicit spōsæ: Oculi tui columbarum. Cur oculos colūbarum in sponsa cōmendat? Respōdet D. Anselmus: quoniā inter alia semper colūba eligit meliora grana. Tu etiam ex omnibus satis in agro Ecclesiæ, elige selectiores, nō peiores. Et ita dicit B. Thom. licet in foro cōtentioso sufficiat, & electus sit bonus: in foro tamē cōsciētix requiritur, & sit optimus: vel simpliciter, vel in ordine ad bonū cōmune. Et de electo dicit alibi, requiri in illo, & nihil in se inueniat, per quod illicitū ei reddatur assumere prælationis officium. Quod cōsonat doctrinæ B. Pauli dicentis: Oportet Episcopum irreprehensibilem esse. Et alibi, Oportet, inquit, Episcopum sine crimine esse: sed hospitalem, benignum, sobrium. Vbi alij transtulerunt: prudentem. Quæ est valde necessaria cōditio in eo, qui alios rectorus est. Nulla hominū lingua satis explicari queunt damna, quæ rebus publicis indē proueniunt, quod in electionibus hæc iustitia non seruatur. Elegit Bacchides viros impios, & constituit eos dominos regionis. Ecquid ex horū gubernatione subsecutum est? Attendite quid sacer textus dicat: Facta est magna tribulatio in Israel qualis nō fuit ex die, qua nō est visus propheta in Israel. Et in Prouerbijs dicitur: Regnātibus impijs ruina hominum. Et in ecclesiastico: Rex insipiens perdet populū suū. Per viscera misericordiæ Dei nostri fratres dilectissimi vos quāta animi cōtentione possum, deprecor, vt in electionibus vestris omnē passionē, affectionē q̄; diligētissimē fugiatis neq; animabus vestris tā graue onus imponatis. Quis vnquā colūnas ædificij maximi, atq; pretiosissimi ex putridissimis lignis de industria fecit? Domus pretiosissima, in qua habitat rex cœlorū, est Ecclesia. Cauete ergo ne colūnas, hoc est, prælatos, & gubernatores extruatis homines corruptis moribus infectos: cūctā nāq; dāna, quæ ex istis colūnis prouenerint, super cōsciētias vestras corruēt. Quā obrē ante electiones diuinū spiritū consulite, rogātes, vt vos illuminet, quò diuinæ ipsius volūtati cōformari noueritis. Ita fecerūt filij Israel. Qui post mortē sancti Iosue cōsuluerūt Dñm dicētes: Quis ascēdet ante nos cōtra Chananzū, & erit dux belli? Et obseruate quātum Deo fuerit grata hæc cōsultatio: ob eam enim tanta animi præstantia, & fortitudine insignem à Deo ducem obtinuerunt, vt terram Chananzorum gradi-

2. Mach. 9.

Prou. 28.

Ecclesi. 10.

Simile.

Iudi. 1.

tradiderit in manus eius. Sequitur enim ibi: Iudas ascendit, & ecce tradidi terram in manus eius. Dicit mihi, obsecro, cur tam crebro vincimur? cur Respublicæ languescunt? cur subditos plerumque deteriores fieri conspiciamus? Certè quia electores, Dei oblitipotiùs cõmodum, carnemque suam, quàm Deum consulunt.

Post multum vero temporis venit Dominus seruatorum illorum, & posuit rationem cum eis. Vbi nos legimus apud Isaiam: Ecce dies Domini veniet crudelis: alia trãslatio habet: Ecce dies Domini venit crudelis. Et sic est in contex. Græco, & in paraphrasi Chaldaica. Et sic etiam legit Beatus Hieronymus. In hoc verbo, venit, duo significantur. Alterum est: diem illum ad eò certum fore, quasi iam esset tranfactus. Alterum est: illius aduentum ad eò citum, breuemq; fore, vt à sacra Scriptura iã præterisse dicatur. Quod

²⁰ cum ita sit, quomodo dicit hic summa veritas, se post multum tẽporis à seruis suis rationẽ exacturum esse venturũ. Dico quãuis postquam rationis vsu pertingimus, vnum tantum diem viueremus, illum vnum multum temporis posse vocari, quia in illo multum mereri possumus, magnaque in diuino conspectu præmia coelesti adiuti auxilio adipisci valemus. Quod si ita nõ esset quodammodo homo de fortuna sua conqueri posse videretur, quia cum Deuselephanti, coruo, alijsque brutis oblongam vitã concesserit, ipsi tam excellenti creaturæ, in quo sapientiam suã ostendere voluit, cum dulcius vita fruitur, eã abscindat. At noluit Dominus tam liberali manu hominẽ multis donare, quàm alia animantia, vt excellẽtiori portione, scilicet, ratione, prudẽtiaque vtendi occasionem haberet: non quidẽ ad corporalia, sed

²¹ ad spiritalia perquirenda. Et quanuis hic ob prædictam causam hominis vitalongum tempus ad merẽdum vocetur, in alijs quã plurimis locis sacra pagina humanæ vitæ breuitatem exaggerat, vt homo illius sit parcus, nec eam insipienter expendat. Diuus Paulus dicit: Redimentes tempus, quoniam dies mali sunt. Ephes. 5. Id est, ne punctum quidem temporis amittatis, sed illius parcissimi estote, dies enim nimis laboriosi sunt. Stultus esset, qui assentantum modo possidens illo magnum conuiuium vellet extrudere. Omnes sumus pauperes vitæ. Et ita dicit Iob: Homo natus de muliere breui viuens tempore. Et iterũ: Breues, inquit, dies hominis sunt. Nos autem ad eò insensati sumus, vt vitam ac si illius locupletissimi essemus, liberalissimè consumamus: verum nul-

lius rei tam prodigi sumus, quam medicæ vitæ, quam viuimus. ²³
 Pecuniã custodimus, fundos diligenter excolimus, breuissimæ
 verò vitæ prodigi sumus. Quasi sapienter vti vellemus, illã ex
 breui longam facere possemus. Sic enim in libro sapientiæ de iu
 sto dicitur: Consummatus in breui expleuit tēpora multa. Mul
 ti diutius vixerunt, quã Abraham: de quo tamen dicitur in Ge
 nesi: Abraham senex erat, dierumq; multorum. Quod de nullo
 eorum, qui eum præcesserant, dictũ est, quanuis multò plures an
 nos, quam ille, vixerunt, cum nonnulli nongentos annos vix
 erint: quia sanctus hic Patriarcha breues dies, quos vixit, sapien
 ter, & in feruenti Dei ministerio nouit expendere, & sic pauci
 eius dies pretiosiores in Dei conspectu, quam multi aliorum ex
 titerunt. Acceleremus igitur dilectissimi fratres & talētis nobis
 à Deo concessis, diligentissime æternam salutem negotiemur. ²³
 Et quod vitæ deficit, diligentia suppleamus.

Etiam Dñs dicit, *Post multum verò temporis*: propter multa bene
 ficia, quæ in nos confert, & propter multas indulgentias, & auxi
 lia, quibus nos quandiu in hac vita breuissima viuimus, afficit.
 Est q; valde notandũ Deum solere tēpus, in quo hominibus be
 neficia facit, annumerare, vt si ipsi ingrati fuerim⁹, illius rationē
 à nobis exigens acerrimè puniat. In threnis ait Hierusalē. Voca
 uit aduersum me tēpus. Quid est, aduersus Hierusalē tēpus voca
 ri, nisi eã secūdũ tēpus, in quo à Deo beneficia susceperat, & iux
 ta beneficiorũ magnitudinē ob ipsius ingratiudinē puniri? Si
 enim B. Paulus numerat tēpus, quo ob vnũ populũ fleuerat, di
 cens: Propter quod vigilate memoria retinētes quoniã per triē
 niũ non cessauinocte, ac die cū lachrymis monere vnũquenque ²⁴
 vestrũ, quare non dicemus Deũ tempus, in quo in nos beneficia
 confert, annumerare, sicut etiã solet tēpus, quo nos flagellat, nu
 merare, vt postea maioribus nos præmijs afficiat? Quamobrem
 dicunt iusti, vt affirmat Dauid. Letati sumus pro diebus, quibus
 nos humiliasti, annis, quibus vidimus mala: Et per Ezechielem
 Prophetam dicit ipse Deus. Pro anno diem, inquam, pro anno
 dedit tibi: Attendite quæso quo pacto repetitione captet atten
 tionem dicens: diē pro anno, vt doceat qd omne tēpus signat, vt
 deinde puniat, vel præmijs afficiat. O si hæc semper ante oculos
 gerere mus, quantã nobis in animis impressiōem facerēt. Velle
 etiam vos animaduertere, longe dissimillimam esse rationem,
 quam

Sap. 4.

Gen. 24.

Thren. 1.

Act. 10.

Psal. 89.
Ezech. 4.

23quam Dominus in futuro sæculo ab œconomis suis exigit, illi, quam domini huius sæculi à seruis suis, postulant. Nam in humanis rationibus, qui plura recepit, pluribusque domini sui bonis usus est, hic maiorem redditurus est rationem, & plus habet, de quo illam reddere debeat. At in ratione Deo reddenda vice versa fit: nam qui magis Dei bonis utitur, minorem habet reddendam rationem. Itaque iusti, qui à Deo multa bona susceperunt, & ex eis fructum perceperunt, minus habent, cuius rationem reddere teneantur: peccatores verò illam arctissimam reddent, quia Dei bonis uti noluerunt. Et ita dicitur in Apocalypsi: Beati, qui lauant stolas suas in sanguine Agni, ut sit potestas eorum in ligno vitæ, & per portas intrent ciuitatem. Hoc est, beati qui Agni sacratissimi Iesu Christi diuitijs, ac meritis uti sciunt: hi enim per sacratissima ipsius vulnera quasi per portas ad cœlestem Hierusalem ingredientur.

Apoc. 2. 2.

Et sic unicuique horum fidelium seruorum, qui talentis sibi commisisis uti nouerunt, illisque alia lucrati sunt, dicit hic munificentissimus Dominus: *Euge serue bone, & fidelis. &c.* intra in gaudiū Dñi tui. Vulgo dici solet, cū quis lætatur, gaudiū in eius cor ingredi: hic autē dicitur homo, & eius cor in domini sui gaudiū introire: nā gaudia huius sæculi tam modica sunt, ut ea humanū cor capere possit, neq; illis impleatur. Cōsolationes autē, & gaudia cœlestia nequaquam homo capere potest, sed ipse in illa sic introibit, ut vndiq; submergatur in eis. Perpendite etiā, idem, quod Deū beatificat, scilicet, ipsius essentiā, idē (inquam) Angelos, atq; homines beatificare. Ideoq; hic Dñs dicit: Intra in gaudiū Dñi tui: nā in ipso, quo Deus gaudet, omnes beatorū spiritus congaudēt. O admirabilē iustorū dignitatē. Ecquis vel marmorei cordis hæc audiēs mille vitas offerre non exoptet, si tot haberet, ut tantā hanc fœlicitatem cōsequatur? Qui vnū talentum accepit, dixit Dño suo se ne illud amitteret, in suffossa terra abscondisse. Hæc excusatio in eo videtur inniti, quod non quinq; sicut alius talenta, sed vnū tantū acceperat, vidēs se tā parum habere substatiæ, ne illud amitteret, noluit negociari. Dñs autem hanc excusationē non accepit. In quo nos docuit singulos, etsi parū substatię modicaq; talēta susceperint, in domo Dei diligenter negociari debere, nec excusari posse dicendo separū habere substantiæ ad tantum, tamq; sublime mercimoniū cōpa-

Ezech. 16.

randum. Maximum malum est ò peccator, talentum, quod tibi 28
 Deus commisit, quo sibi seruire, te sub pedibus posuisse, & sub
 terra peccatorũ tuorũ illud abscondisse volentem, vt salus, inge-
 nium, diuitiæ, sapientia, omniaq; , quæ á Deo recepisti, corpo-
 ris tui terræ deseruiat. Etenim hoc est talentum in subfossa terra
 abscondi, videlicet, terrenis voluptatibus inseruire. O quãto pe-
 re de hoc Ezechiel Propheta De in nomine queritur, dicens: Per-
 fecta eras in decore meo, quem posueram super te, & habens fi-
 duciam in pulchritudine tua fornicata es in nomine tuo. Et tuli-
 sti vasa decoris tui de auro meo, & argento meo, quæ dedi tibi:
 & fecisti tibi imagines, & fornicata es in eis. Ecce, ego extẽdam
 manum meam super te, & auferam iustificationem tuam, id est,
 remedium, ac tempus, quo iustificari posses. Et dabo te in ma-
 nus odientium te. Væ, væ tibi, ait Dominus Deus. O terribilia 29
 verba. Ecquis non stupet audiens supplicia, quibus Deus cõm-
 minatur peccatores armis, ipsi bellũ inferentes, quæ illis Deus
 concessit, vt aduersarijs suis bellum inferrẽt? Nimis longũ esset
 diffuse recenseri pœnas, quas sacer contextus ibidẽ refert. Qua-
 rũ vna est, iustificationis ablatio, quod idem est, ac præcipere,
 vt ab eo talentum auferatur, qui illud abscondit. Quapœna, om-
 nes peccatores in hora mortis afficiuntur, scilicet, steriles relin-
 quuntur, ineptique, ne vllò vnquam tempore pœnitentiam fa-
 ciat. Negligentiam igitur, dilectissimi fratres, qua circa hoc huc
 vsque vti fuistis amarissimis lachrymis lamentamini, talentoq;
 suscepto vtimini, veram agentes pœnitentiam, prius quã a
 vobis auferatur. Sicque Deus gratiam suam vobis conferet
 qua cœlestis gloriæ beatitudo comparatur: ad 30
 quam nos perducatur Iesus Mariæ
 filius, Amen.

IN

In eodem Communi Confes- sorum Pontificum Con- cio prima.

*Nemo accendit lucernam, & in abscondito ponit eam,
neque sub modio, &c. Luc. ii.*



SA I A S Propheta exhortans Hebræos Isai. 51.
vt in fide atque obedientia Dei conserua-
rētur, dicebat eis: Audite me, qui sequi-
mini quod iustum est, & quæritis Domi-
num. Attendite ad petram, vnde scissi
estis, & ad cauernam laci, de qua præscis-
si estis. Attendite ad Abraham Patrē ve-
strum, & ad Saram, quæ peperit vos.

His verbis sanctus Propheta eos ad patris eorum Abraham fidem, & obedientiam, matrisque Saræ sinceritatē, ac sanctimoniam imi-
tandam incitare conabatur. Vnde egregia similitudine vocat
Abraham petram propter fidei firmitatem, & obedientiam sin-
gularem. Beatus Ioannes dicit in Apocalypsi: Structura muri ci-
uitatis sanctę Hierusalem cœlestis erat ex lapide Iaspide, & fun-
damēta muri ciuitatis omni lapide pretioso erat ornata. Hi lapi-
des pretiosi sunt iusti, quorum vnus ex præcipuis est Abraham.
Ideoq; hic petra vocatur. Quasi Hebræis diceret: Cauete, ne si-
miles sitis lateribus, ex terra & aqua humanarum voluptatū, cu-
piditatūque compositis, qui per laterē illū figurati sunt, de quo
dixit Deus Ezechieli Prophetæ: Sume tibi laterem & scribes in
eo ciuitatem Hierusalem, & ordinabis aduersus eam obsidionē.

Quasi diceret: Hebræus peruersus non est lapis pretiosus exci-
sus ab Abraham dignus, qui in cœlesti ædificatione collocetur:
sed terreus later perpetuo bello in inferno deustandus, & conte-
rēdus. Magnam utiq; habet efficaciam, piū viri sancti exemplū, si
quidē sanctus Isaias homines pio Abraham exēplo, qui tot ab il-
linc annos præterierat, ad virtutem cōcitare conabatur. Cumq;
præsentibus magis quàm absentibus moueamur, hinc inferitur,
bona opera, quæ homines ab alijs hominibus fieri proprijs ocu-
lis

lis intuentur, maximè illos commouere. Ideo non solù vult Deus quæquam interius esse iustū, sed etiam iustitiam aspectu, exterioribusq; operibus præcipit patefieri. Et ita dicebat D. Paulus: Spero autē quòd cognoscitis, quia nos non sumus reprobi. Ex quo apparet, sanctos Apostolos talia opera exterius facere consueuisse, taliaq; virtutis exempla præstitisse, ex quibus, tanquā ex euidentissimo testimonio colligi, atq; etiam intelligi posset, eos reprobos non esse. Estq; notandum hic aliam translationem habere: spero autē, quòd cognoscetis, quòd nō sumus reprobi. Et sic est in contex. Græco: & sic legit etiā B. Ambrosius. In qua temporū, cognoscitis, scilicet, & cognoscetis, varietate illorum celestiu virorū perseuerātia in ipsorum operibus, pioq; exemplo significatur. Idemq; sanctus Apostolus Christianos facere præcipiebat, dicens: Modestia vestra nota sit omnibus hominibus. Nō dicit: Vni, vel alteri, nota sit modestia vestra, sed omnibus hominibus. Et D. Thomas ait: Ad modestiam spectat gubernare omnes hominis gressus, & corporis motus, vt interius, & exterius sanctus existat. Et iterū ipse Apostolus: Induite, inquit, vos sicut electi Dei, sancti, & dilecti, modestiam. Quasi dicat: Licet infideles exterioribus sensibus dissolutos, publiceque peccare videatis: vos tamen tanquam electi, atque dilecti Dei insignia seruorum eius accipite, & ea vos superinduite. In omnibus mēbris vestris illucescat modestia. Ob hoc sponsus sponsam commēdabat in Canticis, dicēs: Odor vestimētōrū tuorū, sicut odor thuris, vbi per vestimēta, corporis mēbra possunt intelligi, quæ sunt animæ vestimēta, sicut ait Iob his verbis: Pelle, & carnibus vestisti me. Et omnia eius mēbra, quæ sunt animæ indumēta erāt sicut odor thuris, quia in illis omnib⁹ modestia relucebat. Et vbi nobis S. Apostolus modestiā commēdat: præcipit etiam, vt viscera misericordiæ, benignitatem, humilitatē, patiētiam, aliasq; virtutes induamur. Et virtutes illas indumenta vocans significauit, illa etiam exterius offendi debere.

Hanc celestē doctrinā diuinus magister noster in hodierna sancti Euangelij lectione confirmat, dicēs: *Nemo accendit lucernā & in abscondito ponit, sed super candelabrum, vt qui ingrediuntur, lumē videāt.* In quibus verbis nos ita bona opera facere præcipit, vt proximis nostris luci sint, magnoq; pietatis exemplo. Lucerna significat bonū op⁹. Et ita dicit B. Gregorius: Lucernas quippe ardentis.

2. Cor. 13.

Philip. 4.

D. Tho. 2.

2. q. 158,

arti. 1.

Coloss. 3.

Iob. 10.

Grego. homil. 5. sup. Lucerna

ardentes in manibus tenemus, cum per bona opera proximis nostris lucis exempla monstramus. Per lucem vero diuina gratia designatur. Vnde in libro Iob, postquam de singularibus Dei inuentionibus dictum est, additur: Ecce haec omnia operatur, ut reuocet animas eorum a corruptione, & illuminet in luce uiuentium. **Lux uiuentium est gloria.** Nam haec corporea lux est uiuorum, atque mortuorum lux, iustorum, scilicet, peccatorumque; communis. Ideo hic non fit sermo de hac luce, sed de gratia, quae solis iustis illucescit, solorumque uiuentium lux est. Quae ob triplicem rationem lux appellatur. Primo, quia animi oculos illuminat, atque clarificat. Et ita dixit Dominus per Isaiam Prophetam. 54. c. & est apud B. Ioanem: **Vnctio eius doceat vos.** Deque iis, qui sine gratia atque in peccato commorantur, dicit Sophonias Propheta: **Ambulabunt ut caeci, quia Domino peccauerunt.** Vna ex plagis, quas Deus immisit in Aegyptios, fuerunt horribiles tenebrae. Mirabileque fuit, quod filijs Israel cum Aegyptijs commorantibus, ubicumque habitabant filij Israel, lux erat. Illa erat quaedam figura militantis Ecclesiae, in qua iusti peccatoribus admisti morantur: iusti que in luce, peccatores autem in tenebris sunt. Contemplamini dimidium huius templi lucidum, dimidium vero esse tenebrosum, & utrobique homines esse. Hoc inter utrosque interesset, quod in lucido commorantes non viderent eos, qui essent in obscuro sed semet ipsos inuicem intuerentur: homines vero in obscuro delitentes non se quidem, sociosue suos, sed alios, qui in lucido sunt aperte viderent. O quam verum hoc inter iustos, ac peccatores inter est. Peccator in tenebris existens, neque se, neque socios suos videt. Est concubinarium cum alijs sibi similibus conuersans, neque sua horribilia peccata, iram, passionem, aliaque innumera mala in se, neque in socijs suis animaduertit, videns autem seruum Dei irasci, aut ridere statim de illo detrahit, dicens: **Vidistis ne quomodo sanctus ridet, quomodo ira ex caelo descendit?** Itaque sua ingentia mala non animaduertens minimos quosque iustorum defectus condemat. O miserrime, quia in tenebris, & in umbra mortis sedes, temet ipsum non videns, alios in luce persistentes cernis: profecto si ille tui similis esset, hoc (credo) non diceres. Et contra facit iustus, qui cum sit in luce, defectus suos, sociorumque virtutes perspicit: peccatores autem sedentes in tenebris non videt, neque de eorum sceleribus perferutandis rationem habet, ad detrahendum, aut eos infamandos: sed tantum,

Iob. 39.

1. Ioh. 1. 7.
Sopho. 1.
Exod. 10.

ut, si potest, eis remedium adhibeat. Magnum est hoc argumen-
tum ad iustos à peccatoribus distinguendos. Nam qui seruis Dei
honorem detrahit, eosque imperfectos, & peccatores esse dicit,
occasionem præbet, ut ipsemet tanquam Aegyptius in tenebris
esse iudicetur. Secundò gratia dicitur lux, quia lux lætitiã gi-
gnit. Et ita dixit Tobias, quale gaudium mihi erit, quia lumẽ cę-
li non video? Maiorẽ autem lætitiã gratia in anima causatur.
Et ita in Psalmo dicitur, oleum lætitiæ. Sicque alibi ipse David
dicit: Lux orta est iusto, & rectis corde lætitiã.

Tob. 5.

Psal. 44.

Psal. 95.

1. Cor. 13.

Simile.

Ysa. 64.

Eccle. 9.

Psal. 30.

Cum igitur per lucernam bonum opus, & per lucem gratia
designetur, ille lucernam accendit, qui bonũ opus facere curat
in gratia persistens. O quã salubre erit animabus vestris, fratres
dilectissimi, si prius quam bona opera faciatis, per veram pœni-
tentiã Dei gratiam curetis adipisci. Scriptum est enim: Si di-
stribuero in cibos pauperum omnes facultates meas, & si tradi-
dero corpus meum, ita ut ardeam, charitatem autem non habue-
ro, nihil mihi prodest. Aurũ, & argentũ, quia pretiosa sunt me-
talla, etiam si in numos versa non sint, pretium tamen non amit-
tunt. Aes autem, ut vile est metallũ, & nisi ex illo numus fiat, ni-
hil ferẽ pro paruo ære dabitur vobis. Si fragmentum lebetis acci-
peres, & in forũ pro eo aliquid empturus te conferres, ab omni-
bus irideretis, nec aliquid eo emereres: quia nõ est moneta. Si ve-
rò in isto ære cuneus regius locaretur, & numus efficeretur, valo-
rẽ haberet. Sic opera nostra nõ aurea quidẽ vel argentea sunt, sed
vilissimi, atque abiectissimi metalli, quia, ut ait Isaias: Facti sumus,
ut immundi omnes nos, & quasi pannus menstruatæ vniuersæ
iustitię nostræ. Quicquid facere possumus, ex se non sufficit ad
æternã beatitudinẽ comparandã. At si in hoc vili metallo cœle-
stis regis cuneus, quæ est diuina ipsius gratia, imprimatur, opera
nostra acceptabilis moneta efficiuntur, quibus cęlorũ regnũ eme-
re valeamus. Quod si quis quærat, quomodo Dominus vnius tã-
tum lucernæ similitudinẽ adducit: nunquid ipse contentus est
quod vnum tantum bonum opus efficiamus? Non utiq; sed po-
tius dicit: Quodcunq; facere potest manus tua, instãter opera-
re: quia neque opus, neque ratio erunt apud inferos. Valde per-
pendite illum dicere: Quodcunq; facere potest manus tua, ne
arbitremini eum leuissimo quoq; ministerio sibi exhibito esse
contentum. Et sic ubi nos legimus in Psalmo: Veritatẽ requiret

Dominus

13 Dominus: alij transtulerunt, veritates requirit Dominus. Et sic habet Græcus cōtextus, & paraphrasis Chaldaica. In qua translationum varietate duo mysteria delitescunt. Alterum, Deum non esse contentum vna veritate, id est vno bono opere, sed multa exigere. Alterum verò, ipsum non solùm requirere, vt in posterum, & in futuro tempore bona opera faciamus, sed etiam velle, vt de præfenti ea operemur. At vnus lucernæ similitudinem adduxit, quia vnum bonum opus in Dei gratia, & charitate homo perficiens ad alia multa facienda disponitur.

Dicensque, *Nemo accendit lucernā, &c. vsque ibi, Lumē videāt*, Admonet nos, ne bona opera nostra abscondamus, sed illa palam faciamus, vt omnibus innotescant, sicq; nostro pio exemplo ad alia similia facienda concitentur. At, dicit quispiam: Hoc repugnat videtur verbis illis, quæ alibi hæc eadē summa veritas dixit: scilicet, *Attēdite, ne iustitiam vestram faciatis coram hominibus.* Prius quàm d abio respondeatur, operæ pretiū erit hæc verba explicari: sunt enim magnæ animarum nostrarum ædificationi. Nonnullæ sunt virtutes adeò excellentes, vt sacra pagina eis per hyperbolē totius sanctitatis, atq; iustitiæ nomē soleat attribuere: nō quòd illæ per se solæ tota iustitia sint, sed quia alias virtutes secū afferant. Humilitas tanta, tamq; insignis est virtus vt cū de illa Christus Redemptor noster loqueretur, recusanti glorioso Baptistæ illum baptizare dixerit: *Sine modò: sic enim decet nos implere omnem iustitiam, id est, humilitatem.* Omnē vtique iustitiam appellauit humilitatem: non quod illa per se sine charitate sanctitatis aliquid habeat: sed quia tam excellens est, vt sola sine charitate esse nequeat: atque etiam, quia ad alias virtutes impetrandas est via. Et ita de amore proximi dicit Beatus Paulus: *Qui diligit proximum, legem implevit.* Hoc dicit, quia adeò est excellens charitas proximi, vt si sit vera, & perfecta, sine Dei amore esse non possit, ipsaque reliqua legis præcepta faciat adimpleri. Sic eleemosynam erogare: veraque in proximos misericordia vti adeò est excellens, atque animam ad alia complura bona tāt opere disponit, vt hic à Domino absolute iustitia nuncupetur, dicente: *Attendite ne iustitiam vestram faciatis coram hominibus, quasi ipsa esset tota iustitia iusti.* Dicitur etiam iustitia, quia per eam disponitur homo, quanuis sit in lethali peccato, ad hoc, vt iustificetur. Et sic dixit san-

Matt. 6.

Matt. 5.

Rom. 13.

Mat. 4.

Atus Daniel Nabuchodonosor Regi intelligens eum in Dei ini-
 dignatione esse: Quamobrem rex consilium meum placeat tibi
 & peccata tua eleemosynis redime: & iniquitates tuas misericor-
 dijs pauperum. Forſitan igaoscet Deus delictis tuis. Dicitur
 etiam iustitia, quia superflua demit, iustasque vestes, ac diuitias
 finit. Habes vestem oblonga cauda, abscindis caudam, eaque
 pauperem induis, tunc vestis remanet iusta. Cum serpens pro-
 parentem nostram Euam deceperit, mulieres eius caudam hære-
 ditario iure acquisisse videntur, sicque oblongas caudas in vesti-
 bus gerere student. Has igitur caudas dominæ abscindite, ve-
 stesque iustæ manebunt. Non solum autem in vestibus, sed
 multò studiosius etiam in diuitijs hoc seruare debetis, ita vt tan-
 tummodo maneat necessarium, cū summa veritas dicat: Quod
 superest, date eleemosynam. Dicitur etiam eleemosyna iustitia, 17
 quia iuste non per affectionem, sed per charitatem diuidi oportet.
 Contingit, vrbis gubernatores fontem in ciuitatem indu-
 cere, vt canalibus per diuersa loca decurrat, ita vt monasterijs,
 hospitalibus, populoque deseruiat. Si multum aquæ per vnum
 illorum canalium decurrit, parum, aut nihil supererit, quod
 in alios canales distribuatur. In diuitem, tanquam in fontem
 multæ diuitiæ concurrunt, quæ ex diuinæ misericordiæ ve-
 nis procedunt. Hæc aqua tibi, ò diues, conceditur, vt eam in-
 ter egenos diuidas. Et ita dicitur in Prouerbijs, Deriuētui fon-
 tes tui foras, & in plateis aquas tuas diuide, sit vena tua benedi-
 cta. At si tota aqua per affectionis canalem exit, & in tuorum
 propinquorum diuitum pilum deuenit, charitatis canalis, qui
 in seruorum tuorum, clientumque pauperum pilum tendit, are-
 scet. Quod si tota aqua per affectionis canalem, exit, qui in diui-
 tum clientum, famulorumque tuorum pilum ducitur, charitatis
 canalis areſcit, quo pauperum alienorum necessitates subleuan-
 dæ erant. O Charitatis canalis quam parum aquæ per te de-
 ducit, quia homines affectione, vanitateque moti diuitias suas
 cum propinquis amicisque suis inordinatè consumunt: vixque
 illis remanet quid ob pietatem alienis valeant elargiri. Fra-
 tres dilectissimi per illam ineffabilem charitatem, qua nos Deus
 diligit, atque adiurat, vos deprecor, ne sic se res vltius habeat:
 sed in bonorum vestrorum distributione iustitiam obseruetis,
 quo eleemosyna vestra diuinæ sit grata celsitudini, meritoque
 iustitia

L. 11.

Simile.

iustitia possit appellari. De hac iustitia loquitur Dominus cum dicit, Videte, ne iustitiam vestram faciatis coram hominibus. Quod vt superius dicebamus, contradicere videtur his verbis, quæ hic Dominus dicit: Nemo accendit lucernam, & ponit eam sub modio: &c. Verum idem Dominus hoc dubium soluit. Nã cum dixisset: Attendite, ne iustitiam vestram faciatis coram hominibus: addidit, vt videamini ab eis. Ex quo apparet, hic malã tantummodo intentionem prohiberi, ne, scilicet, opera cum inanis gloriæ cupiditate fiant, ne illa destruantur, atque inania reddantur. Apponitur tibi in mensa catinus gerens (*vna pella de manjar blanco, aun que sea todo pechugas de gallinas*) si tamen cibus hic est fumo infectus, amarissimus est, nec illum edere potes. O quã excellens est quenquam, hospitale, aut monasterium extruere, aut aliquod aliud charitatis opus efficere: at inanis gloriæ fumus illud perdidit, quia hoc, vt hominibus placeres, effecisti. Tolle isthinc cibos istos, illos quippe Deus nũquam edet. Itaq; ex prædictis liquet, valdè necessarium esse, vnos proximos suis optimis operibus publice facis ob hunc tãtummodò finem, vt Deus propterea ab omnibus glorificetur, alios ad virtutem ardentibus animis concitare.

Simile.

Estque valde notandum, hoc sanctum Euangelium a nobis à sacra Matre Ecclesia in sanctorum Confessorum Pontificum sollempnitatibus proponi, vt prælatos erudiat, eos magis, quam alios oportere alijs præstare pietatis exemplum. Omnibus cõpertum est scandalum à quocunq; perhibeatur, nimis perniciosum esse, illudque videntes valde inficere. Vnde quauis sancti Patres multa ligna reprobationis assignarunt, vnum tamen ex præcipuis esse credo, quenquam non esse contentum iniquitatibus suis, sed alios etiam ad peccandum inducere. In veteri lege decretum quoddam sic habebat: Animam pro anima,

Exo. 21.

dentem pro dente, oculũ pro oculo. Quid igitur pretij soluet, qui fuit in causa, vt proximus suus in inferno perpetuis cruciatibus torqueatur? Iustũ utiq; Dei suppliciũ fuit, Pharaonẽ, q̃ Hebræo rũ pueros immaniter in fluvio submergebat, cũ vniuerso exercitu suo in mari rubro submergi, indeq; in infernũ detrudi. Et Dauid etiã iuste punitus fuit cũ eius filius Absalõ ipsi⁹ vxores publice violauit, quia ipse proximi sui vxorem deturpauerat. Et in libro Iudicũ dixit Adonibezec, Septuaginta reges amputatis

Exo. 14.

Indi. 1.

manuum

manuum, ac pedū summitatibus colligebant sub mensa mea ci-
 borū reliquias, sicut feci, ita reddidit mihi Deus. Ecquid ex his
 omnibus sequitur, nisi, eius, qui causa fuit, vt anima pretioso Ie-
 su Christi sanguine redēpta Sathanæ traderetur, animam iusto
 Dei iudicio ipsi Sathanæ esse tradendā, nisi veram egerit pœni-
 tentiā? Quis igitur hęc audiens amodò nō timebit proximis suis
 scandalum dare? At quanuis omnium scādala nimis pernicioſa
 sint, longè tamen prælatorum, principum, & concionatorū scan-
 dala perniciosissima sunt. Cūm David filium suum Absalonem
 fugeret, occurrit ei vilissimus quidam Semei, qui cum conuitijs
 inſectatus est: petentiq̄ue militi facultatem occidendi illum, re-
 spondit David: Ecce filius meus, qui egressus est de vtero meo,
 quærit animam meam, quanto magis hic filius Gemini maledi-
 cet mihi? Quasi diceret: Quid mirū si me alienus opprobrijs affi-
 ciat, cūm proprius filius meus mihi mortem curet inferre? Et for-
 sitan iniquus ille Semei idēd in regem ausus est exurgere, quia
 propriam eius filium ipsi bellum inferre perspexit. Sic dicere
 possumus: Quid mirum si plebeij, sæcularesq̄; homines peccata
 committant, cūm magnates, Ecclesiasticiq̄ue viri Deum offen-
 dant? Quantum maiorum scandalū officiat, eo quod minores
 magnopere mouet, humana lingua nequit explicari. Vbi nos le-
 gemus in Isaia: Principes tui infideles, in contextu Græco habe-
 tur: Principes tui rebelles. In quo significantur principes Deo
 inobediētes muneris suo esse infideles: cūm enim minores ad bo-
 num excitaturi essent, eos in malum inducūt. Quemadmodum
 igitur malum eorum exemplum perniciosius est minorum scan-
 dalo, sic bonū ipſorum exemplum vtilius est. Ideō volens Deus
 Iudæorum Synagogam reformare, dixit per Oſeā Prophetā,
 illam maximis supplicijs comminans: Auferat fornicationes
 suas à facie sua, & adulteria sua de medio vberum suorum, ne for-
 te spoliem eam, & nudam statuam eam, secundum diem natiui-
 tatis suæ, & ponam eam, quasi solitudinem, & stantā eam, velut
 terrā inuiā: & interficiā eā siti. O quot pœnas, atq̄; supplicia hic
 Dñs accumulāt. Valde necessariū esse oportet, quod sub tā terri-
 bilib⁹ pœnis præcipit. Sensus literalis hui⁹ sentētiæ est, q̄ tūc Sy-
 nagoga erat vnū corpus mysticū, sicuti nūc est sancta ecclesia, vt
 ait D. August. Vultus hui⁹ corporis sunt ecclesiastici prælati, sæ-
 cularesq̄; dñi, atq̄; magnates. Vbera aut sunt viri eruditi, & cōcio-
 natores,

2. Reg. 16.

Isai. 1.

Oſe. 2.

August. lib.
22. de ciuit.
cap. 18.

25gnatores, qui doctrinæ suæ lacte populum alunt. Præcipiens igitur Deus tanta cum exaggeratione, vt spirituales, corporalesque idololatriæ, atque adulteria à facie, & vberibus tollerentur, præcipit, vt prælati, concionatores, atque magnates se se à sceleribus abstinere, & præ cæteris optimum pietatis exemplum in Re publica præbere curarent. Et hæc est, vt prædictū est, causa, quare hæc sancti Euangelij lectio in confessorum Pontificum solennitatibus decantatur. Atque etiam dicere possumus virum iustū accensam esse lucernam. Nam de sancto Elia dicitur in ecclesiastico: Surrexit Elias Propheta quasi ignis, & verbū ipsius quasi facula ardebat. Et de glorioso Baptista dixit Christus Redemptor noster. Ille erat lucerna ardens, & lucēs. Super quæ verba dicit Beatus Bernardus: Ardere, & non lucere parum est: lucere,

Eccle. 28.

Ioan. 5.

Bernar.

26 & non ardere vanum est: lucere verò & ardere perfectionis est. Ardere est bene operari: lucere, est docere, optimumque præstare pietatis exemplum. Talis erat Diuus Ioannes, lucerna ardēs, & lucēs. Et de sanctis quatuor mysteriosis animalibus dicit Ezechiel Propheta: Aspectus eorum, quasi carbonis ignis ardentis, & quasi aspectus lampadarum. Nonnullæ faces lychnum (*El palo*) crassum, & stupeum, ceramque infectam, & immundam, nigramque habent. Et quanuis exterius mundæ, pulchræque ceræ operimentum habeant, non bene lucent, quia, vt quod latet interiùs est immundū, lux fumo profilit admista. Aliæ habent lychnum tenuē, mundaque cera, exactis que filis sunt confectæ, & hæc lucidæ, ac splendidæ sunt. Sic accidit in hominibus: alij crassum nimis lychnum, stupaque aristas plena confectū habēt:

Ezech. 1.

27 id est cōscientiam habent diuini timoris expertem, alienis sumptibus aluntur, vsque ad altaria (vt aiunt) deprædantur, nec ideò scrupulo cruciantur. Cum igitur conscientia lychnus, vitæque; cera tam corrupta, atque immunda sit, qualem poterunt Reipublicæ lucem exhibere? Quicquid in illis videtur, scandali, mali que odoris est fumus. Alij delicatè nent, conscientia que lychnum nimis tenuem habent. Ex his erat Diuus Paulus, qui dicebat: Gloria nostra hæc est, testimonium conscientia nostræ. Simulque cum delicato, tenuique bonæ conscientia lychno purissima sunt cera confecti, que est exterior vita, hisque optimis rebus splendidissimam lucem emittunt, qua vniuersæ Reipublicæ illucescunt. Has igitur lucernas non abscondi quidem, sed super dignitatum;

2. Cor. 1.

tatum, publicorumq; munerum Reipublicæ candelabra locari²⁸ oportet. Nam: *Nemo accendit lucernam, & ponit eam sub modio, sed super candelabrum, ut qui ingrediuntur, lumen videant.* Quod ita declarari potest. Quemadmodum, qui lucernam accendit, eam, ut in candelabro ponat, accendit: sic, quem Deus gratia sua incendit, cuique virtutem, ac sapientiam communicat, vult super dignitatis candelabrum constitui, non autem improbum, & ignarum. Nō dicit, ut ipse se ponat, sicuti lucerna non se in candelabro constituit. Ut enim ait Beatus Paulus: Neque quisquam sumit sibi honorem, sed qui vocatur à Deo tanquam Aaron. Atque etiam Divus Thomas ait, melius esse recusare prælationem, ad quam aliquis eligitur, quàm ei consentire, ve eam acceptare, dummodo non imponatur à superiori necessitas. At electores quantum est ex se, meliorem tenentur eligere: magnamque diligentiam eos²⁹ oportet adhibere, ut munus publicum electus acceptet. Sicque illi multum merebuntur Reipublicæ commune bonum curantes, ipseque apud Deum etiam multum gratiæ consequetur munus illud ob solum diuinæ maiestatis ministerium, spiritaleque animarum emolumētum inuitus acceptans. Sicque optimi exempli ipsius luce subditi in virtute, gratiaque proficiunt, qua cœlestis gloria comparatur: ad quam nos perducatur Iesus Marię filius, Amen.

Heb. 5.
Thomas
Corinth. 5.

In eodem Communi Confes sorum Pontificum Concio Secunda.

Lucerna corporis tui, est oculus tuus, &c.

Luc. II.

2. Petr. 3.



Loriusus Apostolus Petrus dicit: In fide omnes vnanimis, compatiētes, fraternitatis amatores, misericordes, modesti, humiles: non reddentes malum pro malo, nec maledictum pro maledicto: sed e contrario benedicentes. Verba utique sunt hæc tam sancto Apostolo digna, Superque notan-

notandum est, hic, vbi nos legimus: In fide omnes vnanimis, alia translatione habere: in fine omnes vnanimis. Et sic est in cōtex. Græco. In quo significatur, nos omnes à fide doceri, vt in omnibus nostris pijs operibus vnū, & eundem finē cūcti expetamus, videlicet, vt vni Deo placeamus. Et ita in libro Ezechielis Prophetæ dicuntur iusti, qui ab Angelo non sunt percussi, signum Thau in frontibus habuisse. Idemque signum in frontibus impressum habebant iusti, quos vidit Beatus Ioānes, vt habetur in Apocalypsi. Vbi affirmat se vidisse Angelū clamantem, & dicentem: Nolite nocere terræ, & mari, quoadusque signemus seruos Dei nostri in frontibus eorū. Et audiui numerum signatorum centū quadraginta millia signati. Thau est vltima litera Hebraici Alphabeti, sicut omega est vltima in Græco. Et quia omega est vltima litera in Græco Alphabeto, ideò Græci per eam finem significare consuescunt. Vt in Apoc. Ego sum Alpha, & omega, principium, & finis. Sic etiam inter Hebræos Thau significat finem. Et ad hoc facit, quòd ipsa litera finem significat. Nam, vt ait Diuus Hieronymus, omnes literæ Hebraicæ propriam habēt significationem. Iustosq; omnes Thau in fontibus esse signatos, significat, eos in omnibus operibus, quæ fecerunt Deum vltimum finem habuisse præ oculis, ob diuinum ipsius amorē cum sancta intentione illa facientes.

Ezech. 9.

Apoc. 7.

Apoc. 1.

Hiero. in l. de nomi. Hebr.

Idemq; nobis hic Dominus in his Euāgelicæ lectionis verbis præcipit, dicens: *Lucerna corporis tui, &c.* In quibus huiuscemodi similitudinem adhibet. Materiales oculi sunt corporis lucerna, quia illud illuminat: sicq; oculis clavis, lucidisq; existētibus corpus operationes suas efficit, sicut oportet, scribit, ambulat, laborat, &c. Quòd si oculi obscuri, tenebrosiq; sunt, nihil bene facit: totū oblitit, ac perdit. Sic est in spiritualibus. Oculus est intētio iuxta sanctorū Patrū, Gregorij, Augustini, ac Thomæ expositionē. Et D. Tho. dicit: Merito oculus vocatur intētio, quia cognitionē præsupponit: per quā pponitur volūtati finis, ad quē mouet: sicut oculo præuidem⁹, quòd tēdere corporaliter debeam⁹. Quæ intētio, si lucida, bonaq; fuerit, oīa lucidè, beneq; fiēt: dūmodo opera bona sint, & in diuina gratia fiāt. Quod si intētio tenebrosa, malaq; est, bona opera perdit. Vel aliter. Quæ admodū ocul⁹ est lucerna corporis: sic aīa nostra fide, doctrinaq; rerū que, quas fieri oportet, cognitione illuminata vitæ, operūq; no-

Grego. lib. 28. moral.

c. 13.

Augusti. li. 4. contra Iu. li. c. 3. & in ser. Domi.

in monte. li.

2. cap. 21. se

mo. 4.

D. Tho. 1. 2.

q. 2. art. 1.

ad. 1.

strorum

strorum est oculus. Quæ cognitio, si simplex ac sincera est, omnibus operibus nostris illucescit: sic quæ totum vitæ nostræ corpus lucidum, ac splendidum est.

Et addit Dominus dicens: *Vide ergo ne lumen quod in te est, tenebræ sint.* Id est, vide, ut bonas, sinceras quæ rerum opiniones habeas. Ut enim dixit Isaias Propheta: *Væ, qui dicitis malum bonum, & bonum malum?* Et hæc sincera cognitio, *Sicut lucerna fulgoris illuminabit te.* Vbi alij transtulerunt: *Erit lucidum totum, ut cum lucerna fulgore illuminat te.* Sic (ait) te sincera, pura quæ cognitio illuminabit. Huius duplicis sententiæ (quò omnibus clarius innotescat) hic est ordo. Ex puro mentis oculo, pura quoque vita sequitur. Ea denique vitæ puritas mentis oculum à quo profecta est, magis purgat, & illuminat. Causæ enim, ut aiunt philosophi, sunt sibi inuicem causæ: itaque mater filiam, filia matrem perficit, & illuminat. Ut igitur priorem expositionem sequamur, iuxta quam nobis diuinus magister noster præcipit, ut omnium operum nostrorum lucida, bona quæ sit intentio, oportet nos scire, intentionis puritatem bonorum operum pretium nimis adaugere. Respicens Dominus Iesus vidit eos, qui mittebant munera sua in gazophylacium diuites. Vidit autem & quandam viduam pauperulam, mittentem grana minuta duo, & dixit: *Vere dico vobis, quia vidua hæc pauper plus quam omnes misit.* Super quo dicit Beatus Hilarius: *In hoc nos supernus magister erudiuit, quanti bonam intentionem æstimet, siquid est frigida diuitum intentio fecit, ne eius numi aurei tanti apud Deum valerent, quanti illius probæ viduæ minuta, quia illa feruida, & deuota intentione obtulit.* Itaque non solum mala intentio opus perdit, sed intentio etiam minus perfecta multum operi valoris, ac pretij detrahit. Quod hac similitudine clarius apparebit. Si gemini bellatores magna hominum multitudine spectante in campo arma conferent, quorum alter regium oppugnat honorem, alter verò eundem propugnat, Rex quæ bellatori suo si victor euaderet, ingentia dona promitteret: non est dubium, quin hic eques omnes vires suas in victoria reportanda esset adhibiturus. Hoc autem ob diuersos respectus facere posset. Posset enim finem suum in proprio honore locare, considerans se propter illam victoriam inter fortissimos quosque viros esse numerandum. Vel propter ingentis promissionis auiditatem id face-

Isai. 5.

Luc. 21.

Hilarius.

Simile.

8. re posset, aut, vt hostem suum, qui ipsum conatur occidere, vlciscatur: vel vt circumstantibus placeat. Vel etiã posset ad viriliter dimicandum fulciri ob regium honorem; cum rex eũ intueatur, illumq; victorem exire desideret. Dicite, quãso, si rex illius ferui sui cor nosset, videretq; eum, cum ob illos omnes respectus dimicare posset, ob vnum ipsius honorem, amoremq; decertare, nunquid hoc non plaris æstimaret, quam, si ob vnum illorum finium pugnaret? Sic vtique: nisi forte iudicij, ac rationis expertus esset.

Scitote igitur, fratres, de singulis nobis. Sanctum Iob dixisse Militia est vita hominis super terram. In hac militia aduersus *Apo. 3.* Dæmonem cœlestis gloriæ regis hostem dimicamus. Hocq; certamē tunc incipit cum rationis vsus illucescit. Vincētibus nobis cœlorū regnum promittitur, magnēq; maiestatis in gloria sedes preparatur. Ipse nanque Deus dicit. Qui vicerit, dabo ei sedere mecum in throno meo. Hoc prælium coram omnibus sanctis, Angelisq; committitur. Adestq; supernus rex victoriam nostram vehementer exoptans. Qua propter maximē nos oportet fulciri, & præstantissimē decertare. Animaduertendus est autē finis, quem nobis in hoc prælio proponimus. Continget enim nos ob vnum complurium finium dimicare. Aut propter promissionis auiditatem, aut, vt sanctis placeamus, & inter eos numeremur, aut, vt Dæmonem vlciscamur: aut propter solum cœlestis regis nos aspicientis, intentionesque nostras cognoscentis honorem. Ideoque quanuis quælibet prædictarum intentio in operibus licet haberi; non tamen est dubium, quin hæc vltima sit omnibus perfectior, Deoque gratior, & perinde maiori præmio afficienda, quam alia. Quamobrem omnibus his finibus depositis perfectiorem amplectamur: ne fontem pro riuulo, nec solem pro stellis, nec summum bonum pro peculiaribus dimittamus: Verum est ad hoc, vt quis tam simplici sit oculo, id est, tã pura intentione, in omnibusq; ob solum Dei amorē, atq; beneplacitum moueatur, oportere eum prius spe præmij excitari. Si cut fecit Dauid qui de se fatetur: *Psalm. 118* Inclinaui cor meum ad faciendas iustificationes tuas in æternum propter retributionem: siue, vt Beatus Hieronymus vertit, propter æternam retributionem. Deincepsq; intentionem hanc perficere debet quo ad usque totius auiditatis, extet immunis. Et ita dicit Diuus Bernardus: *Bern.*

3. Reg. 21.

Charitas mercenaria non est: & tamen sine mercede non est. **xx**
 Cum rex Achab flagitiosissimus esset, ita, vt de illo sacra scriptura dicat: Igitur non fuit alter talis sicut Achab: qui venundatus est, vt faceret malum in conspectu Domini: illum Deo per Eliam Prophetam comminante, scidit vestimenta sua, & operuit cilicio carnem suam, ieiunauitque, & dormiuit in sacco, & ambulauit demisso capite. Et factus est sermo Domini ad Eliam: Nonne vidisti humiliatum Achab coram me? quia igitur humiliatus est mei causa, non inducam malum in diebus eius. O benedictus, & glorificatus sit talis Deus: Omnes te Domine cœlestes Hierarchiæ collaudent: quia tantò opere peccatorum pœnitentia mitigaris. Eia fratres, qui peccastis, & tantam hanc maiestatem offendistis, hunc regem imitami-
 ni, cilicij operimini, ieiunate, in diuino eius conspectu humiliamini, sicque eius furorem placabitis. At ex omnibus prædictis hæc verba perpendite: quia humiliatus est mei causa: quæ ad rem, de qua loquimur, valde conducunt: cum Dominus intentionem, qua hic rex pœnitentiam egit, præ cæteris omnibus æstimet. Non vtique dicit, eum ob inferni timorem humiliatum fuisse, aut quia temporalia flagella timeret, sed, mei causa: quanuis in principio hæc illum ad pœnitentiam agendam commouerunt. Est etiam valde notandum quomodo (*separa Dios*) vt peccatorem pœnitentem prospiciat: Eliamque vocat, vt eum etiam videat tanquam rem sibi gratissimam. Non solum autem pœnitentiam, sed minimum quodque bonum opus, quod iusti faciunt, attentè considerat: sicut apparuit in glorioso Confessore Martino. **13**
 A quo cum pauper elemosynam peteret, neque ille quicquam aliud præter pallium haberet, quo operiebatur (etenim mileserat) illud abscidit, mediumque pauperi erogauit. Illaque nocte ei Christus redemptor noster illo medio pallio cooperatus apparuit dicens: Martinus adhuc catechumenus hac me veste contexit. Hoc (credo) clementissimus Iesus Angelis, qui eum comitabantur, dicebat, tanquam eos inuitans, vt ministerium illud sibi à seruo suo exhibitum aspicerent. Quanuis dimidium erat pallij, illud tamen Dominus integram vestem appellat, quia intentionem potius, quam vestem considerauit, sciebat enim eum si posset, integrum pallium fuisse daturum

Beati.

14 Beati, qui gratissimo huic Domino seruiunt, qui sic exhibita sibi ministeria nouit æstimare. Parum equidem dimidium illud pallij valebat, & tamen tot ab hinc annis de eo loquitur, eiusque memoria nunquam vsque ad mundi consummationem inter homines abolebit: in cælo autem vsque ad æterna sæcula perdurabit. O vani sæculi amatores, quare hæc audientes non confundimini? Quot diuitias in illius ministerio expenditis, quæ postquam consumuntur, protinus obliuioni traduntur: dimidium autem pallij propter Deum datū nulla vnquā delebit obliuio. Vt videatis, quid intersit inter eos, qui in Dei ministerio, & eos, qui in mundi seruitute temporalia bona consumunt. Ecquid hoc est Domine? Quam plurimi non vnū quidem pallium, sed multa etiam bona pauperibus erogarunt propter te,

15 nec tamen ea tanti æstimasti, nec illa tuis, sicut hoc dimidium pallij, tanquam rem tibi gratissimam ostendisti. Dico, illa bona non tanto cum affectu, & charitate, quanta pallium hoc beati Martini, pauperibus erogari: ideoque Deus illa tanti non æstimat. Quæ propter non contenti sitis eleemosynam erogare, sed eam etiam cum affectione, ac pietate largimini. *Psal. 49.* David enim dicit: Beatus, qui intelligit super egenum, & pauperem. Vbi notandum est eum non dicere: Beatus, qui condolet, aut qui miseretur, sed: Qui intelligit super egenum, & pauperem. Nam ad pauperi, siue pauperibus subueniendum opus est intelligentia. Primo oportet te intelligere, quid eroges, atque quid à te petatur, & cuius causa petatur. Nunquid petitur à te,

16 vt vitam dones, sicuti Martyres tradiderunt? An, vt omnia, quæ possides largiaris, sicuti plurimi fecerunt, seque ad vastas asperasque solitudines contulerunt, aut in arētissimas religiones ingressi fuerunt? Ijs quæ tibi supersunt, pauperibus à te postulantibus poteris subuenire. Quid igitur facis cum eis subuenias eius amore, qui tibi quidquid habes, concessit, & à quo quicquid tibi deficit, speras? Et quanuis te oportet intelligere, & considerare, cui confers eleemosynam, ne nimium fatigeris in hoc perscrutando. Quanuis enim pauper cui eleemosynam erogas, malus sit, & ingratus, Dominus tamen, propter quem illam præbes, optimus est, atque gratissimus. Quod si dicas: Si pauper est malus, non deprecabitur pro me, nihil tua interesse credas; nam ipsamet eleemosyna

Eccles. 29.

orabit pro te. Sic enim affirmat Ecclesiasticus dicens: Conclū-
 de eleemosynam in sine pauperis, & ipsa orabit pro te. Quod
 si cui præbes eleemosynam, pauperem se esse fingit, cum tamen
 is non sit, se vtique & non te decipit: nam intentio tua est paupe-
 rilargiendi. Et quauis hæc omnia ita se habeant, rationi cōsen-
 taneum est, vt intelligas super egenū & pauperem, id est, vt ani-
 maduertas cui, & quomodo, & quo ordine illam præbeas. Ad
 quod aduerte B. Paulum inter spiritus sancti dona hoc recēlere
 dicētem: Qui tribuit in simplicitate. Donum Dei est quenquā
 non ob vtilitatem aliquam, sed cum simplicitate donare. Quan-
 uis ipsa natura hominem ad humanitatē, largitatemq; propēdit
 tamen dare sicut oportet, donum Dei est.

Rom. 12.

Quo circa illum suppliciter deprecare, vt te benignū, libera-
 lemq; efficiat, quo intelligas super egenum, & pauperem, atque, id
 vt sit in simplicitate. Nam, *Si oculos tuos simplex fuerit, totum corpus
 tuum lucidum erit.* Quod si quem iustum, pauperem repereris, cui
 bonis tuis faueas, scito Deum illum tibi offerēdo magnum in te
 conferre beneficium. Satis vtiq; superq; bonorum Deus habet,
 quibus amicos suos alat, siquidem vnus corui ministerio sanctū
 Eliam diū in solitudine aluit. Statuit autem, vt indigeant prop-
 ter ei molumentum eorum, qui eis subueniunt. Et sic annumerat
 D. Paulus in prædicto loco inter Spiritus sancti dona: Necessita-
 tibus sanctorū cōmunicantes. Quod cū ita sit, donū Dei esse
 ducito se te tibi pauperē iustum, cui succurras, offerre. B. Hiero.
 super caput vicesimum quintum D. Matthæi perpendit Domi-
 num siquate dixisse: Amen dico vobis, quādiu fecistis vni de his
 fratrib⁹ meis minimis mihi fecistis, vbi peculiariter de pauperi-
 bus iustis meminit: quod de alijs pauperibus nō dixit. Non qui-
 dē quod eleemosyna cui libet pauperi ob ipsius amoremeroga-
 ta illi grata non sit, sed, vt significaret, eleemosynam pauperibus
 iustis largitam sibi longē gratissimam esse. Cū eleemosynam,
 siue quodlibet aliud pietatis opus effeceris, recordare etiam Do-
 minum dixisse: Cum facis eleemosynam noli tuba canere ante
 te, sicut hypocritæ faciunt, vt honorificentur ab hominibus.
 Amen dico vobis, receperunt mercedem suam. Tu vero, o Chri-
 stiane trophæa, imaginemq; tuam in opere, quod in templo, si-
 ue hospitali, capella, siue ecclesiasticis paramentis fieri iussisti
 depingi vis? Qualem magis sonoram tubam vis, quam istam?

*Hiero. super
25. Matth.**Matth. 6.*

Vis

20 Vis non solum præsentibus, sed futuris etiam seculis opus illud tuum esse, tuisque expensis factum fuisse innotescat. Maxima hæc est utique tuba. Verere frater, ne ista trophæa, simulacra, & characteres opus, quod piè faceres in diuino conspectu oblinant: Dominusque tibi dicat: Recepisti mercedem tuam. In his etiam verbis, Beatus, qui intelligit super egenum, & pauperem, doceris, si manu tua eleemosynam facere potes, eam facere, nec pauperis vulnera horrere. Accede ad eum, & forsitan eleemosyna ista per cordis compassionem tibi fructuosior erit, quam per pecuniæ largitatem. Videbitis dominam, quæ canem (*Perrillo de falda*) habet, quem manibus contrectat, in sinu collocat, & ori applicat. Quod si pauper ad eius ostium accedit, dicit ancillæ, Porrige pauperi eleemosynam, dicque; ne huc sic vulneratus accedat. Ecce leoninam immanitatem. Non horret canis immunditiam, & cum ore deosculatur, pauperis autem plagas recusat aspicere. O diabolicam crudelitatem. Quid speras, o misera te à Deo in hora mortis audituram, cum sic pauperes eius nomine ad ostium tuum accedentes neglexeris? Si regis seruus in hæc urbem veniret, regiumque chirographum ipsius regis manu subscriptum, sigilloque munitum afferret, ubi rex diceret: si quis ipsius seruo quicquam largiretur, sibi fore gratissimum, seque centuplum esse soluturum. quàm libenter illum omnes exciperetis, eumque, ut aliquid à vobis acciperet, rogaretis, quia vos à rege centuplum accepturos sperabatis? O infideles, quomodo centuplo Dei non mouemini? Nunquid eius verbum deficere potest? Vbi est fides vestra? Quod si hoc creditis, quomodo 22 non intelligitis super egenum, & pauperem? Præsertim cum tantum vobis lucrum promittatur? Quod si non creditis, quomodo Christiani vocamini? Valde utique fratres hæc parcitas fidem nostram confundit. Atque etiam modica nostra in pauperes compassio illorumque vilissima æstimatio fidem nostram tepidissimam esse demonstrat. Non sic iusti faciunt, qui, ut ait Isaias Propheta, viri misericordiæ nuncupantur. Peculiariter que Diuus Martinus, cuius sacratissimam solennitatem sancta mater Ecclesia ineffabili cordis perfusata titia celebrat. Beatus Hieronymus in quadam Epistola explicans verba illa Diui Pauli dicentis: Ut sit Deus omnia in omnibus, dicit: Sic Saluator noster nunc omnia non est in omnibus, sed pars in singulis. Verbi

Isai. 57.

Hieron.

1. Cor. 15.

gratia, in Salomone Sapientia: in Dauid bonitas, in Iob patientia: in Daniele cognitio futurorum, & sic de alijs. At post huius sæculi consummationem erit omnia in omnibus, ita, vt singuli sancti cunctis virtutibus illucescant, gratiasque atque virtutes, quas nunc Deus in sanctos diuidit, tunc in singulis cunctas collocabit.

Interea tanquam apes diuersos flores in diuersis sanctis in hoc sanctæ Ecclesiæ vireto colligere debemus, ex quibus in pectoris, cordisque nostri cortice dulces sanctarum meditationum, affectionumque fauos fabricemus. Inter quos nobis hodie gloriosus hic Sanctus proponitur. A quo quanuis plurimos virtutum flores per imitationem colligere possumus: præcipuè tamen in eo humilitas, ac misericordia floruerunt: Qui Ethnicus filius cum esset, sanctissimus extitit. Vos autem 24. fratres mei optimorum parentum Christianorum liberi estis, multique vestrum (quæ vestra est culpa, atque miseria) quasi Dæmones estis. Per immensam Dei charitatem vos deprecor, vt erubescatis, tam degeneres vos præbere, doctrinæque piæ, quam à parentibus vestris percepistis, tam male respondere. Ad huius sancti imitationem humiliamini: in proximos vestros misericordes estote, Deusque se in vos benignissimum exhibebit suam hic vobis gratiam, & in futuro cœlestem beatitudinem conferens. Amen.

IN COMMUNI

Doctorem Con-

cio prima.

*Vos estis sal terra, quòd si sal euannerit, in quo salie-
tur? &c. Matth. 5.*



HODIERNA Sancti Euangelij lectio dilectissimi fratres est pars quædã oblongæ cuiusdam concionis, quam supernus mundi Reparator Christus Iesus discipulis suis in montis fastigio habuit. In qua benedictum os suum aperiens dixit: Beati pauperes spiritu, Beati imites, Beati pacifici: Beati qui lugent. &c. Statimque illis dixit: *Vos estis sal terra*, Quasi diceret: Ecce præparo, apponoq; mundo mensam optimis, saluberrimisque refertam cibus, quales sunt paupertas spiritus, mansuetudo, iniuriarum spontanea tolerantia, cæteræq; virtutes: at hi cibi sensualitati sunt insulsi, atq; insipidi: vosq; estis sal, quo illi condiendi sunt. A deo paupertatem, fletum, laborum, persecutionumque tolerantiam amare debetis, vt omnibus his virtutibus saporem, ac dulcedinem conferatis quòd illa homines libenter exerceant. Quando Deus Aaron in summum Sacerdotem elegit, præcepit virgas in templo statui, illumque cuius virga floreret, summum esse sacerdotem: vt patet in libro Numerorum. Vbi dicitur: Moyses inuenit germi-
Numer. 17.
 nasse virgam Aaron, & turgentibus gemmis eruperat flores, qui folijs dilatatis in amygdalas deformati sunt. Pæsatu dignissimum est, cur virga palmea, seu pyrea potiùs, quàm amygdalina non fuerit. Ad huius rei mysterium intelligendum, animaduertendum vobis est, hoc præ cæteris, inter peccatum, virtutemq; inter esse, quòd virtus amaritudinem, asperitatemq; in exteriori specie præ se fert: sub qua asperitate, atque amaritudine dulcor,

& suauitas delitescit. In peccati autem exteriori specie dulcor ⁴ apparet, sub quo tamen fel draconum amarissimum inest. Hoc etiam interest inter fructus (*De cnesco, y los de cascara*) Dactylus (*El datyl*) exterius suauissimus est, interius autem (*el cnesco*) durissimus est. Idem est in ceraso, malocotonio, & alijs huius generis. Amygdalū est vice versa, durum, scilicet, exterius, quod prius oportet infringi dentibus: & sic prius os cruentatur, digiti que lacerantur, quam interiori medulla fruamur. Hoc igitur est prælati concionatoris, & patris familias munus, has, scilicet, difficultates exemplo suo, efficacibus rationibus, coelestibusq; promissionibus perfringere: Ideoq; data est Aarō Amygdalina, & non palmea virga, vt quæ eius exercitatio esse deberet, in ea significaretur. Reperientibus discipulis Elisei ollæ pulmentum amarissimum, præcepit S. Propheta in ollam parum farinæ im- ⁵ mittere, & non fuit amplius quicquā amaritudinis in olla. In hoc opere Sanctus Eliseus filios illos prophetarum, qui futuri erant concionatores, voluit erudire eorū munus esse amarissima quæq; in dulcoram convertere. Ideo Dominus discipulis suis dicit *Vos estis sal terræ.* Sal etiā sterilem terrā efficit, vt patet in terris maritimis. Sic vos doctrina vestra, pioq; sanctitatis exemplo debetis efficere, vt animæ illius pestiferi fructus, quæ plerunq; ferre consuecunt, steriles sint. Certum vtique est, quod quemadmodum, postquam Deus maledixit terræ dicens: *Maledicta terra in opere tuo, spinas, & tribulos germinabit tibi, quod ex se in cula, & non sata profert, spinæ, ac tribuli sunt, triticum autem vinum, aut oleum non nisi culta producit: sic anima nostra ex natura sua non, nisi mala post lapsum producit.* Vt enim dixit ⁶ *Matth. 15.* Dominus, De corde exeunt cogitationes malæ, homicidia, adulteria fornicationes, furta, falsa testimonia, & blasphemias. O misera terra, quam pestiferum profert fructum. Huius fructus vberissima est infœlix anima nostra. Hicque sal prodest ad eam sterilem reddendam, ne tam maledictum fructum ferat. Sal etiam carnes exficcat: atque eundem effectum in peccatore operari consuecit. Videbitis hominem adeo pinguem, atque decorum, vt templi ostium vix eum capere possit: quem, vt Deus concionatoris voce pertingit, adeo contractus, ac macilentus, inediaque consumptus post quindecim dies reuertitur, vt vix possit agnosci. Ecquid est hoc? A sale penetratus est. Et quem

4. Reg. 4.

Gene. 3.

Matth. 15.

7 vix amplissimæ byssinæ, sericæ que vestes capere poterant, iam arcta quædam saccea vestis induit. Lacedæmones homines nimis pingues, & crassos à republica expellere consueuerant. Dicebant enim, hominem adeò pinguem voluptatibus nimium indulgere: qui autem hoc faceret gubernationi aptum esse negabant. Vna ex præcipuis salis proprietatibus est, quòd nō cōdit, nisi conteratur, (*Ue deshaze*) Si integer manet, condire non potest. Ideoque oportet illum (*Que se deshaga*) vt debite efficiat operationem. Et hæc est causa, ob quã hodie maior pars reipublicæ Christianæ manet insulsa, scilicet, quia sal integer manet, nec prælati, neq; domini, neq; rectores, neq; etiam concionatores plerunq; munera suscipiunt, vt consumantur, & conficiantur, sed potius, vt se suosq; reficiant. O si consumerentur,

8 & conficerentur voluptates, pecuniarumque acruos consumētes, aliasque, quibus abundant, superfluitates expellētes, quantum saporem, atque dulcedinem reipublicæ conferrent. Cum autem vnusquisque se reficere, alios autem destruere, atq; consumere conetur, hinc prouenit, quòd animæ adeò diuinarum rerum saporis immunes, expertesque remaneant. O Christe vere sal quanto Domine te labore, atque afflictione confecisti, vt ijs, quæ hominibus insulsa videbantur saporem conferres. De hoc diuino sale dicit Apostolus semetipsum exinaniuit formã serui accipiens in similitudinem hominum factus. Et Diuus Augustinus dicit: Filius vocatur cor patris. Et de hoc corde dici potest illud Psalmi: Cor contritum, & humiliatum Deus non despicias. Nam hoc cor quasi sal in sacratissima eius passione, ac

9 morte contritum fuit, vt insipida dulcia redderet. Inijciens Elias Propheta vas salis in aquas Iericho illas sanauit, omnemq; morbum, & amaritudinem ab eis expulit. Hoc ipso remedio vsus est pater æternus, vt mundi malis mederetur: filium quippe suum humanatum tanquam vas salis in paupertatem, labores, virginitatem, mortem deniq; immisit, sicq; hæc omnia iustis dulcia effecit. Ante quã Deus hoc faceret, adeò insipida erat paupertas, vt etiam sanctissimi quiq; illam effugerēt, diuitiasq; perquirerent. Castitas adeo hominibus amara videbatur, vt etiã & amici Dei, & viri sancti vna vxore cōtenti non fuerint, sed plures acceperint. Morsq; itã insipida erat, vt etiam & iustissimus Elias illam effugerit. At postquam verbum diuinum homo fa-

Philip. 2.
Aug. lib. de
Subst. diuin.
Psalm. 50.

4. Reg. 2.

Etus est, seseq; tanquam salem in isthac immisit, quam plurimi
 paupertate, virginitate, laboribus, ac deniq; morte delectari ce-
 perunt. Siquidem de multis dicitur in actibus Apostolorum: Ibant
 gaudentes a conspectu concilij, quonia digni habiti sunt pro no-
 mine Iesu contumeliã pati. Itaq; fortiorẽ puella tredecim anno-
 rum, veluti Beata Agnes, quã Elias se præbebat: cū ille mortem
 effugerit, hac autẽ puella exultanti animo sese illi offerebat. O
 patres præsides, cõcionatores, & omnes, qui aliqua huius sanctæ
 Ecclesiæ administratione fungimini, per immẽsam Dei charita-
 tẽ vos deprecor, vt ab hoc coelesti magistro discatis, quomodo
 falsari, cõdituriq; sitis multũ deliciarũ vestrarũ amittentes, quo
 inferiores vestri spiritalibus cibis, idest, virtutibus oblectentur.

2. Cor. 4. Attendite, quid B. Paulus de se, & de socijs suis fateatur dicens:
 Habentes hanc administrationẽ, iuxta quod misericordiã con-
 fecuti sumus, nõ deficimus, sed abdicamus occulta dedecoris nõ
 ambulantes in astutia, nec adulterantes verbum Dei: sed in ma-
 nifestatione veritatis commendantes nosmetipsos ad omnem
 conscientiam hominum coram Deo. Verba summa per pensio-
 ne dignissima. Dominus nobis spiritum concedat, quo ex illis
 fructum percipere nouerimus. Primò hic notandum est, virum
 sanctum singulare Dei beneficium, ac misericordiam appella-
 re, Deum ipsos suos effecisse ministros sanctique euangelij ope-
 rarios. Cognoscensq; ingens beneficium, quod in hoc accepe-
 rant, dicit: Non deficimus, idest, in eo ministerio exercendo nõ
 fatiamur, nec quiescimus, nec debito desumus. Imo non solum
 non deficiebant, verũ indies magis, ac magis proficiebant.
 Iustus enim indies magis proficit, & melior efficitur. Hodie su-
 perat quod heri erat, crasque quod hodie, vincit. De illo nãq;
 dicitur in Threnis: Leuauit se supra se. Sed abdicamus (inquit B.
 Apostolus) occulta dedecoris, idest, cogitationes malas, quæ si
 apparerent, ignominiosæ essent, a nobis auellimus. Itaq; ad pro-
 ficiendum in virtute oportet omnes malas cogitationes abdicari.
 Non ambulantes in astutia, idest, nõ artificiosẽ nos gerimus.
 O quot hodie in mundo artificiosẽ viuunt, & vnã prædicãtes
 veritatem mille mendacia interserunt: & vnã, quam operantur,
 virtute complura vitia contegant. Nos autem a deo sincere viuimus,
 vt quod interius latet, exterius videatur. Nec adulterantes
 verbum Dei. Quemadmodum adulteri non prolem quidem,

13 dē, sed voluptatem suā expetunt: sic multi concionatores nō spī-
ritalem prolem, sed potius inanem gloriam adipisci conātur, se-
que doctos, & eloquentes iactare intendunt. Nos vero non ina-
nem gloriam, voluptatemue ex diuini verbi concione perquiri-
mus, sed spiritualem potius generationē expetimus: peccatorū
conuersionem exoptamus, vt ex filijs Sathanæ, Dei filij reddā-
tur. Ob hoc prædicamus, veritatemque Euangelicam mūdo ex-
planamus, commendante nosmetipsos ad omnem conscientiā
hominum corā Deo. Idest, ita viuere curamus, vt omnibus san-
ctum pietatis præbeamus exēplum: operaq; nostra in diuino ex-
hibita ministerio omnibus placeant, & hoc coram Deo, non vt
hominibus tantū placeamus, sed præsertim vt Deo grati simus.
O patres præsides, & patres concionatores, si omnia hæc verba
14 in cordibus vestris imprimeretis, vt eis in muneribus vestris gu-
bernaremini: quā efficax sal essetis, & quātam in animabus ope-
rationem faceretis.

At, animaduertite Dominū dicere: *Vos estis sal terræ.* Quod si
terra non est terra, quomodo prælati, & concionatores erunt sal
terræ? Quāuis illi, sicuti sal fit ex aqua & sole, ex lacrymis, & cha-
ritate cōpositi sint, quid proderit, si terra nō sit terra? Idest, si ho-
mines non sunt similes terræ, quæ mollis est, & cœlestes influen-
tias, atq; impressiones facile recipit, sed sunt durissima saxa, im-
potētia impressionē vllā recipere, qualē sal in lapidibus impres-
sionem facere potest? O peccatores obdurati, quam merito
de vobis dicere possumus illud Hieremiæ prophetæ, Induraue-
runt facies suas super petram, & noluerunt reuerti. Quod cū ita
15 sit, in qua culpa sunt prælati, & concionatores vestri modici pro-
uentus? Conuertimini lapides, conuertimini, & iam iij esse delini-
te, terra estote, vt sal, sit sal terræ. Attendite nūc vobis tempus
acceptabile esse, illo vtimini: caute ne super vos grauissimum
illud supplicium, quo Deus peccatricem animam, & omnes
eius sequaces, comminatus est, corruat. Dedi (inquit) illi tempus
vt pœnitētiā ageret, & non vult pœnitere à fornicatione sua.
Ecce mittam eā in lectū, & qui moechantur cum ea in tribulatio-
ne maxima erūt, nisi pœnitentiam ab operibus suis egerint. Vbi
alij transtulerunt: Ego mitto eam in lectum. Et sic est in contex.
Græco. In quo manifestatur supplicium incorrigibili, & indu-
rato peccatori tam citò esse venturum, vt illud iam adesse,

Hier. 5.

Apoc. 2.

iudica-

Luc. 34.
Simile.

judicare possit. *Quod si sal euauerit, in quo salietur?* Vnus sensus huius sententiæ est: Si sal disparuerit, & abierit. Nam hoc significat, *Euanesco*, vt patet apud B. Lucam, vbi de Christo R. N. dicitur: Et ipse euauit ab oculis eorū. Sedes ad mensam, apponiturq; tibi perdix in catino. Estq; in mēsa salinum deauratum, manum extēdis, vt ab eo salē accipias, nec salē inuenis. Cōuersus est in aquam: euauit. Tunc dicis: Non est sal. O quā miserabilia sunt visu in mensa sanctæ Ecclesię tot salina, tot prelati, doctores gubernatores inaurati, & quā plurimis redditibus locupletati. Accedit autē pauper mœrore affectus, cūmq; inauratum perspiciat salinū, brachium porrigit, vt salem consolationis, auxiliijq; percipiat: & sæpenter nec auxilium, nec cōsolationem, neq; elemosynam reperit: cuius causa est, quia ille sal tunc in voluptatum, pompæ, humanarumq; affectionum aquā¹⁷ conuersus est, & efficaciam debitam non habet.

Etiam, *Si sal euauerit*, vult dicere: Si sal medullam amiserit, in quo salietur? Res vana vocatur cū interiori medulla caret. Et sic dicere solemus: Hęc nux, hoc amygdalū est vanū, cū nihil habet interius. Medulla animæ est charitas, & anima charitatis expers est inanis, & vana. Et sic iam effectum suum non operatur: nam ex charitate illi dimanabat, docere, reprehendere, consolari, spiritalibusque, & corporalibus necessitatibus subuenire: Et deficiente charitate, illius effectus deficiūt. Vt igitur hæc charitas conseruetur, hancq; habeat efficaciam, oportet sapiētes nō esse contentos his mortuis libris operam dare, sed vt etiam libro vitæ Iesu Christo filio Dei diligenter incumbant, eum, & sanctissima ipsius opera summa animi affectione diligentes. Et ita¹⁸ dicit Beatus Bernardus: Experto crede, aliquid amplius inuenies in syluis quā in libris. Ligna, & lapides docebunt te quod à magistris audire non possis. An non montes stillabunt dulcedinem, & colles fluent lac, & mel, & valles abundabunt frumento? In hoc significat vir Sanctus, quā cœleste sit sanctæ considerationis, & contemplationis studium: & docet nos per corporalia in diuinorum cognitionem, amoremque deuenire. Ecquid prodest Theologo de diuinarum personarum productione, & de mysterijs sacramentorum, virtutumque, quas Christus supernus Magister noster erudiuit, magna animi contentione, miraque eruditione disceptare, nisi

Bern. Epist.
106.

19 nisi voluntatem suam ad ipsarum amorem applicet? Et mul-
 to minus tibi prodest, o iuris perite, quod omnes Bartoli, &
 Baldi leges, eorumque expositiones memoria teneas, nisi no-
 ueris quomodo diuinam legem debeas adimplere. Sicut nec
 quicquam medico prodest, eum omnes curare scire, nisi sibi
 pulsus consideret, culpisque suis remedium, verumque me-
 dicamen nouerit adhibere. Et quid prodest cuiquam, mag-
 num esse astrologum, cœlorumque motus cognoscere, pla-
 netarum cursus, stellarum influentias, rerum denique natu-
 ras intelligere: nisi cordis sui inordinatos motus, scelerumque suo-
 rum influentias cognoscat? Ideo dixit Deus per Isaiam Prophe-
 tam, quod etiam Beatus Paulus citat, perdam Sapientiam, sa-
 pientium, & prudentiam prudentium reprobabo: quia non
 20 ad maiorem quidem charitatem impetrandam, sed ad se inflan-
 dos, maioremque iactantiam ostentandam, sapientes esse vole-
 bant. Hinc intelligent viri eruditi quanto cum timore in hoc
 sæculo viuere debeant, ne eorum scientia in ipsorum confusio-
 nem, condemnationemque vertatur. Mysterosum est uti-
 que quod referens Isaias Propheta diuini spiritus dona, qui-
 bus sacratissima R. N. Iesu Christi anima fuit exornata, illa
 bina recenset, in fine autem solum timorem addidit. Requie-
 scet super eum inquit Spiritus Domini, spiritus sapientiæ,
 & intellectus, spiritus consilij, & fortitudinis, spiritus scien-
 tiæ, & pietatis: & replebit eum spiritus timoris Domini.
 O admirabile mysterium, quod anima quæ nequaquam po-
 terat peccare, quæque gloria plena erat, timoris etiam Do-
 21 mini repleta esset. Non utique seruilis, sed filialis, ac reuerentia-
 lis hic timor erat: qui quidem viatorum spiritibus domina-
 tur. Et sic decantat Ecclesia: Tremunt potestates. Et David
 dicit: Timor Domini Sanctus permanet in sæculum sæcu-
 li. Nam, vbi Deus apertius cognoscitur, illic hoc diuino ti-
 more magis timetur, & excolitur. Adhibens Sanctus Pro-
 pheta timorem solum, nec eum vlli ex cæteris donis con-
 iungens significauit, illum cæteris omnibus esse connec-
 tum: quo utilia sint animæ, quæ vllum, aut vlla illorum
 habuerit. Itaque donum Sapientiæ cum dono timoris oportet
 incedere, donumque consilij, fortitudinis, scientiæ, ac
 pietatis timori coniungi debet: ne homo (quæ ipse est de-
 pra

Isai. 29.

1. Cor. 1.

Isai. 11.

Psal. 18.

pravatio) ex aliqua eorum superbiendi occasionem sumat: ²² sed potius cuncta ei occasione sint, Deum ardentius diligendi.

Quod si saluauerit, in quo saluetur? In his verbis nobis summaritas significat bonum, siue malum totius populi magna ex parte à bona, seu mala prælatorum, & maxime Ecclesiasticorum vita pendere. Nec verò hoc modo, dicit, sed multo antea idem per Hieremiam Prophetam prædixerat. Cum, postquam multa, & ingentia populi mala recensuerat, subdidit: Factus est cursus eorum malus. Et huius rationem assignat dicens: Propheta nanque & sacerdos polluti sunt, & in domo mea inueni malum eorum ait Dominus. Idcirco via eorum erit quasi lubricum in tenebris: impellentur enim: & corruent in ea. Liberet nos Deus à tanto malo. Animaduertite quantopere Dominus in hac metaphora exaggerat, quam perniciosi sint mali Ecclesiastici. Si diceret, inquam sacerdotum, & Ecclesiasticorum vitam præcipitium esse sæcularibus hominibus in lucido: illa utique via posset euitari, & alia iter fieri. Verum præcipitium in tenebris quis aspiciet? Quod si non fuerit visum quomodo fugietur? Omnes mali sunt lubricum, quorum malis exemplis iusti prolabi consuescunt. At cum mali, vt tales cogniti alijs peccatorum occasione sunt, & alios scandalizant, diurna lubrica sunt, idest, non tantum damni afferunt, neque ad peccandum tantopere alios commouent. Sed cum ij, qui vulgo probi æstimantur, & alios erudiunt, peccant, impiumque exemplum præbent, hi sunt quasi nocturnum, ac tene-²⁴ brosum lubricum, quod vix quisquam nouit effugere. Infelicissima erunt illa tempora, in quibus qui vitiorum carnifices, spiritualiumque vulnerum chirurgi esse deberent, aliorum peccatorum scuta extiterint: cumque sæculares homines vitiorum obiurgati responderint: Non est mirum nos hoc facere, cum Ecclesiastici viri docti, concionatores, ac prælati idem faciant. De hoc sale ita vacuo, & infecto dicit hic Dominus: *Ad nihilum valet ultra, nisi vt mittatur foras, & conculcetur ab hominibus.* Non permittit tanquam licitum hic Dominus vt Ecclesiastici viri quantumuis mali eam supremo fungentes munere, vt Angelis antecellant sa-
cratiff-

Hiere. 23.

55 **seratissimum ipsius corpus consecrantes contemnantur : sed**
 supplicium assignat , quo illi ob ipsorum scelera dignifunt.
 Et notanter dixit : Vt conculcetur ad hominibus , idest, ab
 alijs peccatoribus . Nam iuxta nonnullorum sententiam , hic,
 hominibus , accipitur , sicuti cum Beatus Paulus dixit : **Cum** *1. Cor. 3.*
 enim sit inter vos zelus , & contentio , nonne carnales estis , &
 secundum hominem ambulatis ? Et sic est verum , quod so-
 li scelerati ecclesiasticos viros in aliquem defectum prolap-
 sos spernant , atque conculcant . Verum quid mirum , si hos
 negligant , & conuitijs insectentur , cum illos tantum pres-
 byteros suspiciant , atque venerentur , qui redditibus , tempo-
 ralibusque bonis exuberant ? Atque adeo inconsiderati sunt,
 vt pari plebeium quemque , ac pauperem sacerdotem , quan-
 26 tumcunque iustum honore afficiant . O infelicissima , & mi-
 ferrima tempora , in quibus ministri Dei , à vilissimis ho-
 minibus adeo contemnantur . Etsi Pharao Ethnicus erat,
 idolorum sacerdotes maximè coluit : nam arctissimæ illius
 famis tempore omnes homines regni sui , præter sacerdo-
 tes idolorum tributarios effecit , vt patet in Genesi : Et Na- *Genes. 47.*
 buchodonosor , quanuis etiam erat Idololatra , intelligens
 Danielelem Dei esse ministrum illum tanto affecit hono-
 re , vt dicatur in ipsius Historia : Tunc rex Nabuchodono- *Danic. 2.*
 sor cecidit in faciem suam , & Danielelem adorauit , & ho-
 stias , & incensum præcepit , vt sacrificarent ei . Et Alexan-
 der Magnus cum Hierosolymam oppugnaturus accessisset,
 exeunti sibi obuiam summo sacerdoti pontificijs vestimen-
 27 tis induto ab equo descendens eumque sacerdotem esse co-
 gnoscens , obediit , & eius causa Hierosolymam noluit ex-
 pugnare . Quomodo hæc audientes , & quæ hodie in mun-
 do aguntur , considerantes lachrymis non conficimur . O cta-
 na Synodus generalis dicit : Imperatores , ac Principes , qui *O cta. Syn.*
 sepios Christianos esse ducunt , episcopos sibi æquales esse *gen. can. 14*
 cognoscant , vt eos suorum defectuum audeant reprehen-
 dere . Et nullus Episcopus siquem in via Principem offen-
 derit à mula descendat , neque coram eo prosternatur . Quod
 si quis huic decreto non obediit , per totum annum Pontifi-
 cio munere priuetur : & Princeps , qui tale agi concesserit , biënio
 excōmunicatus sit . Heu heu , quam male hoc hodie obseruatur .
 Ideo

Ideo quidem Deus inferos frustra non fecit. Melius obserua-²⁸
 nit Alexander Magnus, licet Ethnicus, & totius orbis Mo-
 narcha, canonem hunc, quam hodie Christiani Principes il-
 lum custodiunt. Dico igitur, malos, & peccatores homines
 non solum imperfectos sacerdotes, sed & perfectos etiam par-
 ui facere. Etenim iusti utrosque suspiciunt, ac venerantur ob
 excelsum munus, quo funguntur. Cum David, & socij
 eius in spelunca ob Saulis persecutionem absconderentur, in
 eandem speluncam Saul ingressus est, cum quadam natura-
 li necessitate. Cumque serui David tam bonam, opportunam-
 que occasionem animaduertent, eum hortabantur, ut ipsum
 occideret: at ipse nolens præcidit oram chlamydis Saul si-
 lenter. Statimque, ut facer contextus addit, percussit cor
 suum David, eò quod abscidisset oram chlamydis Saul. At-²⁹
 que, ut comitum suorum furorem extingueret, dixit eis: Pro-
 pitius sit mihi Dominus: ne faciam hanc rem Domino meo
 Christo Domini. Idest, tam procul sum ab hoc, ut quod
 vos vultis, efficiam, ut etiam me magnopere pœniteat, chla-
 mydis eius oram abscidisse, eò quod Christus, idest, vnctus
 Domini sit. Quod si David tanta fuit contritione percussus,
 quia maledicti cuiusdam viri, qui iam à Deo fuerat reprobatus
 chlamydem abscederit, solummodo quia Domini Christi
 erat: quanto magis eos oportet compungi, qui de Sa-
 cerdotibus Euangelicis detrahunt, eosque iniurijs afficiunt:
 tametsi peccatores sint? In Concilio Nicæno libellus in Sa-
 cerdotes Constantino Magno Imperatori fuit oblatus: quem
 ut Optimus Imperator legit, dirupit, dicens: Liberet me Deus ³⁰
 ne ego iudex efficiar Sacerdotum, qui sacratissimum eius cor-
 pus, & sanguinem manibus contrectant. Si hoc spiritu, di-
 uinoque zelo res Dei diligereamus, hunc utique nobilissimum
 Imperatorem sequeremur, & sacerdotum quantumcunque ma-
 lorum iudices non nos efficeremus. Dimittamus eos fratres
 charissimi: nam si mali fuerint, quanuis in hoc sæculo ab homi-
 nibus non conculcentur, in futuro tamen à Diabolis acerrimè
 calcabuntur. O quam terribiles calces sunt cruciatus infer-
 ni: vbi damnati non solum in animabus, sed in omnibus
 etiam membris corporum torquebuntur. Nam sicut in gloria bo-
 norum merces est vniuersale quoddam bonum, in quo cuncta
 bona

31 bona reperiuntur: sic malorum supplicium est malum vniuersale, in quo suo modo cuncta mala inueniuntur. Si videretis hominem capite simul & oculis, chiragra, dentibus, stomacho, corde, ac podagra laborantem, cuique nulla pars corporis dolore vacaret, dicite quæso, quanto agone miser angetur? Hoc equidem est (si qua potest inter vtrunque esse comparatio) quod non in vnam quidem, aut mille noctes, sed in perpetuum in illo terribissimo loco miseri patiuntur. Quod si verum est, quomodo qui hæc credunt, & confitentur adeo negligentes sunt, & tam alto sopore dormiunt? Quibus homo laboribus se se libentissimè non offerret, vt vnum tantum diem hæc tormenta subterfugeret? Quomodo igitur homines adeo cæci sunt, vt ad tam grauium malorum æternitatem effugiendam, tam modicum virtutis laborem non
 32 suscipiant? Hoc vtique profundè considerantem in maximum stuporem inducit. O animæ pretiosissimo Iesu Christi sanguine redemptæ per viscera charitatis ipsius vos deprecor, ne vos deperdati: vosmetipsas miseramini. Qui estis sal, si euauistis, peruersique fuistis, tempus nunc remedij habetis: veram agite poenitentiam. Et qui lapides estis, eodem medicamine in terram conuerti potestis, vt sal in vobis aliquid operetur. Sicque diuinâ gratia donati, sempiterna gloria digni eritis: ad quam nos perducat Iesus Mariæ filius, Amen.

In eodem Communi Docto-
 rum, & maximè pro beato Patre
 Dominico Concio
 Secunda.

Vos estis sal terræ: quod si sal euauerit, in quo salietur, &c. Matth. 5.



Æ C sacri Euangelij lectio sæpenumerò in anno prædicari consuevit. Verùm neque ideo vobis fastidiosa esse debet: cum res, de quibus loquitur, nūquam tædium afferant. Agit quippè de sale, qui quotidie mensæ apponitur, quoque omnia conduntur, nec tamè vnquam tædium gignit. Imò si seruis vester

illum vobis in mensa non apponit, eum obiurgatis. Quod si ma-
 terialis sal nunquam est fastidiosus, minus vobis esse debet sæ-
 pè multa audire de illo sale, qui spiritalem virtutibus saporem
 confert, easque conseruat. Agit etiam de luce, quam quoti-
 die videmus, & semper nobis denuò lætitiã affert: quod si
 eam vno die non cerneremus, mærore afficeremur. Quare igitur
 nobis fastidiosum erit de Euangelicæ doctrinæ mysterio-
 rumque illius luce sæpe audire? Loquitur etiam sacrum hoc
 euangelium de ciuitate: ciuitas autem populosa tædium ho-
 mini afferre non solet: indies enim in ea delectabilia denuò
 videnda occurrunt. Minus igitur molestum nobis esse oportet
 de ciuitatibus refugij nostri sæpe multa percipere. Hi
 sunt sapientes, quos Deus habet in hoc sæculo, in quibus ali-
 moniam spiritalem, qua ad perueniendum ad illam coele-
 stem urbem Hierusalem alimur, inuenimus. Ecce quomodo
 licet sacrum hoc euangelium nimis attritum sit, semper in eo
 novos gustus reperiemus, sicuti illa, de quibus agit, eos af-
 ferre consuecunt. In illa superna concione, quam summus
 orbis prædicator, ac Dominus in montis fastigio habuit, vbi
 leges sanxit, quibus populus ipsius gubernandus esset, cum di-
 xisset. Beati pauperes spiritu: Beati pacifici: Beati mites, &c.
 subdidit dicēs: *Vos estis sal terræ.* Ineffabili ipsius charitati visum
 est, non sufficere populo suo se vitam contulisse, eumque aberro-
 ris, ac vitiorum tenebris abstraxisse: nisi ei remedium relinque-
 ret, quo conseruaretur. Ideoque illi concionatores, ac prælatos
 concessit, qui vita, doctrinã, pijsque exemplis in eo idem effi-
 cerēt, quod sal in carnibus solet operari. Qui in initio hebdoma-
 dæ recentes carnes emit, quibus in vota hebdomada vescatur: sa-
 lem etiam emit, quo illas saliat. Quod si eum interrogas? Domi-
 ne, quare carnes istas, cū recentes sint, salis? respondet: Non quia
 corruptæ sint, sed ne corrumpantur, & oboleant. O Christe vite
 reparator, vereque necessitatum nostrarum auxiliator, tanta
 cum perfectione, suauissimæque virtutum fragrantia sanctam
 Ecclesiam tuam extruxisti sacratissimi sanguinis tui illam vir-
 tute decorasti, quare illam salis? Vt in puritate, ac sanctitate qua
 ego illam fundavi, conseruetur. Experientia cõperimus duplex
 esse genus salis. Alterum, quod non indiget cultu, qualis est sal
 Cataluniæ, & Aragoniæ: qui sine humanis artibus, & industria,
 sed

simile.

simile.

5 sed duntaxat cœlestibus influentijs verus, sapidusque est sal. Alterũ, quod oportet excoli: & huiuscemodi sal in salinis humano perficitur artificio. Sic duplex est cõcionatorũ genus. Alteri nã que sine humana industria sal fuerũt. Hi fuerũt sacri Dñi discipuli, qui sine studio, humano vè artificio sapiētissimi extiterũt. Eos nãque diuinus spiritus erudiuit: sicut ipse Dñs eis promiserat dicens: Cũ venerit ille spiritus veritatis, docebit vos omnẽ veritatẽ. Et alibi dixit eis: Dũ steteritis ante reges, & præsides, nolite cogitare quomodo, aut quid loquamini: dabitur enim vobis in illa hora quid loquamini. Hic fuit sal sine labore confectus. Nihil opus erat, nisi ex rupe succidere: Non erat opus studijs, neq; argumentis: omnia diuinus spiritus ministrabat. Alter sal communis conficitur artificio: è mari hauritur aqua, & solis radijs exponitur, sicq; cõdelfatur, & efficitur sal. Sic igitur oportet modò perfici salẽ, qui nũc christianũ populũ condit: qui sunt viri eruditi. Etenim è negotiorũ, conuersationũque humanarũ mari abstracti, literarũ studijs intendere debet, vt hac exercitatione sapiētes efficiantur. Vt autẽ noueritis quã necessariũ sit Ecclesiasticis esse sapientes, maximeq; prælatos, & cõcionatores sapientia poliere, & quantũ Deus oderit ignaros, perpendite, quã so seuerã quãdam comminationem, quã eos deterret per Oseam Prophetam dicens: Quia tu scientiam repulisti, repellam te & ego, ne facer dotio fungaris mihi. In his verbis huius criminis grauitatem Dominus manifestat, scilicet, repellere scientiam, dum poenaltionis infligit, quã non nisi in grauissimis criminibus infligitur, vt Theologi dicunt, & præcipuè Diuus Thomas, vt apud Exodum, & Deuteronomium reperies: nempè in peccato falsi testimonij & in percussuris & multilationibus &c. digna profecto est hæc Dei comminatio, quã timeatur. Quamobrem ij, qui Ecclesiastici esse conamini, verè, & ex animo sapientiam amplectimur: & aduertite in Ecclesiasto dici, Qui addit scientiam, addit laborem. Vbi alij transtulerunt: Qui addit scientiam, addit dolorem. Et sic est in contex. Græco, & in Paraphr. Chald. & sic etiam vertit Beatus Hieronymus. In quo docemini, si in scientia crescere vultis, oportere vos laborem labori, & vigilias lucubrationibus addere: vnde dolores, morbi que proueniunt. Quã sitis aliquando Plato, quomodo ad tantam sapientiam per-

10a. 16.

Matth. 10.

D. Tho. 1. 2

9. 105. ar.

2. ad. 10.

Exo. 22.

Dent. 19.

Ecclesi. 2.

uenisset, respondit: Quia de olio plus consumpsi in lampade, quam de vino in scypho. Quem profectò si nunc multi imitarentur, non tot essent ignari, quot sunt: quos summoperè fugere debent electores, quanuis eorum propinqui, siue amici sint.

Ad construendam domum Dei in Hierusalem, non Iudæos quidem elegit Salomon, vt patet in libro Paralip. secundo, & in tertio Regum volumine: sed quæsiuit qui scirent ligna cædere, videlicet, Sidonios dicens regi Hiram: Non est in populo meo qui sciat ligna cædere. Ecquid nos sumus, teste Apostolo, nisi templum Dei? Vt ergo extruatur hoc templum, quærendus est artifex, qui sciat ligna, id est, virtutes cædere, & aptare in ædificio: non insipiens, & scientiæ Dei imperitus. Audite obsecro, quid Apostolus dicat secundum gratiam Dei, quæ data est mihi, vt sapiens architectus fundamentum posui. Non utique dicit: vt insipiens, aut imperitus architectus, sed vt sapiens. Agnouit enim architectum insipientem esse dedecere, sed sapientia ex-cultum. In Exodo præcepit Deus quæri sapientes corde viros, & repletos spiritu prudentiæ ad consuendas vestes sacerdotis Aaron. Quod si vestes non, nisi à sapientibus Deus fieri præcipit, quanto sapiētiores sacerdotes esse volet, cum eorum munus sit animas virtutibus exornare? Quod vt significaret, inter vestes, & ornamenta sacerdotis primum posuit rationale, in quo iussit scribi: doctrina & veritas, vt patet in Exodo, vt significaret primum, & ante omnia in sacerdotis pectore doctrinā, & Dei scientiam esse perquirendā. Et in Hebræo contextu pro dictione, doctrina, est dictio, vrim, id est, illuminationes: oportet enim illum esse illuminatum scientia Dei. Estq; animaduertendum, quem admodum diximus opus esse ad hoc, vt aqua condensetur, & in salem conuertatur, à solis radijs vndique penetrari: sic oportere hominem non esse contentum intellectum sapientia illuminare, atque perficere, sed curare etiam, vt voluntas charitate inflammetur: quo non inanis quidem, sed solidus, atque efficax sal efficiatur. Gloriosus Apostolus Paulus in priori Epistola, quam ad Corinthios misit, gratias Dei gratis datas recenset dicens: Diuisiones gratiarum sunt. Idem autem spiritus, qui operatur omnia in omnibus. vnicuique autem datur manifestatio spiritus ad vtilitatem. Alij quidem per spiritum datur sermo scientiæ: alij autem sermo scientiæ secundum eundem spiritum: alij gratia san-

tatum:

11 tarum: alij operatio virtutum: alij prophetia, alij discretio spirituum: alij genera linguarum: alij interpretatio sermonum. Hæc autem omnia operatur vnus, atque idem spiritus diuidens singulis prout vult. Et quia nonnunquam homines ex ijs superbiendi occasionem sumunt, & sic contingit, aliquos eas in peccato possidere: ideò non hic Beatus Paulus stetit: sed postquam has omnes gratias, earumque effectus retulit, vltimus progressus in fine capitis dixit: **A** Emulamini autem charismata meliora, id est, super altiora compete. Nefatigemini contendentes, quis nam doctior, linguæque expeditior, & sacræ Scripturæ peritior elucidator sit. Nam licet verum sit has ab ipso Deo gratias esse datas: at mali ex illis malorum, scelerumque ansam assument. Quapropter acquisita sapientia, neque etiam infusa contenti sitis: sed su-
 12 per hoc contendite: quis ardētius Deum amabit, & quis humilior erit, diuinisque ipsius præceptis promptius obediet. Et ideò addit: Et adhuc, id est, ad hoc, excellentiorem viam vobis demonstro. Et quæ est hæc via gloriose Apostole? Ipse statim in initio sequentis capitis explicat, dicens: Si linguis hominū loquar, & Angelorum, & habuerim prophetiam, & nouerim mysteria omnia, & omnem sciētiam, charitatem autem non habuero, nihil sum. O coelestem doctrinam tam sancto Apostolo dignam. In qua nos docet, quamuis scientia excellens sit, & vt illam consequamur, magnopere nos oporteat laborare, multo tamen præstantiorem esse charitatem: atque idcirco longe diligentius nos ad illam impetrandam laborare oportere. Quod multi vice versa faciunt. Qui cum dies, menses, & annos varia scientiarum genera perdiscentes intellectum clarificando consumant, vix vnâ horam in voluntate ad diuina mysteria, quæ didicerunt, diligenda perpendere norunt. Canis venatorius, si bonus est, leporem, quem apprehendit, non edit: sed eum integrum Domino suo reseruat. Sic oportet facere intellectum. Etenim veritates spirituales Dei, quas studijs suis acquisierit, & venatus fuerit, non ipse solus comedere, sed voluntati tanquam dominæ illas tradere debet, vt illa eas comedat; diligendo, & ad eas se propensius inclinando. Qui sic vixerint, merito sal appellari possunt. Et quemadmodum sal vulneribus applicitus. (*escueze y lastimas*) vbi autem non sunt vulnera, non nocet: sic prædicatores zelo accensi doctrina sua peccatores urgere, atque arcere debent, qui

simile

Numi. 20.

peccatorum vulneribus sunt confisi. Et praelatos non oportet esse reprehensionibus contentos: sed cum id necessitas postularit, corporalibus etiam supplicijs affigere, cum autem illis opus non fuerit, illa praeferre debent. Moyse dixit Deus: Tolle virgam, & congrega populum tuum, & Aaron frater tuus, & loquimini ad petram coram eis, & illa dabit aquas. Et sequitur inferius: Cumque eleuasset Moyses manum percutiens virga bis silicem, egressae sunt aquae largissime. Dixitque Dominus ad Moysen, & Aaron: Quia non credidistis mihi, ut sanctificaretis me coram filiis Israel non introducetis hos populos in terram, quam dabo eis. O incommutabilis Deus, ecquid hoc est Domine? Ecquid hi sancti viri deliquerunt, quare sic eos reprehendis, atque minaris? In quate non sanctificarunt? Doctores Hebraei dicunt horum fratrum peccatum fuisse, quod petrae non sunt locuti, sicuti Dominus praeceperat eis dicens: Loquimini ad petram, & illa dabit aquas. Cumque sufficeret eos loqui ad petram, ut aquas produceret, Moyses illam gemino ictu percussit. Ideoque Deus queritur, quia ipsum coram populo non sanctificarunt. Mirabilius quippe esset petram solo verborum sonitu, quam virgae ictu aquas producere: sicque Deus a populo magis glorificaretur. O quam mirabilis doctrina in hoc mysterio delitescit. Voluit nos in hoc Dominus docere, cum praesides patres familias, populi que rectores miribus verbis damna, & mala resarcire, illique obuiare possunt, ne asperis sermonibus utantur, & cum asperis reprehensionibus mala curari poterunt, ictus virgae non addant. Superfluum est supplicium opere sumi, cum verbo sufficit. Et in hoc similes erunt salis qui vulnera perstringit, & ea dolere facit, sanam autem carnem non laedit: siquidem illis dicitur: Vos estis sal terrae. Considerate mensam delicatissimis, & nimis opiparis refertam cibis, & tamen insulsis. Vbi primum qui ad mensam confident, salis defectum experiantur, protinus buccellam ex cre proijciunt dicentes: O quam insulsus, atque insipidus cibus: & mille horroris signa demonstrent. Sic (dicit Dominus) est mundus, & omnia eius, sine doctrina, & exempli vestri sale. Quod cum ita sit, fratres, siquidem omnes, quos editis cibos, sale conditis: sic omnia negotia, quae egeritis peritorum sententia sale condite illos consulendo. Et quemadmodum sal cibus inijci solet prius quam coquantur: sic talium peritorum consilium adhibendum est.

ante-

27 **antequam hæc negotia suscipiantur: quo iustitiæ, rationis, con-**
formia sint. Et si quidem semper tam in hyeme, quam in vere sa-
le utimini: sic semper diuinum verbum, & conciones liberè au-
dite: nec dicatis, Magnus viget æstus, neq; hoc tempore concio-
nibus possumus interesse. Sic ego credo nimium æstum causam
esse vestri modici affectus, & deuotionis: non materialem cui-
dem, sed carnalis concupiscentiæ calorē. Quemadmodum præni-
mio calore materiali frigus per antiparitas in interiores par-
tes se recipit: vnde experientia comperimus verno tempore pu-
teos, fontes, & cauernas terræ frigidissimas esse: sic etiam ni-
mius sensualis calor, qui in exterioribus partibus dominatur, effi-
cit tantam in humanis cordibus frigiditatem esse reclusam. O-
diabolica antiparitas: quantum animabus officis. Hinc fratres
8 mei: prouenit, quòd celestem doctrinam tam parum diligitis
cum tamen illam audire, atq; opere complere vestra vel maxi-
mi referat. Profecto cū comœdiæ fiunt, & cum in foro tauri agitā-
tur, non dicitis: Magnus viget æstus, ne illuc eamus. Etenim cum
his oblectemini, nunquam ea videre fatigamini. Homini forni-
cario omnis panis dulcis, non fatigabitur transgrediens vsq; ad fi-
nem, dicitur in libro Eccle. Vbi alia translatio habet: Homini
fornicario omnis panis dulcis: non cessabit vsque ad finem. Hūc
fratres, obsecro ignem caloremq; sensualem diuini timoris aqua
extinguite, statimque hoc sale delectabimini.

Simile.

Eccles. 23.

Quod si sal euauerit, in quo salietur. O quantum malum est sa-
lem euanescere: David dicit in psalmo: Vanī filij hominum, men-
daces filij hominum in stateris, id est, in deliberatione boni: & ma-
li: vt decipiant ipsi de vanitate in idipsum. Id est, vanitate com-
9 mouentur, vt sese inuicem decipiant. At regem esse vanum, nō
est mirum: cum maiestas illa, potestas, atque diuitiæ, quæ cum
ita sunt vanitas, occasionem ei præbeant, vt vanus sit, & cum alijs
sibi similibus contendat. Est utiq; cum vanitate vanus, Iuuenis-
que præ pulchritudine, nobilitate, diuitijsque vanus, est cum va-
nitate vanus. Qui autem rebus sanctis est vanus, hic non so-
lum vanus est, sed vanissimus etiam. Tu, qui sacræ Theolo-
giæ mysteria perlegis, scilicet, quo modo Deus humanam
assumpsit naturam, & factus est humilis, atque obediens vs-
que ad mortem mortem autem crucis, & quomodo nobis
præcepit ipsum imitari: & tu qui mundi contemptum

248 In Communi Doctorum

virtutumque exercitationem predicat, iisque euanescentis, hoc uti-
 que nimis horrendum est. Hoc totis viribus, totoque conatu dia-
 bolus expetit, ut mundus sine sale, ac sapore maneat, Deoque insi-
 pidus sit. Est diabolus similis (*Al padriño*) hominis sagittandi, qui
 prima sagitta illius cor transigere curat: quò ceteras non sentiat.
 Cor sanctæ ecclesiæ sunt Ecclesiastici viri, & hoc diabolus ante
 omnia curat euertere, ut Deo mortuum maneat: arbitratorem enim
 se per ceteras huius mystici corporis partes tuto (ut aiunt) pede
 ingredi posse. Peruersis enim Ecclesiasticis tota Respublica faci-
 le posset euertere. Et ita dicit Isaias Propheeta: Nisi Dominus exer-
 cituum reliquisset nobis semen, quasi Sodoma fuisset. Vbi
 glossa interlinea dicit: Semen, id est, superstites, qui sunt præla-
 ti, sapientes, proceres virtute, sanctitateque pleni, quibus, veluti sa-
 le sancta ecclesia conseruatur. Quorum perseverantia, & opus ec-
 clesiastici, cum tam maximi Republicæ inter sit, per immensam
 Dei charitatem vos deprecor, ne illam amittatis.

Vos estis lux mundi. Estis sal ad virtutes saporandas, & condien-
 das, ne malis affectionibus corrumpantur: & estis lux ad intelle-
 ctus illuminandos, ne in errorem incidant, & qua iter facere de-
 beant, nouerint. Dauid ait: Posuisti tenebras, & facta est nox: in
 ipsa pertransibunt omnes bestię sylvę, catuli leonum rugien-
 tes, ut rapiant, & querant à Deo escã sibi. Ortus est sol, & con-
 gregati sunt: & in cubilibus suis collocabuntur. Exhibet homo ad
 opus suum, & ad operationem suam vsq; ad vespërã. Hoc, quod
 singulis diebus, ac noctibus ad literam in mundo agitur, quod in
 nocte feræ ab speluncis exeuntes agros depopulantur, & pecu-
 des deuorant, luci que aurora prorumpente homines ad laboran-
 dum exeunt, hoc statim in mundi primordio factum est spirita-
 liter. Nam per peccatum vniversus mundus fuit obtenebratus,
 bestię que infernales in nocte culpæ ingentia damna homini-
 bus intulerunt, magnos in eis errores, idololatrias, & abominatio-
 nes seuerunt. At vbi primum ortus est mundo sol iustitiæ Chri-
 stus Deus noster, cœlestis doctrinæ ipsius radijs, eiusque atque
 discipulorum prædicatione mala euauerunt: hominesque tan-
 to spiritus fernore virtutes exequi cœperunt, ut solitudines ere-
 mitis, vrbesque martyribus, confessoribus, atque virginibus re-
 plerentur. Atque ne vnquam viri deessent, qui in sancta eccle-
 sia opera vitæ, gratiæque perficerent, prouidit diuinus prouisor:

vt

Isai. I.

Psalm. 103.

3 vt semper hæc lux in ea esset, qui sunt viri sapientia & pietate re-
 ferti, qui idcirco lux vocantur, quia eius ministri sunt. Vulgò di-
 ci solet: Iustitia hominem suspendit, iustitia hoc, & illud fecit. *Simile.*
 Quid? quisnam est iustitia? Iustitia est perpetua quædam, & con-
 stantissima virtus in voluntate, rectitudine, & in suum unicuique
 reddendo constituta. Quid igitur? nunquid hæc rectitudo ho-
 minem suspendit? Non utique, quia tortor illum suspendit. Ve-
 rùm, quia ille quod rectitudo, atque iustitia præcipit, fuit exe-
 cutus, idè dicitur iustitia hominem suspendisse. Quemadmo-
 dum igitur ministri iustitiæ, iustitia nuncupantur: ita Euange-
 licæ legis animarum lucis doctores, atque ministri lux appel-
 lantur, quia hanc lucem ministrant. Dicuntur etiam lux ab esse-
 ctu. Quia, sicut lux semper cum tenebris bellum gerit, quousque
 illas profugat: sic, qui es prælatus, gubernator, concionator,
 24 seu pater familias, semper vitijs resistere, & cum eis sanguinolen-
 tum bellum gerere oportet, etsi ob id vitam amittas. Idè dice-
 bat Hieremias Propheta: Væ mihi mater mea, quare genuisti
 me virum rixæ, virum discordiæ in vniuersa terra. Quia semper vit *Hierem. 15.*
 Dei quasi lux cum peccatoribus bellum gerebat, eos propter ip-
 sorum scelera Dei nomine reprehendens, atque comminans.
 Quapropter ingentes labores, ac infortunia tolerauit. O quam
 ampla hic offertur materia complures lachrymas effundendi, cū
 tam pauci hodie viri rixæ, atque discordiæ sint, & qui præ defa-
 tigatione dicant: Væ mihi: acerrimè dimicantes, vt vitiorum te-
 nebras ab orbe profugent. Nam ferè omnes tam tepide frigide-
 que docent, vt vnusquisque eorum dicere videatur: Si quid vos
 25 doceo, facere volueritis, facite, sin minus, nihil mea. Multò feruē-
 rior erat zelus gloriosi Ioannis Apostoli, & Euangelistæ di-
 centis: Maiorem horum non habeo gratiam, quam, vt audiam *3. Ioan.*
 filios meos in veritate ambulare. Et alia translatio habet: Maius
 horum non habeo gaudium, quam, vt audiam filios meos in veri-
 tate ambulare. Et sic est in contextu Græco. Ex quo apparet glo-
 riosus Apostolus hoc, singularem Dei gratiam, & beneficium, in-
 gentisque gaudij materiam habuisse: contrariumque grandem
 infortunitatem, magnique infortis occasionem duxisse. Eodem
 zelo alij sancti Domini discipuli exardebant: sicut apparet ex
 compluribus sacrae paginae locis: maximeque ex priori epistola
 Diui Pauli ad Theſſalonicenses, vbi dicitur: Nunc viuimus, si *1. Theſ. 3.*

250 In Communi Doctorum

vos statis in Domino. O miram coelestium virorum charitatem: 26
qui nisi proximi in charitate persistenter, semetipsos non viuere
iudicabant.

Idi. 7.

Vos estis lux mundi. Si in mundo lux non esset, nec eum in luto
& eum in puluere essemus, cognosceremus, & quando in solitu-
dine, aut in vire moraremur, penitus nesciremus alij alios inui-
cem conculcaremus, & omnia conturbarentur. Talis equidem
(ait Dominus) esset mundus, obscœnus, luto infectus, perturba-
tusque, nisi vos illi illuceretis. Gedeon dux præstantissimus, &
milites eius urnas, quas manibus deferebant, infrugerunt, quan-
do ad Madianitarum castra peruenerunt: quò lucernarum inte-
ritus delirentium splendor illucesceret. In quo delineatum fuit
quantopere sancti exoptarant, vt urnæ corporum suorum per
martyrium frangerentur: sicque animarum suarum lux splendi- 27
dus inniteret. Tantopere mundo splendere cupiebant. Et præ
illa charitate quando eis tortores deerant, ipsi se se contorque-
bant, atque affligebant. Ecquis poterit explicare tormenta, qui-
bus gloriosi Hieronymus, Augustinus, alijque sancti doctores,
& confessores corpora sua cruciarunt? Gloriosus pater Beatus
Dominicus singulis noctibus se se ter ferrea catena vsque ad san-
guinis effusionem dicitur verberasse. Primo ob ipsius peccata,
quæ satis modica, & leuia, vt credo, erant. Secundo pro ijs, qui in
lethali culpa persistunt. Tertio pro animabus existentibus in
purgatorio. Et semper suis sanctissimis membris catenam fer-
ream circumponere cõsuevit, quam ne in vltimo quidẽ morbo,
quo obiit, sibi voluit abstrahere: & sic post sacrã ipsius mortem
in eius corpore sacrosancto fuit inuenta. Regatusque gloriosissi- 28
mus hic pater, quid faceret, si in via ab hæreticis, quos ipse mag-
nopere persequebatur, deprehenderetur, qui eum occidere vel-
lent, respondit, efficacissime illos rogarem, ne me cito necarent,
sed paulatim corporis mei membra secarent, quo maiores pate-
rer dolores, & aliqua in re Dominum meum Iesum Christum
imitarer. Cum his ardentissimis desiderijs viuebat vir sanctus sa-
cri corporis sui urnã, quo ad poterat, frangens. Et de hoc marty-
rio dicit Beatus Bernardus: Est quidem hoc martyrij genus, pas-
sionis quidem acerbitate leuius, sed temporis diuturnitate gra-
uius. Sicque innumeras animas cœlesti doctrina sua, pioque ex-
emplo hic vir sanctus illuminauit. Et in eo tãquã in fideli seruo
fuit

Bernardus.

39 fuit adimplerū quod Isaias Propheeta de vnigenito filio Dei mul- *Isai. 59.*
 to antea p̄dixerat, his verbis: Spiritus meus, qui est in te, & ver-
 ba mea, quę posui in ore tuo, nō recedent de ore tuo, & de ore se-
 mentis tui amodō, & vsque in sempiternum. Qui spiritus quan-
 toperē vigeat in sacro sancta religione, quam instruxit, satis ap-
 paret ex singularibus effectibus, quos per vniuersum operatur.

Vos estis lux mundi. Tam sublime, atque illustre est hoc diuinū *2. Cor. 4.*
 mysterium, vt de illo Beatus Paulus sermonem faciens dicat:

Habentes hanc administrationem, iuxta quod misericordiam *Oecumē.*
 consecuti sumus. Vbi grauisimus, ac vetustissimus Doctor Aeu-
 menius adnotat sanctum Apostolum in his verbis affirmare,
 ministros Euangelicos à Deo misericordiam accepisse in hoc,
 quod hanc administrationē susceperunt. Itaq; nullus purus ho-

30 mo, siue Angelus de condigno tam p̄stans, ac mirabile munus
 mereri potuit, sed per singulare Dei beneficium etiā & apostolis
 commissum fuit. Quod probatur ex eo, quod dicit: Iuxta quod
 misericordiā consecuti sumus. Solus Christus Redemptor noster
 hoc officiū meritus est, sicque iuste illud ei Pater æternus commi- *Psal. 2.*
 sit, sicut ipsius Christi nomine Dauid dicit in Psalmo: Ego autē

constitutus sum rex ab eo super Sion montem sanctum eius, p̄-
 dicans p̄ceptū eius. Et ob hęc rationē, vt credo, Beatus Paulus
 celestem hanc magistrum in Epistola, quam misit ad Hebræos *Hebr. 8.*
 sanctorum ministrum appellat. Ex quo apparet quales eos esse

oporteat, qui tam excellens munus suscipiant. Pristinīs quondā
 temporibus Euangelica fides atque doctrina signis, prodigijs, at-
 que portentis, & varijs Spiritus sancti distributionibus confirma- *Hebr. 2.*
 31 batur, vt ait Diuus Paulus: Nunc autem illam bonis operibus à

nobis comprobari oportet. Et in hoc sensu credo esse intelligen-
 dum, quod Dñs inferius dicit his verbis: *sic luceat lux vestra*, scili-
 cet, Euangelicę p̄dicationis corā hominibus, vt videant homi-
 nes in attestationem veritatis bona opera vestra, & glorificēt pa-

trē vestrum qui in cœlis est: sicuti olim eum glorificabant, quan-
 do miracula proprijs oculis videbant. Nam quamuis sancta Ec-
 clesie fides satis superq; confirmata sit, tamen fides, quę vnicui-
 que inest ex ipsius operibus vigere probatur. Et ita dicebat Bea- *Iaco. 2.*
 tus Iacobus Apostolus: Ego ostendam tibi ex operibus fidē meā.

Ideō Dñs prius sanctos Apostolos suos salem, & postea lucem ap-
 pellauit: quia, vt ait B. Aug. prius est bene viuere, quam bene *August.*
 dicere.

Ioh. 5.

simil.

dicere. Et de illo Angelico concionatore glorioso Ioanne Baptista dixit ipsa veritas: Ille erat lucerna ardens, & lucens. Prius utique amore exarsit, & postea docendo illuxit. Quæ omnia, ut magis confirmaret, eos protinus vrbi comparauit. Nam in prelatis, sapientibus, & concionatoribus totam spiritalem prouisionem, & alimoniam oportet inueniri, charitatem, scilicet, humilitatem, mansuetudinem, ceterasque virtutes doctrinæ coniunctas. Si in pago non inuenitur alimonia, non est mirum: in frequentissima autem vrbe, veluti Roma, Olyssipone, Toletis, siue Parisijs, omnia ciborum genera non reperiri, magnus utique esset defectus. Sic quod in priuato homine charitas, humilitas, & patientia non reperitur, malum est: at non est nimis mirandum. Verum has virtutes prelato, concionatori, atque doctore deesse longè pessimum esset, maximumque Reipublicæ detrimētum. ³³ Eia igitur peccatores, siquidem Dominus vobis salem largitus est, quo corda vestra condiat, lucemque, qua mentes vestræ illuminentur: nec non ciuitatem, in qua ad huius vitæ iter peragendum alimoniam reperietis, ex ijs Dei beneficijs fructum percipite, a peccatis vestris recedite, veram agite poenitentiam. Etenim hic est finis doctrinæ, piique exempli, quod ex hac luce percipitis. Sicque Deus gratiam suam vobis conferet, qua celestis gloriæ beatitudo comparatur: ad quam nos perducatur Iesus Mariæ filius. Amen.

In eodem Communi Doctorum Concio Tertia.

Vos estis sal terra, quod si sal euauerit, in quo salietur? &c. Matth. 5.



VM Summus Doctor, coelestisque Magister Iesus Christus filius Dei discipulis suis prædicasset, ea, quæ mundus maiora mala, atque infortunia iudicat, paupertatem, scilicet lachrymas, ac persecutionem pretiosissima, supernaque bona esse, & per consequens illos oportere pauperes esse spiritu, mansuetos, ac paci-

- 2 pacificos, ardentissimaque fame exoptare, virtutem, atque iustitiam in toto orbe dominari, & se vsque ad mortem pro sacrosancto ipsius nomine assiduis persecutionibus affligi, & quo animo perferre, ne illi dicere possent, eum nimium rigorem vitæ postulare, ac multò minus sibi sufficere, vt debito suo satisfacerent, ex ijs omnibus, quæ in sacra Euangelij lectione audistis, illis ostendit quanti eis referat pauperes spiritu, humiles ac mansuetos esse, &c. Nam, vos, inquit, estis sal terræ, qui eam condire, illique saporem conferre debetis. Quod si sal euanescit, id est, saporem suum amittit, non est alter sal, quo condiatur. Si cæteræ gêtes aliquos habuerint defectus, & imperfectiones, vestrum est illis remediũ adhibere. Si verò vos, qui estis regula, deficitis, nullus est, qui vos corrigat: & sic quodam modo sine remedio, & inutiles, atque infructiferi remanetis.
- 3 Atque etiam, quia lux estis, & similes vrbi in sublimi montis fastigio sitæ: sic vos in omnium conspectu constituti estis. Et quemadmodum lucerna quæ non absconditur, sed super candelabrum statuitur, & per totam domum lucem suam diffundit, nõ potest delitescere: sic, si vos aliquot defectus habueritis, quantumuis modici sint, ab alijs videndi, notandi que sunt. In ignominiam vestram, communeque omnium detrimentum. Et si quidem docendi, imperandi que munus vos in lucem proditurum est, efficite, vt simul cum luce doctrinæ, vitæ etiam, ac morum lux, & probitas illucescat. Quod si forsitan (ait Dominus) eo quòd ego aliquas Phariseorum ceremonias obseruare prætermiserim, suspicamini me ad legem violandam venisse, longè fallimini: nõ enim veni eam soluturus, sed impleturus, atque vt eius
- 4 figuras, & vmbas opere compleam, & vt verè, rectè que illa explicem, quæ ficta Phariseorum religio, & hypocrisis obscuraue rat. Hoc primum in hodierna hac sancti Euangelij lectione notandum occurrit; Dominum discipulis suis non dixisse: Vos terram estis saluri; sed: *Vos estis sal terra.* Videlicet, vt significaret, nõ sufficere, quòd præses, concionator, & doctorterram doctrina, & reprehensionibus saliat, sed eos ipsum etiam salem esse oportere. Vnde infertur non sufficere, illos hanc sapientiã, quæ assidua librorum lectione comparatur, habere: sed opus etiam esse, vt sapientia polleant, quæ est practica quædam, ac sapida Dei scientia. Fateor quidem opus esse Grammaticam, Logicam, & Philosophiam perdisci. Erit dicitur in Proverbijs: *Sapientia edificauit*

uit sibi domum, exedific columnas septem: misit ancillas suas, ut vocarent ad arcem, & ad moenia ciuitatis. Quid sint hae ancillae, dicit Beatus Thomas: scilicet, scientiae à Philosophis traditae, & adiuuentae. Et proculdubio deseruiunt in structura arcis Ecclesiae: & ad excidendas columnas septem, id est, multos poliendos fideles, qui Ecclesiam sanctam sustineant. Est namque sacrae Scripturae consuetudo numerum septenarium pro multitudinis numero collocare. Multoque magis necessaria est Christiana Theologia tam positiua, quam scholastica. At haec non sufficient: sed necessaria est etiam mystica Theologia. Pro quo est notandum, duplex esse genus Theologiae. Altera est Theologia speculatiua, quae in gymnasijs perlegitur: altera vero affectiua, quae dicitur mystica, cuius doctor est diuinus spiritus. In speculatiua intellectus illuminat voluntatem, quò Dei amore capiatur: sicque speculatiua mysticam praecedit. Et postquam anima affectiua, mysticaque scientia est exornata, voluntas intellectum erudit, ac ducit, qui tanquam exterius splendidior manet praeter voluntatis gustu diuina probitate gaudentis. Quod mirifice David significat, dicens: Gustate, & videte, quoniam suavis est Dominus. Prius nobis consulit, ut gustemus, & postea videamus. Nam ex gustu voluntatis intellectus maiorem, ac lucidiorem diuinæ bonitatis cognitionem assequitur. Haec sapientia, id est sapida scientia, cuius praceptor est Spiritus sanctus, siquidem ipsius est donum, quia omnis sapientia à Domino Deo est, humiliter ab ipso petita comparatur: sicut docet Beatus Iacobus in sua Canonica, dicens: Si quis vestrum indiget sapientia, postulet à Deo, scilicet, cum puritate conscientiae, sanctarumque virtutum exercitatione. Et sic, vbi nos legimus in Prouerbijs: Mens iusti meditabitur obedientiam; alij transtulerunt: mens iusti meditabitur sapientiam. Vbi significatur obedientia certissimum esse iter, quod ducit ad sapientiam. Quod clarius apparet in Ecclesiastico, vbi spiritus diuinus ait: Fili concupiscens sapientiam, conserua iustitiam. Et in contextu Graeco habetur: Conserua mandata. Et sic Osee Propheta mundi mala deplorans dicit: Non est veritas, non est misericordia, non est scientia Dei in terra. Perpendite quæso, quomodo in fine scientiae Dei defectum adhibuit. Primum dicit: Non est veritas,

D. Thom.
1. p. 1. q. 1.
ar. 5. in ar.
gu. sed cō-
tra.

Psal. 33.

Iaco. 1.

Prou. 15.

Eccli. 1.

Osee. 4.

ritas.

8. **Veritas.** Quod perinde est, ac si dicat: Nemo est, qui seruet fidē proximo suo. Et postea dicit: Non est misericordia. Super quo animaduertendum maximē illud est, quod Beatus Thomas dicit: Misericordia non solum compassionem cordis includit, sed etiā subuentionem. Quod accepit ex Beato Augustino in libro nono de ciuitate Dei. Vbi dicit: Misericordia est alienæ miseræ quædam in corde nostro compassio, qua si possumus, subuenire compellimur. Et ita Vatablus, pro misericordiā trāstulit hic beneficentiam dicens: Non est beneficentia. Et in fine dixit sanctus Propheta: Non est scientia Dei, significans Dei scientiam in terra non esse, ex illo maximē prouenire, quod veritas, ac misericordia deest. Et hīc, vbi nos legimus: Non est scientia Dei, Vatablus vertit: Non est notitia Dei: & Theophylactus vertit: Non est cognitio Dei: & Theodoretus transtulit: Non est notio Dei. Sicque hoc verbo, scientia Dei, religionem, & pietatem erga Deum comprehendere videntur. Vultis igitur, o Patres sacerdotes, præfides, & concionatores esse sal terræ? ne humanis scientijs, nec etiam speculatiua Theologia sitis contenti: sed sanctarum virtutum assidua exercitatione, diuinarumque rerum sublimi contemplatione mysticam Theologiam curate perdiscere, quæ est Dei scientia, cuius magna inopia est in terra. Seuerè Dominus Hebræos reprehendit, dicens: Cum videritis nubem orientem ab occasu, statim dicitis: Nimbus venit, & ita fit. Et cum austrum flantem dicitis, quia æstus erit, & fit. Hypocritæ faciem cæli, & terræ nostis probare: hoc autem tempus quomodo non probatis? Quasi diceret: Siquidem ex diuersis ventorum flatibus cognoscitis, quando tempestas, & quando calor erit: quare ex Prophetarum oraculis, & prophetijs foelicissimum humanæ reparationis tempus iam peruenisse non infertis? Iam est ablatum sceptrum de Iuda. Iam impletæ sunt Hebdomadæ Danielis: iam impletum est illud Isaiæ dicentis: Tunc aperientur oculi cæcorum, &c. Quare ergo ad hæc non aduertitis, meque cum fide, atque amore non recipitis? O miseros homines, qui ad terrena perquirenda sapientes: ad animarum autem salutem comparandam insipientes estis. Ideo dicit prædictus sanctus Propheta Osee: Non est scientia Dei in terra. Notanter dixit: scientia Dei, terræ quippe, animalis, ac diabolicæ scientiæ factis,

*Tho. 2.2.**9.30. ar. 1**Augusti.**de ciuitate**Dei, lib. 9.**ca. 5. ante**med. 10. 5.**1. 1. 1.**2. 1. 1.**Luc. 12.**2. 1. 1.**Dani. 9.**Isai. 35.**lis.*

ris, superque est in terra. Quot hodie in mundo his Hebraeis si-
 miles reperietis: qui in aëre de caelo, ac terra quaestiones disce-
 ptant: in ijs autem, quæ ad ipsorum animas spectant, ne vnã
 quidem horam consumere norunt. Ideo Beatus Paulus Galatas
Gal. 4. in 2, quam ad illos scripsit, obiurgabat, dicens: Quomodo cõuer-
 timini iterum, ad infirma, & egena elementa, quibus denuò ser-
 uire voluistis? Dies obseruatis, & menses, & tempora, & annos.
Eccle. 3. Timeo vos, ne fortè sine causa laborauerim in vobis. Quid ti-
 bi prodest caelorum cursus agnoscere, nisi ipsorum creatorem
 amorosa quadam, & affectiua cognitione cognoueris. Quid tibi
 prodest, lapidum, herbarumque virtutes nosse: cum temetip-
 sum ignores? O intognite à temetipso ad te reuertere. At-
 tende quid tibi sacra Scriptura dicat: Quæ præcepit tibi Deus,
 illa cogita semper: & in pluribus operibus eius, ne sis cu-
 riosus. Perpende frater, te hîc non moneri, vt vnum, aut
 quatuor dies hæc consideres. Sed, illa, inquit, cogita sem-
 per. Et de hoc facientibus dicit David: Beati qui scrutantur
Psal. 118. testimonia eius: in toto corde exquirunt eum. Qui versus,
 vt ait Titelmanus, sic ordinandus est. Beati qui in toto cor-
 de exquirunt eum: quod, vt efficacius faciant, scrutantur te-
 stimonia eius. Nam sola curiosa diuinarum scripturarum reuo-
 lutio, & perscrutatio, ad nihil aliud, quàm ad discendum
 hominem non beatificat. Sed illas perscrutari ad sciendum,
 & simul ad Deum ardentius diligendum, hoc hominem bea-
 tum efficit. Sciendi auiditate diabolus primam foeminam de-
 cepit, dicens: Eritis sicut dii scientes bonum & malum. Quod
Gen. 3. autem primum scierunt, fuit ipsorum nuditas, atque confu-
 sio. Et ita dicitur in Genesi, quod vbi primum Dei præce-
 ptum transgressi fuerunt, aperti sunt oculi amborum, & co-
 gnouerunt se esse nudos. Complures Sathanas multæ scien-
 tiæ auiditate stimulat: quorum postea scientiæ in ipsorum
 confusionem condemnationemque resultant: sicuti sæpenu-
 merò experientia compertum est. Etenim multi, quia scien-
 tiam sine virtute acquisierunt, excæcati sunt, & in quàm-
 plurimos errores corruerunt. Quamobrem fratres desidera-
 tissimi, multum scire cupite, vt infinitum Deum infinito
 amore dignissimum ardentissime diligatis, illiusque præce-
 ptis promptissime pareatis. Quod cum feceritis, terra sal-
 eritis.

14 eritis. In Leuitico præcipiebat De⁹ sacerdotes sibi immaculatos *Leuit. 21.*
 eligi, rationemque assignans dicit: Ego Dominus, qui sanctifico
 eos. Quasi diceret: Animaduertant sacerdotes se sacrificium
 offerre mihi Deo sanctificationis Domino. Et paulò superius *Leuit. 19.*
 præceperat dici filijs Israel: Sancti estote, quia ego sanctus sum
 Dominus Deus vester. Ex hoc igitur cognoscetis quàm sanctos,
 & immaculatos eos esse oporteat, qui non materialem
 quidem, sed innocentissimum Agnum Iesum Christum obla-
 turi sunt. Quemadmodum niuis candor alios omnes terræ can-
 dores superat, sic eorum puritas, ac probitas cæterorum om-
 nium virtutes debet excellere. Verum proh dolor, multi sa-
 cro sanctum ministerium, quod exercent, non animaduertentes
 adeò corrupti, deprauatiq; sunt, vt *(solimã)* potius, quã sal valeãt
 15 appellari. O patres sacerdotes ne, queso, huius verbi, vos estis sal
 terræ, obliuiscamini, magnum enim remediũ erit, quo ij, qui ve-
 nenum estis, in salẽ cõuertamini, terræq; saporẽ cõferatis. Sal si
 in aquam iniiciatur, non stridet, sed in aquam mitius conuertitur:
 aquaq; eius saporẽ accipit. Quod si in ignem immittitur, ignis
 ingentiẽ edit strepitum, nec eius saporẽ recipit. Idem interest
 inter prædestinatum, atque præscitum. Prædestinatus quippe
 tanquã aqua, reprehensionis salẽ recipit, & leniter, silẽterque
 correptionem amplectitur, salisque saporem suauiter accipit, vi-
 tã suã ad illius imitationem, à quo conipitur, atque docetur, emẽ-
 dat. At verò præscitus, cùm luxuriæ, cupiditatis, atque furoris ignẽ
 excandescat, statim exasperatur, & grunit, vbi primum præ-
 latus, siuẽ concionator eũ reprehensionis sale perstringit: & tan-
 16 dem nullum salis saporẽ accipit. Ad resistendum his aduersitati-
 bus oportet seruum Dei virile, ac præstãs pectus habere. D. Pau-
 lus in priori, quam scripsit ad Corinthios, omnibus Christianis *1. Cor. 6.*
 dicit: Empti enim estis pretio magno: glorificate, & portate
 Deum in corpore vestro. Hoc autem multò magis ministris Dei
 conuenit. Nam sicuti de quodam regis ministro dicimus: Hic re-
 gem gerit in corpore: sic ministrum Euangelicum talem exte-
 riùs zelum oportet ostendere, vt de illo dicatur: Hic Deum ge-
 rit in corpore. Nec de sacerdotibus, & ministris Dei dicatur il-
 lud Isaïæ Prophete: Canes muti non valẽtes latrare. Sed quem *Isai. 56.*
 admodum boni canes pecuarij non solum pecus à lupis, alijsq;
 feris defendunt: sed, si aquilæ, siuẽ alius auis rapinæ umbram in-

tuentur, facientes in ipsam umbram inuehuntur, eamque mor-
sibus conficere volunt: sic concionatores, patres, atque præla-
ti charitatis zelo accensi non solum in peccata, sed in eorum
etiam umbras, quæ sunt occasiones, dissolutionesque desæuire
debent latrantes, easq; asperinè obiurgantes.

Eccles. 12.

Quod si saluauerit, in quo saluetur? Hoc alijs verbis dicitur in
Ecclesiastico: Quis medebitur incantatori à serpente percuf-
so, & omnibus, qui appropriant bestiis? Id est, si serpens aliquem
mordere uolet, incantator illum suis ueneficijs poterit deuoc-
re. At si ueneficus ante quam illum incantet, ab eo mordebi-
tur, quis illi poterit mederi, & quis serpentem incantabit, ne
mordeat eos, qui ad ipsum accesserint? O ingens malum, me-
dicamentum in uenenum conuerti. Peruersum prælatum,
& concionatorem quis curabit: & quis reipublicæ remedium
adhibebit? Hinc apparet quanta sit insania filiorum huius
sæculi, qui si Ecclesiasticum uirum in crimen aliquod prolabi
cernunt, gaudent, illud ipe in conuersationem adducunt,
& de alijs clericis religiosisque tanta exultatione repleti detra-
hunt, ac si aliquid utilissimum referrent. O insani, insani, insa-
ni. Id, quod uos in lachrymarum fluminibus conuertere deberet,
in ludi, atque lætitiæ occasionem uertitis? Dicite, quæso, si po-
pulus hic corruptis aeribus repletus, pesteque aut alio grauif-
simo morbo infectus esset: quod Deus, quæ eius est infinita cle-
mentia à uobis auertat, uobisque illo morbo omnibus contactis
nunciaretur, uniuersos medicos, atque chirurgos, in quibus al-
qua salutaris spes supererat, eodem morbo infectos esse: ijs nun-
cij molestia, an lætitia afficeremini? Profecto, nisi amentes es-
setis, ingentem incerorem perciperetis. Quare igitur adeo insen-
sati estis, ut spiritali sacerdotum morbo lætemini: qui anima-
rum uestrarum sunt medici, uosque peccatis uestris curaturi
sunt? Profecto, nisi rationem amisissetis, ubi primum Ecclesiasti-
cum uirum in aliquod flagitium incidisse audiretis, lachrymis
confici deberetis, cum in tantum uestrum, totiusque reipublicæ
detrimentum redundet. Nam si saluauerit, in quo saluetur?
Quemadmodum unum ex grauioribus supplicijs, quæ de ho-
mine in hoc sæculo sumi possunt, est ei oculos auelli, hocque
magis ipse perferit, quam si in quouis alio membro torque-
retur: sic unum ex durioribus uerberibus, quibus Deus popu-
lum

Simile.

Simile.

20 lum aliquem punire consuevit, est, ei sapientes adimere, seu
 permittere, ut sceleribus excæcentur. Vnde Isaïas Prophe-
 ta hoc malum valde exaggerat dicens: *Obstupescite, & admira-
 mini: fluctuate, & vacillare, inebriamini, & non à vino, moue-
 mini, & non ab ebrietate. O sancte Propheta, ut quid tam stu-
 pendas exaggerationes adducis? Quare vis nos tanto esse timo-
 re percussos? Ipse protinus explicat dicens: Quoniam claudet,
 scilicet, Dominus, oculos vestros. Et statim qui sunt hi ocu-
 li declarat. Prophetas (inquit) & principes vestros, qui vi-
 dent visiones, operiet. In Apocalypsi deplorabat Beatus *Apoc. 5.*
 Ioannes, eo quòd non esset qui aperiret librum, & solue-
 ret signacula eius. In quo significauit quantopere defectus,
 & inopia sapientium sit deploranda, qui vita, & doctrina,
 21 dubia, & difficultates, quæ in spiritali vita offeruntur, ex-
 planat. Artaxerxes Rex iussit œconomò suo, ut sacerdoti Es-
 drae certam numorum quantitatem daret, oleumque, ac tri-
 ticum ad templi ministerium, diuinumque cultum ei præ-
 beret. At solum salem absque mensura illi dari præcepit. Sic
 modo esse deberet. Etenim quantumvis rationi consentaneum
 est, mensuram, taximque esse in omnibus rebus corpo-
 ralibus, quæ rectæ reipublicæ gubernationi opus sunt: at
 in sale diuinæ sapientiæ nullam taxim esse oportet. Quò
 enim sapientiores, sanctiores, maiorique diuini honoris zelo
 accensi fuerint præsides, concionatores, & gubernatores, maius
 afferent christianæ reipublicæ emolumentum. *Vellem etiam Eccl. 17.*
 vos scire fratres, sacram scripturam de hominum creatione lo-
 quentem, & ordinem ac modum viuendi, quem eos Domi-
 nus erudiuit, recensentem inter alia dicere: Et mandauit illis
 22 unicuique de proximo suo. Ex quo inferitur, omnes nos debe-
 re alios aliorum esse salem nobis inuicem pietatis exempla per-
 hibentes, nosque alter alteros admonentes, & cum charitate re-
 prehendentes, cum id necessitas postularit: & tanquam salem
 conteri, & confici [*deshaerens*] debere, ut alios saliamus, eisque
 saporem conferamus. Habitat quis in domo viri primarij,
 quem multa peccata committere videt, à quibus forte se resipi-
 sceret, sequeerberet, si ipse illi aliqua sancta admonitione, &
 correctione succurreret: nec tamen minimum aliquod ver-
 bum ei dicere audet, ne illum conterat, ne domo expellat. O
 R 2 quam*

serint algidam charitatem modicumque diuini honoris zelum, 23
 & spiritalis proximorum prouentus auiditatem habesò miser:
 cum ne tam paruum temporale bonum amittas, tot mala dissi-
 miles, nec proximo tuo in tanta necessitate subuenias. Fratres
 Gal. 6. (ait Beatus Paulus) si præoccupatus fuerit homo in aliquo deli-
 cto, vos, qui spirituales estis, huiusmodi instruite in spiritu leni-
 tatis. Quòd si proximum in vnum tantum delictum prolapsum
 debemus instruere: quantò magis, quem in profundum peccato-
 rum pelagus corruisse perspiciamus? Ne igitur timeas frater par-
 uum istud temporale bonum pro spiritali proximi tui emolu-
 mento deperdere. Et quanuis credaste ab illo esse terendum,
 domoque expellendum, nihilominus tamen hac misericordia
 animæ illius maximè necessaria cum ipso vtere. Aeternum Deum
 nostrum dicere possumus comedere homines: at eos non crudos 24
 quidem, sed conditos edit: eosque maximè esurit, ac simul in-
 gentem habet stomachum, vbi infinitos, si essent, recipere pos-
 set. Idcirco vnusquisque nostrum non debet esse contentus
 seipsum virtutibus condire, vt à Deo comedatur, & in eum per
 charitatem, & gratiam transformetur: hic enim modicus est ci-
 bus tanto stomacho, & tam ingenti fami extinguendæ. Sed alios
 proximos sanctis exemplis hortationibusque condire debe-
 mus, quòd eos sic conditos etiam diuina maiestas comedat. Et
 quemadmodum sal parti sanæ non officit, nec eam arcet, sic pec-
 catores iam emendatos, & in meliorem frugem receptos per-
 stringere non debemus. In Leuitico præcipiebat Deus: Si habi-
 tauerit aduena in terra vestra, & moratus fuerit inter vos, non ex-
 probretis ei, sed diligetis eum, quasi vosmetipsos: fuistis enim 25
 & vos aduena in terra Ægypti. O diuinam probitatem, & sum-
 mam misericordiam. Quomodo nos hinc myitice, & figuratiuè
 docuit, quàm piè, ac leniter iusti cum conuersis peccatoribus se-
 gere debeant. Iusti significantur per habitatores terræ promif-
 sionis, quia illi in terra Dei, in virtute, & gratia quietè viuunt.
 Aduena autem sunt peccatores, qui ex illa exierunt, & per ter-
 ram, regionesque vitiorum diuagati sunt. Quando igitur qui-
 spiam horum ad pristinam patriam fuerit reuersus, pieque ac
 laudabiliter vixerit, nō est ei obijciendū, neq; dicendū: Tu fuisti
 peccator, vforarius, cōcubinarius: si iā eū in terra virtutis habita-
 re perspiciatis. Tanquā ex illa oriundū eū tractate: memēto re vos
 etiam

Etiam aliquando aduenas in terra Ægypti fuisse, sicut illum peccasse, seu peccare posse, & quemadmodum nolletis vobis extraneitatem obijci, ne illa fratres vestros dedecoretis.

Vos estis lux mundi. Hoc est quàm necessarius est sol vitę corporali: tam necessarij sunt concionatores, atque prælati spirituali vitę. Quid esset, si in toto mense sol non oriretur? Stupore moreremur. Sistant paulisper motus cęlestes, & omnia vitam amittēt. O cęli, ô præsides, ô concionatores, ne in vestris sanctis exercitationibus sistatis. Quod si vos quieueritis, lucēq; amiseritis; quid erit animabus. S. Propheta Hieremias populi mala deplorans in terra alia plurima dicit: *Aspexi terrā, & ecce vacua erat, & nihil. Huiusq; rei causam assignans subdidit: Et aspexi cęlos, & non erat lux in eis. Certum quippe est terram absq; cęlestibus influētijs non posse producere. Per terrā hęc plebeij homines designantur, qui tanquam terra, cęteros alunt. Quod si hęc terra bonorū operū fructus est expers, hoc ex eo prouenit, quòd lux deest in cęlis, qui sunt sapientes, concionatores, præsides, alijque Ecclesiastici. Hoc vtique terram sterilem efficit. Idcirco oportet hos cęlos à se peccatorum nubes expellere, quò eorum lux terram, id est, inferiores subditos fecundet. Et non solum Dominus hęc ministros suos cęlesti luci confert dicens: Vos estis lux mundi: sed etiam luci lucernę illos comparat dicens.*

Hiere. 4.

Non accendunt lucernam, & ponunt eam sub modio: sed super candelabrum, vt luceat omnibus, qui in domo sunt. Hęc lucerna accensa est prælatus. Et quemadmodum cùm lucerna accensa in obscurum cubiculum introducta oculos in eo commorantium offendit, ita, vt vix eam valeant sustinere, dicantque: tolle tolle isthinc lucem, qua nos offendis: sic etiam peccatores cùm in peccatorum tenebris commorentur luce doctrinę, reprehensionumque ministrorum Dei indignantur, easque molestè ferunt. Ob hoc Isaias propheta de rebelli illo populo Iudæorum querebatur dicens: *Populus ad iracundiam prouocans est, & filij mendaces: filij nolentes audire verbum Dei, qui dicunt videntibus: nolite videre: aspicientibus, nolite aspicere nobis ea, quę recta sunt: loqui mini nobis placentia.* O quàm ad literam idem, hodie in Christiano populo agitur. Quã indignati, ac furiosi nunc fere omnes de concinatorum reprehensionibus conqueruntur eosque effugiunt, qui diuini honoris zelo accensi sunt. *Lógè profectò fallū*

si mile.

tur homines, si forte putant se nunc minus esse corruptos, quàm 29
 Hebræi erant, cum summus concionator Iesus Christus filius
 Dei illis prædicabat. Miserrimumque est, tales cum simus, illis-
 que similes, nos mitioribus verbis tractari velle, quàm illos: quos
 quidem Beatus Baptista viperarum genimina nuncupabat. Et
 summa veritate eos filios Diaboli appellabat. Hanc lucernam di-
 cit Dominus in candelabro locari debere. Candelabrum autem
 vt ait Diuus Ioannes in Apocalypsi, est Ecclesia. Candelabra
 (inquit) septem, septem Ecclesiæ sunt. Et in hoc candelabro loca-
 ri debet lucerna. Non ipsa se ponere debet: nam seruum Dei
 oportet exquiri, & rogari, vt prælaturam suscipiat, ipse autem
 non debet se interserere, aut munus expetere: hoc enim ambitio-
 nis, atque elationis est proprium. Et quemadmodum monstro-
 sum esset vnam lucernam plura occupare candelabra: sic mon- 30
 struosum est, quenquam multis præbendis, ac beneficijs incom-
 patibiliter fungi. Et sicuti lucerna in candelabro posita in pro-
 prio loco sibi competenti commoratur, quod si à candelabro ab-
 strahatur, iam non erit in suo loco: & in candelabro tuta est, &
 extra candelabrum quauis parieti hæreat, periculo est exposi-
 ta, & cum minus arbitramini in terram excidens extinguitur: sic
 prælatus in Ecclesia sua in decenti loco moratur, & extra eam
 modicam, aut nullam reperiet tranquillitatem. Lucerna in can-
 delabro persistente reliquiæ, quæ supersunt ex materia, qua ig-
 nis alitur, omnes in candelabro manent: sic quidquid prælato-
 post honestum ipsius victum, atque ministerium superest, in ip-
 sius Ecclesia, & eius pauperibus oportet expendi: non autem in
 alendis canibus, sumptuosisque atque immodicis fastibus. 31

Postquam diuinus magister dixit: *Vos estis lux mundi*, Per paræ-
 thesim addit: *Non potest ciuitas abscondi supra montem posita*. Quasi di-
 ceret: Ideo discipuli mei volo vos salem, ac lucem esse, quia Eccle-
 siæ præfuturi estis, quæ vsque ad sæculi consummationem nõ dee-
 rit: est enim super montem sita. Hic mons est ipsemet Christus,
 1. Cor. 8. verus Deus, & homo. Et ita dixit D. Paulus in priori, quam scri-
 psit ad Corinthios tertio capite: *Fundamentum aliud nemo po-
 test ponere, præter id, quod positum est, quod est Christus Iesus.*

simile. Arbor in humido, humili, vmbrosoq; loco confita, vt radices hu-
 more putrescunt, citò corrumpitur, atque consumitur. Cõsidera-
 te modò quàm velociter mundi imperia, & monarchiæ sunt con-
 sumptæ

et sumpta. Vbi est Græcorum imperium? Vbi Persarum Medorum
 Romanorumq; monarchia sunt? Omnia sunt consumpta. Qua-
 re autē? Scilicet, quia eorum radices in humili, vmbrosoq; huius
 miseræ terræ loco sitæ erant. Huius autem supernæ ciuitatis mo-
 narchia, cum super tam sublime fundamentum sit posita, vsque
 ad sæculi consummationem duratura est. Et quanuis à tyrannis,
 hæreticis, alijsque infidelibus affligatur, atq; rodatur: nequaquã
 tamen cõsumetur, aut prosternetur, nec funditus euertetur. Quã
 do fluius iuxta hortus tui sepe defluit, & paulatim ædificium
 minuit, omnes, quas potes artes exquiris, ne penitus prolabatur.
 Fratres in Christo Iesu iam persecutionum in Sanctam Ecclesiã
 irruentium fluium furibundè defluentem perspicitis, & quomo-
 do paulatim sacrum hoc ædificium cõminuit. Quamobrem nũc
 33 oportet vos sanctis orationibus, ieiunijs, alijsque pijs exercitatio-
 nibus his cõtradictionibus opponi diuinam suppliciter maiesta-
 tem deprecantes, vt hoc sanctæ Ecclesiæ ædificium sustineat,
 ne in prouincijs, & regnis, in quibus nunc stat, sicut & in alijs re-
 gionibus, excidat. Quando magnus ille draco fluium aduersus
 mirabilem illam fœminam ore proiecit: datæ sunt mulieri alæ
 duæ, vt volaret in desertum locum suum. Hic draco absque du-
 bio est diabolus. Fluiusque eius ore demissus sunt omnes perse-
 cutiones, atq; hæreses, quæ ipsius astutia, atq; industria aduersus
 Sanctam Ecclesiam consurgunt, cui Deus alas contulit ad volan-
 dũ. Et sic cum illã tyrãni in Palestina persecuti sunt, volauit in
 Ægyptum, & Græciam. Cumq; illic affligeretur, in Germaniã,
 Flãdriam, Galliãq; petràsruit. At per illas in fœlices regiones hę
 34 resum, aliarũq; persecutionũ fluius perfluxit, & quia citò illa-
 rũ regionum incolæ ædificio reseruando, & restaurando non oc-
 currerunt, in terrã corruit. Etenim: quanuis tota vniuersalis Eccle-
 sia penitus corruere nequeat, potest tamẽ aliquibus in partibus
 excidere, sicuti reuera excidit. Quæ cũ itã sint fratres charissimi,
 intētissimi vigilate: diligentissimè cūctis spiritualibus artificijs,
 quæ excogitare poteritis, obsistite, ne maledictus hic fluius in
 hæc fœlicia regna ingrediatur, in quę huc vsq; (quę infinita Dei
 est clemētia) nõ fuit ingressus. Quò fide viuã inflãmãti, diuinaq;
 gratia adiuti tandiu in diuino ministerio persistamus, quousque
 cælestis beatitudinis gloriam consequamur. Ad quam nos per-
 ducat Iesus Mariæ filius. Amen.

*Simile.**Apoc. 12.*

In eodē Communi Doctorum ⁱ

& maximè pro Beato Antonio de Padua
Concio Quarta.

Vos estis sal terra. Quod si sal euauerit, in quo salietur? &c. Matthæi. 5.

3. Reg. 7.



LN tertio Regum volumine dicitur Salomō inter alia vasa in templo decem luterēs æneos ex se ipsis sculptos posuisse, in quibus aqua plenis sacerdotes sacrificia sua lauarent: quorum bases & fundamēta erāt bos, Cherub, & leo ex eodē cre fabre ² facti. Hoc præfigurauit in S. Ecclesia prælatos cōcionatores, atq; Ecclesiasticos viros esse futuros, qui quasi luterēs, & vasa essent, in quibus, & per quæ mūdarentur omnia, quæ Deo in sacrificiū essent offerenda. Itaq; horū munus est hominū cōscientias semper abluere, qua ablutione Deus maximè gaudet. Ideoque oportet eos promptissima esse charitate ad cōmune omnium ministeriū ac spiritalem prouentum: quale est bouis ingenium, qui tanta cum mansuetudine aliorum vtilitati laborat. Et hoc significabat luterēs boui inniti. Oportet etiam eos habere lucem sapientiæ, veræque doctrinæ, qualis est Cherub, qui significat plenitudinem scientiæ. Et hoc significat luterēs super Cherub esse locatos. Debent etiam constanti, regioque pectore pollere, quale est leonis pectus, quo proximorum defectus sustineant. Et quia inter prælatos, & Ecclesiasticos peculiariter concionatores, & confessarij his tribus virtutibus ornati esse debēt, ideo Dominus eos in hodierna Sācti Euāgelij lectione salī cōfert, qui vt alijs rebus, quibus adiungitur, saporem cōferat, conteritur, atq; cōsumitur. Atq; etiā lucernę accēse, quę vt alijs illucescat, liquefit, atq; cōficitur. Necnō ciuitati, quę furibūda hostiū tela fortiter recipit, eorumq; ictibus obnixè reuilit: sicq; eius incolæ defenduntur. Et itā dicit B. Paulus ad Ephes. ipse, scilicet, Christus, dedit, videlicet, Ecclesiæ suę quosdā quidē Apostolos, quosdā autē Prophetas: alios vero Euāgelistas: alios autē pastores, & doctores ad summationē sanctorū in opus ministerij, in ædificationē corporis ³

1ph. 4.

4 ris Christi. Ad cōsummationē (inquit) sanctorū, q̄a mediāte hoc ministerio pr̄destinatorū numerus adimpletur. In psalmo septuagesimo septimo dixerat Dauid: Recordatus est, quia caro sunt, spiritus vadens, & non rediēs. Et siquidē vniuersi homines caro sunt, ad ipsorū conseruationē, maximē necessarius illis erat sal, vt hæc caro Deo iucunda esset. Ideoque dicit hīc B. Paulus, Deū in Ecclesia sua ministros statuisse, quos ipse Dñs hīc salem vocat. Qui ex illa nō deficient, donec occurramus omnes in vnitatem fidei, & agnitionis filij Dei in virum perfectum in mensura etatis plenitudinis Christi: quod in vniuersali resurrectione adimplebitur. Et qui huius salis efficaciam cognoscere volet consideret, qualis fuerit orbis, antequam sacra discipulorum Domini doctrina condiretur. Quod, vt facilius intelligatis, primum

5 caput epistolæ D. Pauli ad Romanos legite. Vbi sanctus Apostolus affirmat eos tam corruptos, tamq̄; horrendo peccatorum pelago submersos fuisse vt etiam & eorum audiū pij viri indignum esse ducant. Mutauerunt (inquit) glōriam incorruptibilis Dei in similitudinem imaginis corruptibilis hominis, & volucrum, & quadrupedū, & serpentium. Equa maior stultitia esse potuit, quā belluas, atq; serpētes, vt deos adorant? Propter quod (protinus addit tradidit illos Deus in passionēs ignominia: nā mutauerunt naturalem vsum in eum, qui est contra naturam. Et paulō inferius repletos (ait) omni iniquitate, malitia, fornicatione, auaritia, nequitia, plenos inuidia, homicidijs contentione, dolo, malignitate. Longum vtiq; esset, abominationes, quas illic sanctus Apostolus refert, sigillatim recensere, quibus mundus in illo infelicissimo tempore plenus erat. Diuina autem lege per sanctos Apostolos promulgata homines illa omnia derelinquere cœperunt, & similes Angelis effecti sunt in terra. Itaq; nō solum illas turpitudines non admittebant, verūm multi licito etiā matrimonio vti nolebāt. Et sic asperrimæ solitudines cōpluribus eremitis repletę sunt. Qui quidē mūdi illecebras, conuersationesq; reliquerunt, vt diuinarū rerū contēplationi intentius, expeditiusq; vacarēt, atq; vt sanctissimū Euāgeliū purius obseruarent. Hanc operationē efficacissimus ille sal effecit in mundo.

Ideoq; meritō Dominus discipulis suis dicit: *Vos estis sal terra.* Quando olim aliquod fœdus feriebatur, mensa cum sale stabatur, quem omnes fœdus ferientes tangere debebant, vt refert

*Diog. Laert.
in Vita Py-
thag.
Num. 18.*

Diogenes Laerti⁹. Et in Numeris loquēs Dñs de federe, quod cū
 Aarō sacerdote, eiusq; iiberis pepigerat, dixit: P actū salis est sem-
 piternū corā Dño tibi, & filijs tuis. Dicitur cōcordia sal: quia quē
 admodū salid, qđ salitur, à corruptione p̄feruat, resq; durabiles
 reddit: sic cōcordia res stabiles, firmasq; efficit. Cōtraverò discor-
 dia illas destruit, atq; corrumpit. Et itā dicere Dñm: Vos estis sal
 terre: proinde fuit, ac si diceret: Mūd⁹ plen⁹ est discordijs, ac diuī-
 sionibus; magna in eo ritū, h̄refum, ac ceremoniarū, opinionū
 que diuersitas extat. Mun⁹ igitur vestrū est, vnū Deū, vnā Ecce-
 siā, vnā fidē, vnū baptisma, vnā dñiq; verā interiorē, exteriorēq;
 pacē p̄dicare. Vos estis sal terre, idest, vos estis mūdi cōcordia:
 homines inuicē adunare debetis. Vos estis sal verē cōfœderatio-
 nis: vos mitto recōciliatores mundi cū Deo ipsius, scilicet me. Et
 quē admodū sal quantūuis cōtritus, & cōculcatus sit, nunquā ta-
 mē sapore salis amittit, sic sacrosancti Dñi discipuli quantūcūq;
 cōtriti, afflictiq; fuerūt nūquā esētīā, ac sapore discipulorū Dñi
 reliquerūt: imò persecutionibus oppressi maiorē sapore edebāt,
 & virtutē in eorū animis delitentē clari⁹ ostēdebāt. Cūq; manife-
 stū sit quātū fructus sancti illi patres attulerint: operē pretiū erit
 nos modo perscrutari quē sit causa, cur cū nos idē Euangeliū p̄-
 dicemus, quod illi p̄dicarunt, eadēq; bona, quē illi polliceban-
 tur, nunc tā assiduō polliceamur, & eis dē poenis peccatores cōmi-
 nemur, quibus illi minitari cōsueuerant, vix sit qui sapore reci-
 piat? Quomodo fieri potest tā tā hominibus inesse corruptionē,
 super quos tantū salis effunditur? Huius portēti hāc p̄cipuā su-
 spicor esse causam, ingentē, scilicet, duritatē, & obstinationē, ad
 quā homines hodie peruenerūt. Loquēs Deus per Isaiā Prophe-
 tā cū populo Israelitico dixit ei: Scio enim, quod durus es tu: &
 neruus ferreus ceruix tua: & transgressorē ex vtero vocaui te. In
 quibus verbis eos duabus durissimis rebus, neruo, scilicet, ferroq;
 cōfert. Et quanuis populus hic adeo rebellis, ac durus erat, de illo
 tamē dicit Dauid: cū occideret eos, querebāt eū, & reuertebātur,
 & diluculo veniebāt ad eū, vt passim ex libro iudicum apparet.
 Quippē cū à finitimis regibus affligerentur, statim ad Deū con-
 uertebantur. Nos autē adeo miseri, proterui, atq; obstinati sum⁹
 in malis nostris, vt, cū tor neciū, bellorū, h̄refumq; verberib⁹ fe-
 riamur, nihil nobis proficit. Ideo nūc meritō Dñs idē dicere pōt,
 quod per Ezechielē Prophetā dixit: Magno labore sudatū est,
 & nō exiuit de ea nimia rubigo ei⁹, nec per ignē. Idest, nec voces,
 nec

Esai. 44.

Psal. 77.

Ezech. 24.

nec sudores concionatorū, nec tribulationū ignis sufficit, quò à ma-
 lis nostris separemur. Post omnes hos labores tam superbi, ambi-
 tiosi, carnales, cupidi, vltionūq; auidi, quā antea remanemus. O
 Deus infinite maiestatis, & misericordiē iā Dñe quid amplius fa-
 cturus sis, nescio. Etenim nihil iā intēratū reliquisse videris, vt ho-
 minē ad bonū allicias, & tamen nil prodest. O patres concionato-
 res, ne deficiatis animaduertētes modicum prædicationis vestræ
 prouentū. Si enim populus ex illa fructū percipere nolet, vt illi⁹
 est culpa, ipsius erit etiā & pœna: vos autē laborū, defatigationū-
 que vestrarū premiū nō amitteris. Quā obrē proclamate, & ma-
 ximos ac minimos quoq; reprehēdite sine personarū acceptio-
 ne: Deiq; causam iustificare. O gloriose pater Antoni quā meri-
 to te salē possumus appellare, quū omne hominū genus tuis san-
 ctissimis verbis tā acriter coercueris. Et itā de te canitur: Loquēs
 magnis, paruulis, veritatis iaculis equē feriebat. In maritimis re-
 gionibus aqua ex mari hauritur, & in arctas paludes immittitur:
 illicq; inclusa breui in salē cōuertitur: & quò arctiores sunt lacus,
 eo citius aqua cōdensatur, & exactior efficitur sal. Mundi salinæ
 sunt sanctæ religiones. Hominesq; tāquā aqua ab hui⁹ seculi ma-
 ri abstracti, & in arctā regularis vitę paludē immissi in salē cōuer-
 tūtur, quo ipsi⁹ maris pisces salūtur. Est q; valde notādū, si in ma-
 rinę aque paludē, quāuis semicondensata sit aqua, gutta dulcis
 aque cadit, salē nō effici, sed totā aquā liquefieri. Sic etiā quāuis
 homines in religionib⁹ sint inclusi, si humanos dulcores, atq; de-
 licias admittūt: in Dei ministerio nō cōdesabūtur. O patres reli-
 giosi, qui vltro mūdū reliquistis, ad hęc attēdite, ne religio in cō-
 fusionē, cōdēnationēq; vobis (que vestra erit culpa) cōuertatur.
 Quid de glorioso Antonio dicā? Qui eū se in salinā ordinis B. Pa-
 tris Augustini immisisset, vt exactior, atq; efficacior sal efficeret;
 in aliā arctiorē, que est fratrum Minorū se transtulit: in quā ingres-
 sus est inextinguibili desiderio excādescens vitā pro Christi Ré-
 dēptoris nostri honore periculis, mortiq; exponēdi. Eritā cor dul-
 ci deliciarū aque occlusit, vt vix panē, & aqua humano vltiui ne-
 cessaria aleretur: & sic pedib⁹ suis vix poterat sustineri. Heu, heu
 fratres mei, & milhēs heu, quanta cōfusiō erit nobis in ea-
 dem salina reclusis, nisi hunc celestem vitam imitari curaueri-
 mus! Siquidem omnes diuini numinis adiuantē gratia in hūc
 sanctam salinam cum feruore, piaq; intētionē cū propolito cun-
 ctas mundi illecebras fugiendi, sumus ingressi, sanctum hoc

simile.

or. August.

propo.

propositum cōseruemus: & nequaquam ab eo desistamus. Ad
 mirabilis est consideratu affectus, quo sanctus Iosue humi pro-
 stratus, & capite puluere, cinereque operto Domino dixit. Mi
 Domine Deus, quid dicam videns Israelem hostibus suis terga
 vertentem? Maiore utiq; dolore, miserationeque oportet nos af-
 fici animaduertentes nonnullos religiosos Deo terga vertentes,
 & tanquam sæculares mundanas voluptates in corde suo admit-
 tentes. Animaduertite patres mei quanta animi constantia di-
 xit Iephthe cum rem tam lamentabilem, tantiq; doloris esset ef-
 fecturus, qualis erat, vnicam filiam suam in sacrificium Dño of-
 ferre. Aperui enim os meum ad Dominū, & aliud facere non po-
 tero, idest, hoc Deo promisi. Liberum utiq; arbitrium habebat
 hic vir, vt si vellet, votum hoc non adimpleret, sed dicit. Non po-
 tero aliud facere considerans se sine peccato aliter facere nō pos-
 se. Ideoq; dicebat: Non potero. O frater religiose animaduerte,
 te os tuum aperuisse, & obseruantiam votorum religionis tuæ
 promississe: aliudque sub æternæ condemnationis pœna facere
 non posse. Vtius in incepto progredere. Audi Dominum ti-
 bi dicentem: Qui perseverauerit vsque in finem, hic saluus erit.
 O metuenda verba, & æterna recordatione dignissima. Si nos
 Christus R. N. suo diuino ore nunc hīc alloqueretur: illaque ver-
 ba proferret: Ite maledicti in ignem æternum, & hæc: Qui per-
 seuerauerit vsq; in finē, hic saluus erit: magis nos hæc, quam illa
 terrere deberent. Nam in illis: Ite maledicti, cum peccatoribus,
 adulteris, homicidis, auaris atq; superbis loquitur. In his autem:
 Qui perseverauerit, cum iustis loquitur: quibus dicit, nisi in diu-
 no ipsius ministerio vsq; in finē perseverauerint, nihil illis pro-
 desse, & non esse saluandos. Oculos igitur aperite, & considera-
 te, quāti vestra referat in incepto bono perseverare. Hunc san-
 ctum imitami, siquidē in eadē salina, qua & ille fait, vos estis
 inclusi: qui exactissimus extitit sal, ingentemq; mūdo saporem
 cōtulit. Sanctus Propheta Eliseus nouum vas salis in aquas inie-
 cit, illasq; sanauit. O Christe summe sæculi reparator, qui hoc
 vas nouū, iuuenem tenerū parvæ ætatis, nouū ætate, vitæq; ratio-
 ne, sale sapientiæ plenū B. Antonū apprehēdisti: vt eo, illiusq;
 admirabili exēplo passionum nostrarū aquis medereris. Nō so-
 lum autē sal, sed lux etiam fuit. B. Ioannes in Apocalypsi dicit,
 se vidisse Angelū lucem manu tenentem, quæ toti mundo illuce-
 bat.

*Iosue. 7.**Iudi. 11.**Matth. 10.**4. Reg. 3.**Apoc. 18.*

16 bat. Angelus vita, puritate, charitateque fuit Diuus Antonius: tantaque luce, ac splendore nituit, vt illo mundum irradiarit. Et quemadmodum lux velocissima est, sic Beatus Antonius in clientibus, deuotisque sibi adiuuandis citissimus est. *Iace. Cant. 5.*
 bat sponsa in lecto neque sponso aperire volebat pulsanti, atque dicenti: Aperi mihi soror mea sponsa. Nō est illi similis. B. Antonius: in singulis quippe suspirijs, incommodis, ac necessitatibus deuotis suis auxiliaturus occurrit. Abrahæ tanquam *Gene. 22.*
 singulare beneficiū ei conferens dixit Dominus: Multiplicabo semen tuum, sicut stellas cœli. Nec etiam gloriosissimum hunc Sanctum sterile esse voluit, sed multos spirituales filios gignere multamque deuotorum sibi prolem habere. Etenim quæ gens, quodnā regnū, quæ uē prouincia hūc sanctissimū Patriarcham
 17 non amandum, non colendum, non omni ueneratione, pioque affectu prosequendum putat? Quem siquidē omnes diligimus, eique deuoti sumus, omnes etiā nos præcipueque Minorum gregem eū oportet instatissimè imitari. Si ex Hispania pretiosissimus quidam fructus Romam deferretur, quāuis Italici gratissimus esset, multo tamen gratior esset Hispanis, eo quod regionis suæ fructus esset. Quod si cuidam Hispano diceretur: Hic fructus non solum est ex regione tua oriundus, sed in horto etiam matris tuæ productus est, maiori gustu, & delectatione, quam ceteri omnes illum susciperet, atque comederet. Gloriosus Antonius est pretiosissimus quidam fructus, quem nobis hodie Sancta Mater Ecclesia per imitationē comedendum proponit. Et quauis hic cœlestis fructus Hispanis omnibus debet esse gratissimus, eo quod ex
 18 Hispania nostra sit oriundus: multo tamē gratior debet esse fratribus Minoribus, cū sit fructus horti matris nostræ, quæ est nostra sacrosancta religio. *Vos estis lux mūdi.* Quauis Christus R. N. hæc uerba ad suos sacros Apostolos præcipue direxit, necnō ad presides, & cōcionatores, attamē B. Paulus hoc nomē lucis omnibus iustis attribuit dicens: Eratis enim aliquando tenebræ: nunc autem *Eph. 4.*
 lux in Dño. Id est, quando in infidelitate, siue in lethali peccato eratis, tenebræ quidem appellari debebatis: nunc autē qui diuinam gratiam recepistis, lux estis in Dño. Itaque quauis humilis conditionis abiectique generis sitis, illustres tamen estis in Dño. Nam uirtus, & gratia sunt sapor, quo humilis generis macula diluitur. Et hæc est uera nobilitas, atque ubi hæc deest, parum prodest humani generis claritas. Parum prodest riuolum ex
 perspi-

perspicuo fonte manate, si protinus, vt exit obscœnus redditur, 19
 in quo immunda animalia creantur. Et multo minus prodest, ho-
 minē iactari se à nobilissima parentū stirpe prodijisse, qui virtuti-
 bus floruerunt, si ipse in obscœnam vitiorū paludem conuersus
 fuit. Primus filius Iacob dictus est Rubē, tertius autem Leui. Vt
 ēne Ruben erat primogenitus: omnes illius tribus nobiliores se
 quā ceteros gloriabantur. Vnde Dathā, & Abirō prælaturā, sum-
 mūq; sacerdotiū expetebāt, quia nobiliores se ducebāt, eo quod
 essent ex tribu Ruben: Deus autē Aarō ex tribu Leui prælaturā
 cōmisit: quia virtutem potius, quā generis nobilitatē animadu-
 uertit. Et ita dixit in primo regum volumine: Qui honorificaue-
 rit me, glorificabo eū, qui autē contēnunt me erūt ignobiles. Sic
 eos facere oportet, quibus prælaturarum distributio incūbit. Nō
 enim munera, gubernationes, & prælaciones illis sunt cōmitten- 20
 da, quorum vita est sterilis meritorū: quanuis illustres sint gene-
 ris: sed illis, quorum vita viridis, florens, atq; fructifera est, sicuti
 virga Aaron. Verum est, quod quemadmodū aurum exactū me-
 lius, atque facilius, quam æs, aut stannum ferrugine coopertū in
 se recipit cælaturas: sic viri illustres facilius virtutum cælaturas
 recipere debent, quam ignobiles: contrariūq; sæpē fieri mag-
 næ est confusionis. Erat igitur fratres verā ne vultis nobilitatē? in
 si esse curate, & eritis lux mundi. Attēdite quanta cū anxietate
 homines per regias, & tribunalia incedunt, illucq; conductos te-
 lles adiacunt, vt generis sui nobilitatem probent, quæ tamē est
 carnis nobilitas. Quod si tantū curæ adhibetur in eo, quod tā pa-
 rū valet: quare plus curæ, atq; sollicitudinis in hoc nō erit adhibē-
 dū, cū nostra tāri referat? Et scitote, ad hāc nobilitatē cōprobādā 21
 non pluribus retribus opus esse: sed vnū tantū, si adsit, illā posse
 probare. Illū videlicet, de quo dixit B. Paulus: gloria nostra hæc
 est testimoniū cōscientiæ nostræ: quod in simplicitate cordis, &
 sinceritate Dei, & nō in sapiētia carnali, sed in gratia Dei cōuer-
 sati sumus in hoc mundo. Beati, quibus hoc testimoniū est. Ete-
 nim hi sunt lux in Dño. Et si quidem nos omnes luces esse oportet,
 rationi consentaneū est, vt lucis cōditiones habere curemas.
 Lux iamundis rebus non infigitur, neq; illis adheret: quanuis
 per sterquilinā, aliāq; immūda prætereat, semper munda rema-
 net. Talem te oportet esse, & Christiane, ne secularibus rebus in-
 hareas. Si naturæ tuæ fabricā & cōpositionē fueris contēplatus,
 & animaduertes, quantū à ceteris animātibus differat, videbis
 quo-

Nume. 8.

1. Reg. 2.

simile.

2. Cor. 1.

22. quo non solum omnia habentia manus illis super terram serpunt preter
 ter re, aliosque quibus sunt erectæ. Et ita dixit Quidius: *Præterquam cum
 spectent animalia cætera terram: Os homini sublime dedit, cælumque videre
 iussit. Et erectos ad sidera tollere vultus.* In quo nos vniversalis autor
 voluit erudire bruta animantia non nisi ad terram possidendam na
 ta fuisse, ideoque illam manibus contrahant, & oculis cernunt. Nos
 autem cum ad cælum possidendum creati fuerimus, non terram manibus
 tangimus, vt illam teneamus, & possideamus: sed pedibus potius
 peringimus, vt eam conculcemus, & negligamus. Hæc est nostræ
 naturæ cõpositio Philosophia: & iuxta illam oportet nos vi
 uere, & operari. Aliud est etiã proprium lucis, quod nunc quæ velocis
 sima est, multas regiones breuiter decurrit, & illuminat. In quo
 etiam nos illi similes esse oportet. Etenim in bonorum operum exe
 23. cutione diligentiissimi esse debemus. Et ita nos B. Paulus admo
 net, vt si minus solitudine non pigri. Estque animaduertendum regu
 lam esse prudentiæ, in boni operis deliberatione moram, in execu
 tione verò diligentiam esse debere. Vnde Romanus Impera
 tor T. Vespasianus delphicam anchoram involutum in insigne
 gerebat, quia per anchoram mora, & per delphinum velocitas delig
 nat. De quo dixit Appianus, eum tam velociter aquam, quam ci
 tissimam quamquam aëra transare. In quo prudens ille imperator
 significabat, se in rerum suarum deliberatione moram, in earum ve
 ro executione diligentiam vti. Simulque hoc speculare lux habet,
 quod diuisis communicatiua est. Ex vna lucerna mille, ac viginti
 mille lucem percipiunt, cum tamen illa nihil propriæ lucis amittat.
 Hoc est etiã proprium iusto: etenim quidquid habet, libenter alijs
 24. cõmunicat. Diuitias, sapientiam, vires, ac denique omnia ad proxi
 morum emolumentum dirigit. Ita faciebat B. Apostolus Paulus, qui
 dicebat: Omnibus omnia factus sum, vt omnes facerem saluos.
 Vbi valde pensandum est tantum condacere adiutorium, quod iu
 sti peccatoribus præbent, ad spirituale eorum salutem, vt dicat hie sanctus
 etus Apostolus, se suo auxilio illos saluos facere: quia eos ad salu
 tem impetrandam adiuuabat, quod magnam exaggerationis est genus.
 Atque, vt seruus Dei nouerit quantum opere se proximis cõmunica
 re debeat, non est contentus diuinus magister eum lucem appellare,
 sed inferiù explicuit illum debere simile esse luci lucernæ, vt
 vt alijs luceat, liqueat, atque consumatur: sicut omnes sancti
 ipseque sanctorum Dominus efficit. O. Christe lux beatissima

Roma. 12.

Appianus
lib. de n.
pis.

1. Cor. 9.

vere

vere hominū amator. O lucerna, & ceree paschalis in crucis candelabro constituta, ecquis pulchritudinis, ac venustatis speciei tuæ florem obliuit? Ecquis famam, honoremq; tuū obscurauit, & te inter latrones statuit? Ecquis sacratissimum corpus tuū liquefecit, quod lachrymis, atq; cruore perfusum habes? Ecquis tibi vitā confecit? O iustorū vita quid ibi totus tabefactus in cruce facis abrupto corpore, sectis venis, visceribus patefactis? Ad hoc nobis respondere potest dicēs: Nemo accēdit lucernam, & ponit eā sub modio: sed super candelabrū vt luceat omnibus, qui in domo sunt. In hac cruce tanquam in candelabro lucerna, positus sum, vt mūdo illuceam. O diuine magister, quā efficacibus verbis, & operibus nos illuminas, & doces: & iure optimo vis prælatos, & maxime doctores, siquidem tui vicarij sunt: tā operibus, quā verbis subditos suos erudire. Ideoq; concludis dicens: 26
Qui ergo soluerit vnum de mādatis istis minimis, & docuerit sic homines, minimus, vocabitur in regno cœlorum. Dñs hīc præcepta sua minima vocat: quanuis nō omnia in materia, merito, neq; præmio paria sint: sed alia maiora, & alia minora sunt. Et tamen omnia sunt minima & impletu facillima, cōsideratis peculiaribus auxilijs, quibus Deus eorum obseruatoribus fauet.
Rom. 8. **Quanuis enim debiles simus spiritus, vt ait D. Paulus, adiuuat infirmitatem nostram.** Vel dicere possumus, Dñm hīc minima præcepta vocare necessaria, & obligatoria: qualia sunt præcepta decalogi quæ vt ait B. Augustinus, sicum Euangelicæ legis perfectione conferantur, minima sunt. Et licet quatenus ad obligationē maxima sint, quatenus tamē ad perfectionē minora sunt.
Aug.
2. Petr. 2. **His mihi cōformare vidētur verba illa B. Petri dicentis: Depo-²⁷nentes omnem malitiam, & omnem dolum, & simulationes, & inuidias, & omnes detractiones, sicut modo geniti infantes rationabiles, & sine dolo, lac concupiscite, vt in eo crescatis in salutē: sicutamen gustatis quoniam dulcis est Dominus. Vbi valde notandum est sanctum Apostolum dicere, postquam anima hæc omnia mala diuinę legis obseruationi repugnantia à se expellit, eā consciētia: pace delectari, iustitiæq; suauitate gaudere, & in perfectione proficere. In quo nos docet, humiliorem, & minorem perfectionis gradum esse vitia, & voluptates diuinę legi repugnantes repudiari, atq; relinquere.**

Nā qui dicit: Hęc vitia relinquitte, vt crescatis, manifeste decla-

28 rat minorē, & humiliorem Christianę perfectionis gradum esse illa relinqui. *Qui ergo soluerit vnum de mandatis istis minimis, &c. Qui autem fecerit, & docuerit: hic magnus vocabitur in regno cœlorum.* Tentauit Gedeon in aquæ potu, quinam militum suorum ad dimicandum aptiores erant: eosque, qui flexo genu aquam solo ore tangebant, improbauit: qui vero lingua simul, & manu illam capiebant, secum in certamē deduxit. Omnes nos aduersus dæmonem, & vitia acerrimum certamen manet: seruiq; ac milites veri diuini ducis Iesu Christi in aqua probātur. Aqua vero Euāgelicam doctrinam significat. Nam quemadmodum ardorem ignis extinguit, resque immundas purificat: sic diuinum verbum. Et sicut in aqua, tanquam in speculo homo faciem contempletur: sic in verbo Dei tanquam in speculo vnusquisque 29 qualis sit, animaduertit. Et hæc est causa, ob quam maliconditiones oderunt: sicut mulier informis se in speculo non considerat, quoniam quotiescunque faciē suam animaduertit, ingenti cordis mœrore conficitur. O miseri peccatores, quia in aqua diuinæ doctrinæ tanquam in speculo, scelerum vestrorum deformitates aspicitis, idē illam tanquam dæmon crucem effugitis. In hac igitur veri milites Iesu Christi, qui ab hostibus spiritalibus victoriam reportaturi sunt, apte probantur. Quippe qui solo ore hanc aquam, id est, diuinam doctrinam tanguat, & de illa solummodō loqui contenti sunt, hi ab hoc diuino duce reprobantur. De quorum singulis dicit: *Minimus vocabitur in regno cœlorum. Qui verò hanc aquā manibus simul, atq; ore pertingunt, id est, qui verbis opera iungunt, hi ab ipso eligantur: & ab hostibus victoriam reportabunt.* Et de vnoquoq; horum 30 Dominus dicit: *Qui fecerit, & docuerit, hic magnus vocabitur in regno cœlorum.* O miram permutationem. Pristinis quondam temporibus hoc nomen, magnus, soli Deo tribui cōsuevit *Psal. 47.* & ita dicit Dauid: *Magnus Dominus, & laudabilis nimis: nunc autem munificentissimus Dominus illud singulis iustis accommodat.* Ipse paruulus factus est, quia, vt ait Apostolus, ex inaniuit semetipsum formam serui accipiens. Sicq; qui prius parui erāt in diuino ipsius conspectu magnos effecit. Quicquam propter ipsius amplitudinē dicitur magnum, & sic forum, quia amplum est, magnum vocare consueuimus. Aliud vero dicitur magnum, quia altum est: vnde cupressum proceram, magnam ap-

pellamus. Aliud autem dicitur magnum, quia profundum est, ³² unde puteum nimis profundum, magnum, dicimus. Vltimò dicitur aliqui d magnum, quia est longum, quanuis arctum sit: venit iter longum, magnum dicimus. Quod si ob vnam harum quatuor rationum quicquam magnum dicitur multò melius, quod omnes quatuor has causas habuerit, magnum poterit appellari, videlicet, quod altum, amplum, longum, profundumq; fuerit. Talis est vnusquisq; iustorum, amplus scilicet charitate, longus liberalitate, altus contèplatione, profundus humilitate. Ex quo apparet quàm meritò Dominus iustum, magnum appellat. Et peculiariter hoc dici potest de hoc glorioso Doctore, cuius solennitatem sancta mater ecclesia exultatibus fidelium animis celebrat, cum tot operatus fuerit: tamque egregiam doctrinam Christianum populum erudierit, eamque ad animarum nostrarum ³³ emolumentum literis commendarit. Quamobrem idè de illo dicere possumus, quod Hortensius de Demosthene dixit: videlicet, quàm cunq; periodum orationum eius multò sublimius illum commendare, quàm quicquid de ipso in eius laudem dici posset. Sic etiam si huius gloriosi Doctores Beati Augustini, Hieronymi, Thomæ de Aquino, ac Diui Bonauenturæ, &c. opera attentis animis considerentur, in qualibet eorum parte eorum ingenium, spiritus, & ex candescens inflammatisimæ charitatis ardor, atque flagrantia clariùs innotescet, quàm ex ijs omnibus, quæ nunc concionatores dicere possumus. Qui siquidem tantus est in diuo conspectu, eum nos ardētissime diligamus, nosque ipsi instantissime commendemus, eumq; diligentissime imitemur: quo nobis apud Deum faueat illiusque auxilio ³³ disponamur, & diuinam à Domino gratiam consequamur, qualocupletati ad cœlestem beatitudinem perducamur. Amen.

IN COMMUNI

Confessorum non Pon-

tificum Concio
Prima.

*Sint lumbi vestri praecincti, & lucernae ardentes in
manibus vestris, &c. LUC. 12.*



SA I A S Propheta loquens de gloria,
quã Dominus præparauit seruis suis, illã
conuiuium appellat dicens: Et faciet Do-
minus exercituum omnibus populis con-
uiuũ pinguium, conuiuũ vindemiæ, pin-
guium medullatorum, vindemiæ defæca-
tæ. Et præcipitabit in monte isto faciem
vinculi colligati super omnes populos: &

Isai. 25

& telam, quã orditus est super omnes nationes. Præcipitabit mor-
tem in sempiternũ. In omnibus his verbis Sanctus Propheta cor-
porearum rerum similitudinibus æternæ vitæ superna gaudia
manifestat. Ætenim cùm pleriq; homines ea, quæ sensibus perci-
piunt, clarius cognoscant, illaque plaris æstiment: ideo aptissi-
mè per ea, quæ homines tanti æstiment, inaccessibleem gloriæ
excellentiã explicat. Primũ dicit, conuiuium illud omnibus
populis, non Hebræorum tantum, sed gentium etiam nationi-
bus esse faciendum, videlicet, vt spem nostrã excitet. Et sic Bea-
tus Ioannes in Apocalypsi postquam ingentem electorum ex-
tribus Israel multitudinem recensuerat, aliorum etiam innu-
merabilium inuitatorum ad hoc conuiuium ex gentibus memi-
nit accersitum. Et sic addit: Post hæc vidi turbam magnam,
quam dinumerare nemo poterat ex omnibus gentibus, & tri-
bus, & linguis stantes ante thronum in conspectu Agni
amiecti stolis albis, & palmæ in manibus eorum. Quod vero ait
delicatissimas carnes, & defæcatũ, id est, expers fæcũ atq; pbatũ

Apoc. 7

vinum in eo conuiuio ministrandum duobus his nominibus ex 4
 quisitissimæ eius conuiuij delicias designauit. Ibi enim erit cla-
 ra splendidissimæ diuinitatis, & sacræ humanitatis cognitio &
 fructio quæ beati omne, cū ineffabili suauitate reficientur. Ibi
 nanq; (vt Saluator ait) ingredientur, & egredientur & pasqua fe-
 cūdisima, quibus corpus, & anima depalcentur, inuenient. Ad-
 dit deinde S. Propheta: Et præcipitabit faciē vinculi colligati su-
 per omnes populos, & telā, quā orditus est super omnes natio-
 nes. Vinculū autem, quo omnes populi, idest, vniuersum genus
 humanū colligatum est, non vnum, sed multa vincula comple-
 ctitur, quibus omnes communis peccati vitio eramus astricti, &
 miserrimè obligati. Alium quippe vinculum est, reatus mortis
 æternæ: aliud lex membrorum, & fomes peccati: aliud seruitus
 sub diradiaboli captiuitate: aliud innumeræ cupiditates, quæ vi 5
 tara nostram non modo inquināt: sed etiam cruciant, atque dila-
 cerant. Omnia igitur hæc vincula in hoc augustissimo, & cœle-
 sti monte rumpentur. Vel, vt in Hebræo habetur, absorbebū-
 tur, vt ne vllam quidem eorum vestigium reliquum sit. Quo fit
 vt omnes isti conuiuij plenissima libertate, ac pace fruantur.
 Nec vincula hæc modò, sed telam etiam, quam Dominus orsus
 est, super omnes nationes, ibidem disrumpet. Huius verò telæ
 nomine communem illam maledictionem accipimus, quæ ge-
 neris nostri principes, & nos in illis ad innumeras huius vitæ
 ætumnas, multiplicēsque misérias damati fuimus. Quæ qui-
 dem tela ex multis filis, idest, ex multis doloribus, & lachrymis
 quas in hac vita quotidie miseri mortales fundunt, contexta est.
 Quam idem ipse dñs orsus fuit, quia eius imperio, atque de- 6
 creto ad omnes has calamitates astricti fuimus. Hæ igitur om-
 nes ab illo cœlesti monte exterminandæ, atque præcipitandæ
 sunt. Quod idem sanctus vates annumerare incipit, cū pro-
 nus subdit: Et præcipitabit mortem in sempiternum. Ibi enim
 mortis imperium mortis Christi merito euerendum erit. Ad-
 dit deinde: Et auferet Dñs omnem lachrymam ab omni facie, &
 opprobrium populi sui auferet. Hoc est labem omnem, & om-
 ne dedecus, & quicquid fœlices animas vllò incōmodo, iniuria
 seu dāno afficere possit, è medio tollet, vt nihil ibidem sit, quod
 conuiuij illius iucunditatem, & suauitatem, aut vlla tristitia affi-
 cere, aut vllò mortis metu perturbare, aut vlla dedecoris labe af-
 pergere,

7 pergere, aut lachrymis vllis inficere possit. Quid autem ex ijs omnibus consequetur? Nimirum gratiarum actio, & vox laudis, quæ ibi perpetuò resonabunt. Dicit namque Dei populus, quod hic addit Propheta Sanctus: Ecce Deus noster iste: expectabimus eum, & saluabit nos. Iste Dominus sustinebimus eum, & exultabimus, & lætabimur in salutari eius: quia requiescet manus Domini in monte isto. Hoc est, vt Diuus Hieronymus interpretatur, Absorpta morte in perpetuum populus Dei, qui de manu mortis fuerit liberatus dicet ad Dominum: Ecce iste Iesus Mariæ filius, quem increduli hominem tantum esse putabant, Deus noster est. Tunc enim præsentem agnoscent maiestatem eius, & diuinitatem, quam hic per speculum tantum, & in ænigmate contemplabantur. Expectabimus enim, cum in hac mortali vita credidimus verbis ipsius, & promissis. Et quanuis ea in longum differrentur, non propterea fracti sumus animo, neque ab eius fide, atque obedientia desciuimus: sed longanimites, & aduersa tulimus, & prospera expectauimus. Exultabimus ergo, & lætabimur in salutari eius, hoc est, in æterna salute, quæ nobis eius beneficio contigit: quæ nos ab omnibus malis ereptos æterna foelicitate beauit. Quia requiescet manus Domini in monte isto. Id est, immensas potentia, sapientia, opulentia, bonitatis, & gloria eius opes in monte hoc non solum aperte videbimus, sed etiam in nostræ foelicitatis magnitudine experiemur: quas dum in corpore viximus, obscure, & quasi per caliginem videbamus. Hæc fratres mei

9 sunt, quæ Sanctus hic Propheta de huius conuiuij magnificentia in communi disseruit. Cæterum, quoniam inter hæc tam varia, & pretiosa fercula omnium pretiosissimum, atque suauissimum diuinæ pulchritudinis visionem esse constat, iniurius vobis ero fratres, nisi de hoc etiam aliquid attigero: quanuis munus hoc non humanæ solum, sed Angelicæ etiam lingua superet facultatem. Nos igitur, qui in tanta coelestium rerum oratione versamur, quorum omnis cognitio à corporis sensibus exorditur, ab ijs, quæ sensu percipimus, veluti scalam quandam erigemus, per quam à creaturis ad creatorem ascendentes ab effectibus ad summam causam assurgere poterimus. Ad hoc igitur primo loco statuamus omnes conditarum rerum perfectiones, quæ verè, & propriè hoc nomen me-

rentur, in conditore longe perfectius reperiri. Quia enim nemo ¹⁰
 dat, quod non habet, ideo non potuit summus ille rerum condi-
 tor in se non habere, quæ rebus à se conditis dedit. Quemadmo-
 dum enim sol, qui astris omnibus splendorem conferit, splendi-
 dissimus, atque adeò multis partibus omnibus ille splendidior
 est: ita supernus ille artifex, qui tam multiplicem creaturis con-
 tulit pulchritudinem vnus ipse earum omnium pulchritudinē
 cum infinito excessu continet. In ipso igitur est species florum
 pulchritudo gemmarum, splendor auri, atque argenti, claritas flu-
 minum, & fontium, auium concentus, solis, lunæ, atque astrorum
 fulgor, amoenitas sylvarū, atque camporum, sicut ipse ait in Psal-
 mo: Pulchritudo agri mecum est. Progrediamur vltimus, & mū-
 dana omnia prætergressi ad cœlestium vsq; sedes cōscendamus:
 ibiq; innumerum beatarū mentiū exercitū cōtemplemur. Qua- ¹¹
 rum equidē numerū, ita res omnes alias superare ait D. Thomas,
 quēadmodū cœli magnitudo longissimo interuallo corporum
 omnium magnitudinē superat, Hinc sanctus Iob ait: Nūquid
 est numerus militum eius? Quo loquendi modo innumerabilē
 esse Angelorum exercitum intelligimus. Statuamus etiam hīc
 & illud, quod idem B. Thomas ait, videlicet, omnes Angelos
 specie differre. Simulq; attendite Aristotelē dicere, rerū species
 numerorū rationē imitari. Vt, scilicet, quēadmodū superior nu-
 merus inferiorē continet, & aliquid sibi propriū adijcit: ita supe-
 rior species tū inferioris perfectiones: tū etiam suam peculiarem
 contineat. Ab infimo ergo Angelorum ordiamur: quem statua-
 mus res omnes corporeas perfectionis, & pulchritudinis suæ de
 core lōge superare. Quod facile indicat Angelus ille, qui Danie- ¹²
 li apparēs pulchritudinis suæ specie, atque fulgore prophetā pe-
 ne exanimavit. Et secundus Angelus inferioris Angeli pul-
 chritudinē, & suam itidē peculiarē retinet. Tertius vero Ange-
 lus vtriusq; præcedentis, & suam itē speciem, atque decorem super-
 addit. Quartus vero Angelus omnes has perfectiones amplecti-
 tur, & suā itē, qua in noua specie cōstituitur. Hac igitur ratione
 per omnes Angelorū ordines in hac creaturarū scala, ab inferiori-
 bus ad superiora cōscendentes, ad supremū vsq; seraphicū ordi-
 nē, qui Deo cōiunctissimus est, veniamus. Cū hic igitur omnes
 inferiorū Angelorū perfectiones, pulchritudinesq; & suā item
 cōtineat: Angeli autē, vt prædiximus, numerari nō possint, qua-
lis,

Psal. 49.

*D. Tho. 1. p.
q. 50. ar. 3.
Iob. 25.*

*D. Tho. 1. p.
q. 50. ar. 4.
in corp.
Arist. lib.
8. met. 4. tex
10. tom. 3.*

Dani. 10.

73 **lis, quæso illa species, & pulchritudo erit, quæ vna intra se perfe-**
ctiones, virtutes, & pulchritudines innumeras cõtinet? Estne vl-
la dicēdi facultas, quæ hoc possit oratione cõplecti? Minime sa-
ne. Hinc vltorius gradū, ad ipsum rerum omniū, atq; Angelorū
Dñm faciamus: qui & has omnes perfectiones, & infinitas alias,
quæ diuinitatis proprię sunt, in se vno cõtinet. Et si ante splendi-
dissimū solis iubar fulgorē suū sydera tueri nō possūt, & perinde
sunt, quasi nō essent: cõsequens est, vt omnes omnium rerū, atq;
Angelorū perfectiones, omnisq; creata pulchritudo diuinæ col-
lata pulchritudini vix vlla sit. Hac igitur ratione pius homo sese
Angelorū choris interferens ex illorū pulchritudine immensam
diuinæ maiestatis pulchritudinē cõtemplatur. Quod Dñs in li-
 14 **bro Iob significare videtur his verbis: Nunquid ad præceptum** *Iob. 39.*
tuum eleuabitur aquila, & in arduis ponet nidum suū? In petris
manet, & in præruptis silicibus commoratur. Inde contemplatur
escam. Quem locum D. Gregorius sic explicat: Vir sanctus cum *Grego.*
terrena despicit, more se aquilæ ad altiora suspendit: & per con-
templationem spiritus subleuatus perennem Angelorum gloriã
præstolatur. Atq; huic modo hospes illa appetendo, quæ aspicit,
iam in sublimibus figitur. Sed quisquis ita contemplatione rapi-
tur vt per diuinã gratiã euectus intentionem suam iam Angelo-
rum choris interferat: & fixus in sublimibus ab omni se infirma
actione suspēdat: nō ei sufficit gloriã Angelicæ claritatis aspice-
re nisi eū etiã, qui est super Angelos valeat meditari. Sola nanq;
eius visio vera mētis nostræ relectio est. Vnde cū sanctus Iob di-
 35 **xisset, hãc aquilã in petris manere, & in præruptis silicib⁹, atq; in**
accessis rupibus cõmorari, illico subdidit: Inde contēplatur escã.
Idest ex illis choris Angelicis tēdit oculū mētis ad contēplandã
gloriã supernæ maiestatis, quã nondū visam adhuc esurit, qua tã
dem visa satiatur. Hactenus Gregorius. Ex cuius verbis intelli-
mus pium virū ex varia, & multiplici Angelorū perfectione ad
immēsam cõditoris perfectionē, & pulchritudinē cõtemplandã
gradū facere atq; assurgere. Cū ergo conditor ipse beatitudo nãa
obiectiua, vt Theologi loquūtur, sit, cui⁹ hãc tãtã pulchritudinē
aperta facie beati oēs in patria videãt, qualē quæso hãc beatitudi-
nem, qualē hanc fœlicitatem, quale hoc gaudiū futurū esse puta-
mus? Est ne vlla mēs, siue hominū, siue Angelorum, quæ hoc pro *Psal. 35.*
dignitate queat explicare? Hoc tamē vates regius paucis attigit,

cūm de hac beatorum fœlicitate cum ipso fœlicitatis autore lo- 16
queretur. Inebriabuntur (inquit) ab vbertate domus tuæ: & tor-
rente voluptatis tuæ potabis eos. Quoniam apud te est fons vi-
tæ, & in lumine tuo videbimus lumen. Non potuit pauciori-
bus verbis hæc tanta beatitudo describi. In verbo enim inebrian-
di, opulentissimam gaudiorum exuberantiam intelligit. Tor-
rentis autem nomine, qui incitatissimo frequenter impetu ferri
solet: admirabilem eius vim ad oblectandos animos designauit.
Addit deinde: Quoniam apud te est fons vitæ. Ex quo fœlices
animæ viuentes vitā hauriunt fœlicissimā, & sempiternam, quæ
in summi regis visione, ac fruitione consistit. Et in lumine, scili-
cet, gloriæ illustrati, immensum illud, atq; incircumscriptionem lu-
men vident. Qualis igitur hæc fœlicitas erit? Quid igitur habes,
o cor humanum, quod vltius tendere, quod vltius possis aspira- 7
re? Quò abis? Quò tendis? Quid optas? Ad quam aliam fœlicita-
tem properas, cum ad tantarum rerum spem non modo cōditus,
sed etiam redemptus sis? Si alicuius creaturæ pulchritudo tātā
ad rapiendos animos vim habet: vt homines interdum vel insa-
nire, vel marcescere, & ægrotare faciat: quod Ammoni Davidis
filio propter eximiam sororis Thamar pulchritudinem cōtigit,
quid nos facere par est, vt hac tanta diuinæ pulchritudinis specie
in æternum perfruamur? Quod si (vt ait Quintilianus) non pu-
tant indignum Troiani principes Graios. Troianosque propter
Helenæ speciem tot mala tandiu sustinere, quod quidem nō di-
cit Paris, qui rapuit, non aliquis iuuenis, aut vnus è vulgo, sed se-
nes, & prudentissimi quique, & Priamo assidentes. Verūm &
ipse rex decennio bello exhaustus, amissis tot liberis, imminen- 18
te summo discrimine, cui faciem illam, ex qua tot lachrymarum
origo fluxisset, inuisam, atq; abominādam esse oportebat: & au-
dit hæc, & eam filiam appellans iuxta se locat; & excusat etiam,
atq; sibi esse malorū causam negat. Hæc recitat Fabius. Nūc fra-
tres Dei, atq; hominū fidē imploro. Si hæc adeò parua pulchritu-
dinis (vt ita dixerim) guttula tantū apud homines valuit, vt im-
mēsos decennij labores, tot funera, tot mortes, tot rerū discrimi-
na subire cōpulerit, quid quæso vos ob immēsam illam diuinæ
pulchritudinis speciem, ob altissimam illam omnium gratiarum,
atque bonorum impermeabilem abyssum, ob infinitum illum,
& inexhaustum diuini decoris mare nos facere par est, vt eo nō

19 ad horam, non ad diem, non ad annum, non ad mille annos, non ad centum annorum millia: sed sempiternis sæculorum ætatibus perfruamur? Si mille mortes nobis quotidie obeundæ, si omnia martyrum supplicia perferenda essent, quid hæc ad tantam fœlicitatem? quid hæc ad hanc cœlestem hæreditatem? quid ad has tantas opes? quid ad hanc tantam gloriam? quid ad tanta gaudia? quid ad tantas delicias? quid postremò ad æternam sempiternæ fœlicitatis communionem? O stulta mortalium avaritia. O deploranda cæcitas. O detestanda insania, quæ his tantis opibus prætermisissis momentaneis, atque abiectissimis rebus toto pectore inhias, & propter exiguum terræ gurgustiolum tam ampla cæli palatia in æternum duratura amittis? Quid igitur (inquires) nobis facto opus est, ne ab hac tanta gloria excidamus?

20 Audite fratres dilectissimi supernum sæculi magistrum in sacri Euangelij hodierna lectione nobis breuiter explicantem, quid ad tantam hanc beatitudinem impetrandam facere debeamus.

Sint (inquit) lumbi vestri præcincti, & lucernæ ardentes in manibus vestris. Et de hæc facientibus dicit inferius: Beati serui illi, quos cum venerit Dominus, inuenerit vigilâtes: Amen dico vobis, quòd præcinget se, & faciet illos discumbere, & transiens ministrabit illis. Attentis animis considerate Dominum illis requiem, sedem, atq; conuiuium pollicentem. Eos esse succinctos idem est, atque esse paratos, & quicquid optimum Christianum decet, effecisse. Cingulum quippe est vltimum corporis ornamentum. Quando quis accingitur, iam nihil ei restat induendum. Recumbis in lecto tuo, lotamque subuculam petis, qua indutus, thoracem te induis, vestemque ac cætera necessaria indumenta superimponis. Et postquam tete iam omnibus vestibus induisti, cingulo te præcingis: quo accinctus iam tibi nil superest. Ideoque præcipiens nobis Dominus esse præcinctos, iubet nos ita viuere, vt omnibus iam omnino necessarijs operibus effectis mortem semper expectemus. Christianus vir, qui peccata sua expiauit, pristinaq; cum proximis suis iniit amicitias, testamentum confecit, aliena dominis restituit, debita exoluit, & pro virib⁹ misericordiæ opera fuit executus, diuina deniq; præcepta, sicut oportet, obseruauit, hic iuxta diuinę maiestatis institutum præcinctus est, cum vsque ad illam horam omnia fecerit, quæ operari tenebatur.

Itaq; si tunc morte occuparetur, illum succinctum reperiret,²²
 atq; paratum, vt nihil ei ampliùs faciendum superesset. Sic nos
 omnes esse oportet. Et addit vlteriùs: *Et lucernæ ardentes in manib⁹*
vestris. Hoc posterius ex priori proficiscitur. Quando famuli ac-
 census iam facibus dominum suum expectant, si vnam horã do-
 minus demoretur, eum integrum annum demoratum fuisse arbi-
 trantur. Ideoq; præcipiens nobis, vt accensas lucernas mani-
 bus teneamus, hortatur nos itã paratos esse, vt aduentum Domi-
 ni expectantes singulas horas, quas vixerimus, singulos annos
 esse putemus. Etenim ex optimæ conscientiæ testimonio, & ex
 diuinæ legis obseruatione singulare quoddam desiderium huius
 vitæ relinquendæ, Deique videndi proficiscitur. Quo exarde-
 bat Diuus Paulus cùm diceret: Desiderium habeo dissolui, & ef-
 se cum Christo. Et omnium prædestinatorum nomine alibi di-
 xit: Nos ipsi primitias spiritus habentes intra nos gemimus ex-
 pectantes redemptionem corporis nostri. Beati sunt serui illi (ait
 hic summa veritas) quos cùm venerit Dominus, inuenerit sic,
 scilicet, vigilantes. Fratres desideratissimi cum vobis explicue-
 rim, quid sit, vos sic esse præcinctos, deprecor vos per clemen-
 tissima huius coelestis Domini viscera, qui hoc nobis tanta cum
 charitate commendauit, vt nunc cùm opportunum tempus, in-
 gensque diuini ipsius spiritus auxilium vobis præsto est, vos
 velocissimè præcingatis. Etenim diuinus hic spiritus nos in hac
 re magnopere iuuat: Sicut affirmat Apostolus in ea, quam ad
 Ephesios scripsit. Vbi pro eo, quod nos legimus: Nolite con-
 tristare Spiritum sanctum Dei, in quo signati estis in die redem-
 ptionis: alia translatio habet: In quo signati estis in diem re-²⁴
 demptionis. Et sic est etiam in contextu Græco. Dies redem-
 ptionis est dies obitus, in quo homo à profundo miseriarum pe-
 lago extrahitur. Et sic in prædictis verbis dicit Sanctus Apo-
 stolus: Expectantes redemptionem corporis nostri. Atque vt
 in hunc diem parati simus diuinus spiritus nobis, suis coelestibus
 donis auxiliatur. Admonesque nos Sanctus Apostolus, ne il-
 lum contristemur, hortatur, vt diuinis ipsius fauoribus vtamur.
 Si enim tristitia posset affici, maximam ex eo acciperet, quia il-
 lis non vtimur. O quot hodie, quorum vtinam nullus hic ad-
 sit, hoc tempus, quod illis Dominus ad se præcingendos, ornand-
 osque concedit, vt ad hoc coeleste conuiuium mirificè exorna-

Philip. x
Rom. 8.

Ephes. 4.

- 25 **ti** ingrediantur, se exuendo, atque inficiendo, consumunt, & sic indigni redduntur, qui tanto bono fruuntur. Ideò meritò queritur David in Psalmo centesimo decimo octauo. Vbi pro eo, quod nos legimus: *Tempus faciendi Domine: dissipauerunt legem tuam, alij transtulerunt: Tempus faciendi Domino: dissipauerunt legem tuam: & sic est in context. Græco. Id est, quo tempore Deo, creatori q̄; suo seruire debebant, quod est tempus vitæ ad hoc præcipuè dedicatum, in eo dissipauerunt legem tuã.* O rem dignam sanguineis lachrymis lachrymatu: homines scilicet ad eò esse ingratos, sui que metipsorum inimicos, vt tempus faciendi Domino, ità consumant, ac si esset tempus faciendi diabolo, videlicet, in ludis, turpitudinibus, vltionibus, in diuitijs illicitè acquirendis, alijsque quam plurimis malis admittendis.
- 26 **O** infœlices quomodo non timetis, ne vos incautos mors occupet, æternisque tormentis, tam breues istas voluptates persoluatis? Apud B. Lucam adduxit Dominus parabolam diuitis vitam suam iuxta ipsius voluntatem noctu disponentem, atq; dicentem: *Anima mea habes multa bona posita in annos plurimos requiesce, comede, bibe, & epulare. Dixit autem illi Deus: Stulte hac nocte animam tuam repetunt à te: quæ autem paraasti, cuius erunt?* O rem dictu, atque auditu tremendam. Hic Dominus præsciti depinxit statum. Vbi præcipuè tria perpendi oportet. Primùm miserum hunc cum noctu in lecto recumberet, esse nudatum: in quo significatur, quàm expers pietatis, bonorũq; operum nudus existeret. Secundò, Dñm ei dicere: *Stulte hac nocte animã tuã repetunt à te, scilicet, Dæmones. De fidelibus Dei seruis dicit Diuinus Apostolus: Mortui enim estis, & vita vestra ab* *Colof. 3.*
- 27 **sc**ondita est cū Christo. Si in fœlix hic animam atq; vitam suam abscondisset in Christo: non vtiq; illam Dæmones raperent. At quia illam in se habere, illiusq; Dominus esse voluit, illam in eis, quæ ipsi libebat, consumens: ideò eam ab ipso Dæmones abstulerunt. Deus nos tanto malo liberet ò fratres. Vitas animasq; nostras in illas manus commēdemus quæ pro omnibus nobis crucifixæ sunt. Hic enim tutissimus est locus: illis nos spoliemus. Si enim in nobis fuerint, maximo periculo sunt expositæ. Quia diues ille hoc non fecit, idcirco illum Dominus stultum vocat: & iure quidem optimo. Tertiò notandum est verbum illud, hac nocte. In quo denotatur, plerunque qui male viuit,
- ma-

male mori, Hunc noctu mori significat obscuritatem conscientie, cum qua mortuus est. Quando quis domo sua noctu tenebrosus exit, pleraque obliuiscitur: nunc gladium, nunc calcaria, nunc sarcinulam, nunc denique galerum demittit. Sic illum nocte mori significat eum oblitum fuisse illorum, quæ ipsius pluris intererant, videlicet, quæ ad animæ salutem spectabant. Hæc adeo metuendam parabolam adduxit Dominus ad animaduersionem nostram: ideo fratres debitum ex illa fructum percipite.

Sint lumbi vestri præcincti: & lucernæ ardentes id manibus vestris. Et vos similes hominibus expectantibus Dominum suum, quando reuertatur à nuptijs: ut cum venerit, & pulsauerit, confestim aperiant ei. Et enim de his dicit: *Amen dico vobis quod faciet illos discumbere videlicet, in illa superna beatitudine. Et ministrabit illis.* Scilicet, quia ipse Dominus eorum cibus, atque saturitas erit: ipseque omni illorum desideria adimplebit, atque perficiet. Et hoc significat: *ministrabit illis.* Estque diligenter animaduertendum Dominum de ijs, qui sibi ita diligenter ministrant, bis dicere: *Beati sunt serui illi.* Grauis utique atque onerosa est corporalis seruitus, & qui eam non timeat, atque effugiat, est nemo. Nam qui ea tenetur libertate priuatur, quæ ab hominibus melior ducitur, ac plura, quam omnia æstimatur: quam etiam, & belluæ, ac volucres diligenter exquirunt. Est autem alia captiuitas, ac seruitus diuina, quam iusti expetunt, quæ nos potentes reges efficit. Ut enim Beatus Gregorius, inquit, seruire Deo regnare est. Vnde gloriosus Paulus non cessabat se Iesu Christi seruum appellare, Hoc erat omnium Epistolarum eius exordium: Paulus seruus Iesu Christi. Adeo, ut nonnulli, quia Epistola, quam scripsit ad Hebræos hoc exordio caret, illam Beati Pauli esse olim dubitarint. De hac sacra seruitute magnopere gloriabatur Dauid: ideoque illam sæpenumero repetebat: peculiariterque in Psalmo centesimo decimo quinto, ubi ait: *Ego seruus tuus, ego seruus tuus, & filius ancillæ tuæ.* De hoc etiam titulo nos maxime gloriari oportet. Qui ex ancilla nascitur, mācipium est. Et siquidē Ecclesiæ sanctæ filij sumus: quæ quidem est magni regis Iesu Christi ancilla, serui sumus ipsius. Ideo ex puro corde dicamus:

Psal. 115.

Ego

31 Ego seruus tuus, ego seruus tuus, & filius ancillæ tuæ. Hocque nos bis repetere oportet: corpore quippe, & anima illi seruire debemus. Sicque de nobis merito dicetur: Beati serui illi. Si enim Domino fideliter, diligenterque seruerimus gratiam ipse suam nobis conferet, quæ cœlestis gloriæ beatitudo comparatur. Ad quam nos perducatur Iesus Mariæ filius. Amen.

In eodem Communi Confes- forum non pontificum Con- cio Secunda.

1 *Sint lumbi vestri præcincti, & lucernæ ardentes in
manibus vestris, &c. LUC. 12.*



2 **V**NDE MEX IJS, quæ Christus Redemptor noster in sacro Euangelio nos sæpius admonuit, hoc fuit, ne dormiremus, sed intentis animis vigileremus. Vnde colligitur vnum, quod nostra præ cæteris omnibus interest, hoc esse: cum idē toties, tot verbis, tamque efficaciter nobis clemētissimus, nostrique amantissimus Dominus commendarit. Beatus Ioannes dicit: In hoc apparuit filius Dei, vt dissoluat opera Diaboli. Cumque vnum ex ijs, quæ Diabolus expetit, sit nos profundo peccatorum somno soporare: satis aperte colligitur filij Dei munus esse nos ab hoc lethali somno excitare. Et de vigilantibus dicit Dominus in hac hodierna Sancti Euangelij lectione. *Beati serui illi, quos cum venerit Dominus, inuenerit vigilantes. Illis quippe nuptialis veniet. Scitote fratres hoc nimis gloriosum esse promissam.* Loquens Dominus cum discipulis suis, de metuendis signis, quæ in mundo aduentum ipsius ad iudicium vniuersale præuentura sunt, deque ingentibus infortunijs, atque laboribus quibus, tunc homines grauabuntur dixit eis, & in illis omnibus iustis: *His autem fieri incipientibus respicite, & leuate capita vestra: quoniam appropinquat redemptio vestra. Quasi diceret: Illa signa tam terribilia*

I. Ioan. 3.

LUC. 21.

Simile.

lia malis, erunt vobis magna lætitiæ . Et quemadmodum qui in mundinis deambulant, maxime delectantur de officina in officinam diuagantes, vt pretiosissima quæq; perspiciant : sic vos gaudebitis cometas illos, fulgura, atq; tonitrua contemplantes, & maris fremitus, quadrupedum gemitus, atq; auium clamores audientes. O beatos iustos, quibus tantæ calamitatis tēpore, & cum vniuersus mundus terroribus inauditis est quatiendus, tranquillitas, & consolatio promittitur. Merito B. Paulus ait: Pax Dei, quæ exuperat omnem sensum custodiat corda vestra, & intelligentias vestras in Christo Iesu . O miram benedictionem. Securitas illa (inquit sanctus Apostolus) quam Deus animæ cōfert, quæ eum non nouit offendere, quæ exuperat omnem sensum, hoc est quæ non solum verbis nequit explicari, verum ne mente quidem comprehendi potest : sed tantummodo illa fruentes eam valent intelligere, hæc per merita Iesu Christi vos ab omni malo custodiat. Nec vero mirum est, nunc iustorum corda esse pacifica, atq; tranquilla, siquidem tantæ afflictionis tempore tantam eis Dominus tranquillitatem pollicetur. In libro Iob ipse Dominus iusto promittit: Non timebis calamitatem, cum venerit. In vastitate & fame ridebis, & bestias terræ non formidabis . Sed cum lapidibus regionum pactum tuum, & bestia terræ pacificæ erunt sibi: & scies, quòd pacem habeat tabernaculum tuum. O benedictus sit talis Deus, qui suos tam sollicitus protegit: cum pactum pepigerit cum omnibus creaturis, vsque etiam cum lapidibus, nequis possit pacem, ac tranquillitatem ab eorum animis auferre . Quod non solum nunc facit, sed etiam dicit, se cum cœlis, ac terræ motibus, cæterisq; calamitatibus, quæ vniuerso mundo superuenturæ sunt in ultimo illo, atq; tremendo tempore esse facturū, ne amicos suos lædant, siue deterreant. Dicēt tunc impij iustis: Cur tot tribulationes videntes non timetis, cum maria montes attingant? Qui maxima cum exultatione respōdebunt: Deus noster refugium, & virtus. Propterea non timebimus, cum turbabitur terra: & transferentur montes in cor maris. O quam ad litteram illic implebitur illud Apostoli dicentis: Diligentibus Deum omnia cooperantur in bonum: Siquidem in tam metuendis periculis eis Dominus dicit: Respicite, & leuate capita vestra; quoniam appropinquat redemptio vestra. Ex quo apparet, Dominum

*Philip. 4.**Iob. 5.**Rom. 8.*

minum

- 6 minitim hic eos alloqui, qui hic tribulati, ac dimisso capite vixerunt: vereque, & ex animo diuini amoris sanctæque ipsius legis captiui fuerunt: cum eis dicat: Respicite, & leuate capita vestra: appropinquat redemptio vestra. Tanti boni spe fulciebat Diuus Petrus peccatores ad agenda pœnitentiam dicens: Pœnitementi igitur, & conuertimini, vt deleantur peccata vestra, vt cum venerint tempora refrigerij à conspectu Domini, & miserit eum, qui prædicatus est vobis, Iesum Christum, supple, cum alijs iustis vos etiam refrigerium capiat. Perpendite quæso fratres quod nomen gloriosus Apostolorum princeps riguroso, atque tremendo vniuersalis iudicij tempore imponit. Tempora (inquit) refrigerij. Eo autem quod hoc tantum, tamque efficax est ad peccatores commouendos, vt pœnitentiam agant, idem summus sæculi magister sæpenumero, ac diuersis rationibus nos voluit admonere, sicut apparet in hac sacri Euangelij lectione, vbi dicit, se bonis nuptiali aspectu esse venturum. Optime nostis multum interesse inter illius exceptionem, qui à nuptijs reuertitur, à quibus homines hilares, atque contenti redire, & cum gaudio aliqua faceta, quæ illic dicta sunt, recensere, & reliquias conuiuiorum (*de las colaciones*) quæ in nuptijs facta sunt, afferre consuecunt, quibus amicos, atque domesticos suos inuitant, atque inter illius exceptionem, qui vt iudex atque inquisitor aduenit, cum illius exceptor & hospes sit ipse delinquens, qui iudicis liberos occidit, vxorem furripuit, ac diuitias igne succendit. Idem equidem interest inter iustos, atq; peccatores. Etenim iusti supernum sponsum Iesum Christum, quasi à nuptijs venientem eos consolaturum, & gloria inuitaturum suscipiunt: quem sanctis operibus, desiderijq; vigilâtes expectât. Et ideo ait Dominus: & vos similes hominibus expectantibus Dominum suum, quando reuertatur à nuptijs. Peccatores autem illum tanquam iudicem atq; inquisitorẽ seuerum in eos venientem, peccata, quæ aduersus diuinam ipsius maiestatem admiserunt, puniturum recipient. O infelix peccator, qui tuo impio exemplo proximos tuos huius superni iudicis filios occidisti, eiusque sponsam animam tuam ei subtraxisti, ac diabolis tradidisti: ipsius diuitias, quæ sunt cœlestia dona quæ suscepisti in sacro baptisate, atq; in alijs diuinis
- sacra

sacramentis, malitiæ tuæ igne cremasti. Qui igitur tibi acci- 9
det, cum ipsemet has tantas iniurias iudicaturus adue-
nerit.

Bernard.

Quod si quis quærat: Quid faciemus, vt Angelorum Do-
minus ad nos nuptialis adueniat? Ad hoc ipse Dominus respõ-
det dicens: *Sint lumbi vestri præcincti, & lucerna ardentes in mani-
bus vestris.* Beatus Bernardus in libro complurium sententiarum,
tria cingula assignat, quibus eos præcingi oportet, qui hoc præ-
ceptum cupiunt adimplere. Primum est, zona pellicea, quæ per
illam fuit obumbrata, qua cingebatur Elias, & Beatus Ioannes
Baptista, quæ est corporeæ mortis recordatio. De Elia dicitur
in quarto Regum volumine: *Zona pellicea accinctus renibus.* Et
de glorioso baptista dicit Diuus Marcus: *Zona pellicea circa lū-
bos eius.* In hoc figuratum est, ad hoc, vt quis diuini honoris ze- 10
lator, bonusq; prædicator existat, oportere illum mortis recor-
dationem præ oculis semper habere. O quam optimum cingu-
lum, nullus illud vendit in orbe. Ex cælo descendere, in Dei of-
ficina emi debet. Nam, vt Beatus Iacobus inquit, *Omne datum
optimum, & omne donum perfectum de sursum est descendens
à patre luminum.* Eo quod hoc cingulum tam excellens sit, dicit
diuinus spiritus: *Melius est ire ad domum luctus, quam ad do-
mum conuiuij: in illa enim finis cunctorum admonetur homi-
num, & viuens cogitat quid futurum sit. Vbi alia translatio habet:
& viuens cogitat quid futurus sit. Et Hebraicè legitur: & viuens
dabit ad cor suum.* In hac translationū varietate significatur ani-
ma duersio, & visio, atque intuitus mortis proximi, qui cū locuti
conuersatiq; fuimus, multum conducere ad hoc, vt assiduo cogite- 11
mus crebraq; animi consideratione contemplemur, quid nobis
post obitum futurum sit. O quam apte hæc zona hominem cin-
git: & quantumcunq; dissolutus incedat, eum coercet, atq; à
quamplurimis malis reuocat. Cum Sanctus Elias in monte Oreb
moraretur, spiritus grandis, & fortis subuertens montes, & con-
terens petras iuxta illum præterijt: & post spiritum commotio,
& post commotionem ignis. Et ab his omnibus, videlicet ab
spiritu, commotione atque igne fuit ereptus, & hæc omnia eua-
sit, quia in spelunca latebat. Vbi mysteriose significatum est tri-
bus præcipuis malis quæ in orbe grassantur, de quibus dixit B.
Ioã. *Omne, quod est in mûdo cõcupiscẽtia carnis est & cõcupi-
scentia*

4. Reg. 1.
Marc. 1.

Iaco. 1.

Eccle. 7.

3. Reg. 19.

1. Ioã. 2.

12 scientia oculorum, & superbia vitæ, hominem facile liberari, si in spelunca, quæ est viva quedam recordatio, & consideratio mortis, includatur. Ventus euerrens montes, & conterens petras est superbia. Turbo mundum reuoluens est cupiditas. Ignis autem cuncta comburens est luxuria. Vis o homo ista incolumis eua dere? In hac spelunca quandiu poteris, delitescere. Diuinus enim spiritus ait: Memorare nouissima tua, & in æternum non peccabis. Secundum cingulum est lineum, de quo dixit Deus loquens de Aaron: Accingetur zona lineæ. Vbi significatum est ad gratum Deo sacrificium offerendum, conuenientissimum esse quæquam hac pretiosa castitatis zona esse succinctum. Quod cingulum etiam in cœlesti Dei officina lachrymis, humiliq; atque assidua oratione venditur. Et enim supernum est etiam donum.

17 Dei. Nolo dicere hanc duplicem zonam ita Dei donum esse, ut ea penitus a diuina ipsius maiestate sperare debeamus, solummodo illam postulando: nam simul complures diligentias ad illam impetrandam nos oportet adhibere. Tertia zona est aurea, de qua Diuus Ioannes ait: Vidi similem filio hominis præcinctum ad mamillas zona aurea. Hæc zona est charitas. Atque in illa mirabili visione significatum est, eum qui filius Dei adoptiuus esse vult, cœlestisq; beatitudinis hæreditatem, conatur accipere charitatis cingulo viscera præcincta habere debere. Quæ zona in cœlesti etiã officina reperitur. Et ita dicit Beatus Paulus: Charitas Dei diffusa est in cordibus nostris per Spiritum sanctum qui datus est nobis. Beatus Gregorius vnum tantum cingulum assignat, dicens: Lumbos enim præcingimus, cum carnis luxuriam per continentiam coarctamus. Nec verò sufficit continentie cingulo, corporis, sed etiam mentis lumbos præcingi oportet. Et ita nos admonet Diuus Petrus dicens: Succincti lumbos mentis vestræ sobrii, perfecti sperate in eam, quæ offertur vobis gratiam in reuelationem Iesu Christi, hoc est, in aduentum eius. Mentis lumbos succingi est, turpes cogitationes extinguere: quò sic rã turpi, atque nocuo luxuriæ vitio liberemur. De qua dicit Osee Propheta: Fornicatio, & vinum, & ebrietas auferunt cor. Quæ verba Diuus Hieronymus sic ordinat: Sicut vinum, & ebrietas mentem impotentem facit illius, qui bibit: ita fornicatio, atque voluptas peruertit sensum, animamque debilitat, & de rationali homine brutum efficit animal. Et pro ebrietas, He-

Ecclesi. 7. 27

Leuit. 16. 4

Spec. 1.

Rom. 5.

Grigor. in

hæc. sup. hoc

Euangeliæ.

1. Petri. 1.

Osee. 4.

Hiero.

braicè legitur: Mustum. Ita, videlicet: fornicatio, & vinum, & mustum auferunt cor. At noster interpret effectum pro causa trāstulit, quod est mirum elationis genus. Mustum quippe efficacius est ad inebriandum, quam vinum. Multo autem magis inebriat fornicatio, siquidem inebriat sicut vinum, & mustum.

Psal. 39.
Psal. 84.

D. Tho. 2. 2.
q. 15. arti. 3.

Et quia hoc vitium auferit cor, ideo dixit David: Cor meū dereliquit me. Et alibi: Loquetur (inquit) pacem super sanctos suos, & in eos, qui cōuertuntur ad cor. Non solum autem hoc vitium auferit cor, sed, vt etiam probat B. Thomas: illo hominis actio debilitatur circa intelligibilia. Et non solum hoc efficit: sed naturā etiam corrumpit, viresq; eneruat. Vnde vna ex rationibus, quæ assignari consueſcunt, cur patres illi pristinis quondam temporibus tandiū vixerint, est, quia non erāt effrenati ad libidinem. Et idcirco quauis cum Salomon obiit, nō plurium quam quin¹⁶ quaginta vnus annorum esset, multo tamen antea illū diuinæ literæ senem appellarunt: vt patet in tertio regum volumine quia ante tēpus sensuali turpitudine fuit consumptus & senuit.

3. Reg. 11.

Ambr. sup.
Psal.

Non modo nos admonet dominus, vt sint lūbi nostri præcincti, sed etiā addit: *Et lucerna ardentes in manibus vestris.* B. Ambrosius super psalmum centesimum decimum octauum, hunc locum explicans dicit: Quia multæ sunt tenebræ, multæ sunt lucernæ necessariæ. Idest, siquidem complures sunt scelerum nostrorum tenebræ, oportet nos multas luces, idest, multas virtutes exquirere, vt tenebras expellamus. Ad singulis vitijs resistēdum singulis virtutibus opus est. Castitate siquidem ab animis vestris facile luxuriæ, non autem superbiæ tenebras, aut furoris caliginem expelletis: humilitatis lucerna superbiæ quidem, nō¹⁷ vero luxuriæ tenebras potestis eijcere. Nonnulli virtutum, bonorumq; operum lucernas non in manibus quidem, sed in pedibus habēt: & hi sunt, qui bonis propositis repleti cum sint, nunquam ea opere complent. In prouerbijs ait diuinus spiritus: Mulierem fortem quis inueniet? Ecqua Domine mulierem istam fortitudine pollere oportet? Statim ipse respondit dicens: Manum suam misit ad fortia, & digiti eius apprehenderunt fuscum, O rem mirabilem. In hoc Domine fortitudinem sitam esse ducis? Si diceret: Accepto gladio tigres, leones, siue gigantes occidit, merito equidem illam fortem appellare videretis: at quia manum suam misit ad fortia & digiti eius apprehende-

Prou. 31.

runt

18 runt fufum? Vtiq; , in hoc enim vera fortitudo confiftit, in hoc, videlicet, quòd homo paffiones fufas fuperet & actualiter fanctis exercitationibus intendat, non còntentus bonis defiderijs, atq;ue propofitis: qui in fufo quod elaboratũ eſt reponitur. Alij lucernas, verũ mortuas, præ manibus habent. Et hi funt qui, licet bene operentur, à malo tamen non recedunt, & fic bona opera ſceleribus oblinũt. Quãuis mille virtutes habeas, ſi cũ eis vnũ habeas lethale peccatum, hoc vnum ſufficiet te in infernum de-
 trudere. In Eccleſiaſtico dicitur: Vnus ædificās, & vnus deſtruēs *Eccleſ. 34.* quid prodeſt illis, niſi labor? Si autem ipſe conſtruens deſtruit, quid inde eliciet? Quapropter fratres, accenſas lucernas in gratia, & diuino amore habere curate. Nec vero contenti ſitis, lucernas retrorſum relinquere, multa in teſtamenti legantes, vt ea
 19 poſt obitum veſtrum hæredes exequantur, cum eas ante vos de-
 ferre poſſitis. Si enim tũ ò frater crudelis es in te, quomodo ſperas hæredes tuos maiori in te miſericordia eſſe vſuros, quam tumet ipſe dũ lucis vſu fruueris in te ipſum vſus es? O ſtulte ſtulte quantopere deciperis. Vt has lucernas manibus accenſas haberetis fratres dilectiſſimi, velleim vos cogitatione contem-
 plari viam procliuem gelu plenam, per quam quiſquam tenebroſus ac ſine luce graditur, quem furibundus miles nuda-
 to enſe perſequitur cupiens cum illo cònfodere. Simulq;ue animo contem-
 plamini in illius cliui termino profundiffimam quãdam eſſe paludem ſerpentibus plenam in quam incidere atque perire valde pertimeſcit. Dicite fratres, quali animo in tanto per-
 20 riculo ſiſteret? Sola vtique huius periculi còſideratio ingen-
 tem affert ſtuporem. Quid autem faceret homo in tanto periculo, atque afflictione còſtitutus? Credite mihi fratres, hæc, & alia multo maiora discrimina funt in humana vita. Quamobrem dici poteſt in infelicibus filijs Adam maledictio-
 nem, quam Dauid perſecutoribus ſuis iaciebat, ſeu potius pro-
 phetiam, quam de illis prædicebat adimpleri. Fiant (inquit) *Pſalm. 34.* viæ illorum tenebræ, & lubricum, & Angelus Domini perſequens eos. Ecquid aliud eſt hæc humana vita, niſi labilis cliuus compluribus peccandi, & corruendi occaſionibus repletus, atque ignorantijs obtenebratus, per quẽ fortiſſimus, expertiſſimusq; miles diabolus hominem gradiẽtem furibundus inſequitur? In cuius periculoſe viæ termino eſt terribilis in-

Rom. 5.

ferri lacus, in quē omnes ab hoc metuendo hoste percussi ac vi-
eti prolabantur, sicut affirmat Beatus Apostolus, dicens: Stipen-
dia peccati mors. O quam digna sunt hæc, quæ ingenti pauore
timeantur. O quomodo si hæc attente consideraremus, tam hor-
ribili discrimini expositi lachrymis perfunderemur, hæcque lu-
cernas accensas manu gerere curaremus: vt siquidē via, qua ten-
dimus, labilis est, non esset tenebrosa, & sic tanto periculo libe-
raremur. Hæc duo hic adhibuit Dominus, quibus nos voluit ex-
hortari, vt intentis animis vigilemus. nec peccati somno indul-
geamus. Qui enim præcinctus est, non potest dormire: se namq;
nimis astrictum esse, non facile patitur. Præcipueq; si iuxta hu-
ius infœlicissimæ tempestatis consuetudinem præcinctus sit,
cū homines adeo arcti, rigidiq; zonaque ac ligulis tam per-
stricti incedunt, vt crepare velle videantur. Quæ omnia vanita- 22
te commoti libentissime perferunt. Sunt utique Martyres dia-
boli. Et qui facem accensam manu tenens stat, non potest bene
dormire, quia illius fulgore perturbatur. Sic qui spiritaliter præ-
cincti sunt, hæcque lucernas, de quibus lucusque sermonem fec-
imus accensas manibus, tenent, facile culpæ somno liberan-
tur, & in Dei ministerio, diligenter inuigilant.

Additque ulterius Dominus dicens: *Et vos similes hominibus expe-*
ctantibus Dominum suum quando reuertatur à nuptijs. Qui sic expe-
ctant, de Domino suo loquuntur, quomodo veniet, & eis aliquid
de nuptijs afferet. Hos oportet esse sermones nostros, quibus, si
fideles ipsius serui essemus, ardentissimo illius videndi, eiusque
societate fruendi desiderio inflammaremur. Tales erant illi, qui
bus dicebat Beatus Iacobus in sua Canonica: Patientes estote 23
fratres vsque ad aduentum Domini, & confirmate corda vestra,
quoniam aduentus Domini appropinquabit. O mirum seruo-
rum Dei amorem: quo adeo illius videndi cupiditate torquebā-
tur, vt oporteret eos ad patientiam concitari. Et ideo bis repetit
sanctus Apostolus verba illa: Patientes estote.

Beati sunt serui illi, quos cū venerit Dñs, inuenerit vigilantes. Amen di-
ce nobis, quod præcinget se, & faciet illos discurrere, & transiens ministra-
bit illis. In his breuibus verbis supernus magister ineffabilem
beatorum gloriam comprehendit. Ecquæ maior gloria excogi-
tari poterit, quam rerum omnium creatorem, ac Dominum, in
cuius conspectu cunctæ, & eorum potestates consternuntur, ac
cingi,

24 cingi, atque disponi, sicque succinctum, ac rebus omnibus expeditum eis ministrare? Quæ fuit Rex Assuerus ab Aman familiarissimo suo: Quid debet fieri viro, quem Rex honorare desiderat? Quanuis Aman elatissimus erat, seque illum, quem Rex vellet honorare, esse putabat: & quanuis multa recensuit, quibus ille deberet honorari, nunquam tamen tantum hoc honoris genus optare, neque inter ea, quæ Regi respondit, annumerare ausus est. Etenim elatum eius cor & superba mens tantum hunc honorem nequiuit apprehendere. Et siquidem in cœlis non sunt materiales mensæ, nec conuiuia, aut corporei cibi, dico cœlestē Saluatorem hoc loquendi modo summum honoris, dignitatisque gradum omnibus penitus inaccessibleem, & inex cogitabilem significare voluisse. Sicuti magno Rex afficeret honore seruum, cui ad mensam sedenti ipse ministraret: quanto igitur maioris amplitudinis erit iustus, Deum infinitæ maiestatis ipsis vilissimis terræ vermiculis deseruire, omnibus, scilicet, eorum desiderijs satisfaciendo? De manna dicitur in libro Sapientix: Panem de cœlo præstitisti illis, sine labore omne delectamentum in se habentem, & omnis saporis suauitatem. At non cunctos simul sapores habebat, nec cunctos illud comedens sentiebat, sed nunc vnum, & postea alterum, sicut ipsa libebat. Verùm diuinus hic cibus cunctos simul sapores, ac suauitates illum comedentibus confert: vnde omnium desideriorum satisfactio, tranquillitasque dimanat. Tantò maior est quædam voluptas, quanto plures sensus simul oblectat. Vnde cum quis solenne conuiuium conatur instruere cuncta, quæ cunctis sensibus delectabilia esse consuescunt, curat adiungere, quales sunt optimi, suauissimi que cibi qui gustui, palatoque magnam afferunt voluptatem: conuiuiumque in amœno, vmbrosoque vireto rosis, ac varijs floribus exornato præparat, vt visus oblectetur: locumque pretiosis odoribus, atque aromatibus suffit, quibus odoratus maximè gaudet. Suauissimum concentum, qui aures oblectet, accersit: amicosque conuocat, qui cōuersationis suæ dulcedine conuixarum animos recreent: ita, vt nullus sensus, nulla animi potentia voluptatis expertis maneat. Ex hoc quodammodo cœlestis conuiuij excellentia, miraque voluptas conijci potest: in quo nullus prorsus sensus, nullaque potentia sine maxima suauitate remanebit. Hoc autem non ad horam quidem, sicut ac-

Hester. 6.

Sap. 16.

Psal. 126.

cidit in terrestribus conuiujs, sed ad innumeras, atque infinitas²⁷ sæculorum ætates. Nonne fratres mei tanti boni spe gaudētibus animis exultatis? Hæc nos foelicitas manet: hæc nobis gloria reſeruata est: citò illam videbimus: citò ea fruemur: citò ab hac miſera vita exhibimus, quã nobis Dominus conceſſit, vt aſſiduis virtutum exercitationibus maiorem gloriæ coronã adipiſcamur. Hæc aſſiduo cõttemplamini, hæc crebra animi cõtemplatione cogitate, hæc noctu, die quæ reuoluite: cor enim vehemētiffimè fulciunt. Vnde poſtquã Dauid dixit: Cùm dederit dilectis ſuis ſomnũ, ecce hæreditas Domini filij merces fruētus ventris: paulò inferiùs ſubdidit: Beatus vir, qui impleuit deſiderium ſuum ex ipſis: non cõfundetur, cum loquetur inimicis ſuis in porta. Id eſt, in illo arctiſſimo oſtio, quo ab hac vita exeuntes in alteram ingredi mur, quæ eſt mors, vbi furibundæ belluę varijs tentatio-²⁸ nibus nos cõcuſſuræ, & ſi poſſint, deuoraturæ expectant: tunc vtique non confundetur, qui hoc pretioſo licore cordis ſui deſiderium in hoc ſæculo impleuerit. Harum quippe rerum aſſidua cõſideratio animum corroboret, quò victor euadat.

Iſai. 46.

Et quia ſæpenumerò hominibus accidit adoleſcentiam, & aliquando potiorem vitæ partem in ſomno tranſire, ne tales deſperant, dicit eis clementiſſimus Dominus: *Et ſi venerit in ſecunda vigilia, & ſi in tertia vigilia venerit, & ita inuenerit, beati ſunt ſerui illi.* Quafi dicat: Multos, quos in iuuentute vigilantes inueni, in illa ætate ad conuiuia æterna perduxi. Et quanuis vos ætatem iſtã, & maiorem vitæ partem dormiendo tranſegiftis, nunc tamẽ veram agentes pœnitentiam vigilate, gloriãque ſicut & illi conſequemini. Nam vſque ad ſenectam ego ipſe, & vſque ad canos²⁹ ego portabo. Ego feci, & ego feram: ego portabo, & ſaluabo, ait ipſe Dominus. Omiferos illos, qui ne canis quidem onuſti, cùm Deus ad hoc illos expectauerit, ad eum conuerti volunt. Per has tres vigilias triplicem ætatem pueritiæ, ſcilicet, iuuentutis, & ſenectutis Dominus deſignauit. Et in qualibet iſtarum Dominus hominem vigilantem inuenerit, licet in alijs dormierit, beatus erit.

Statimque addit. *Hoc autem ſcitote, quoniam ſi ſciret pater familias quã hora fur veniret, vigilaret vtique, & non ſineret perſodi domũ ſuã.* Hoc exemplum cœleſtis magiſter ad cõfuſionem noſtram adduxit cùm ad temporalia damna fugienda tam ſoliciti, ad ſpiri-
talia

30 *alia verò detrimenta cuitanda tam pigri simūs. Magnæ confu-*
ffionis est nos tantopere quatuor drachmas custodire, in diuitijs
autem animæ seruâdis pigerrimos esse. Et quia clementissimus
hic Pater ignauiam nostram agnouit, ideò iterum nos admonet
dicens: Ideo & Vos estete parati, quia qua hora non putatis, filius hominis
ueniet. O benedictus talis Deus quam manifestè in hoc quanto-
perè bonum nostrum exoptet, ostendit, qui nos toties hortatur,
non vult nos incautos occupare. Hac igitur superna clementia
vtamur, nūc nos opportune præparemus: quò diuina gratia locu
pletatos nos Dñs inueniēs, secū in cęlestē gloriā perducatur. Amē

In eodem Communi Cōfessio-
 forum non pontificum, & maximè
 pro Diuo Antonio Abbate
 Concio Tertia:

Sint lumbi vestri praeincti, & lucernæ ardentes in
manibus vestris, &c. LUC. 12.



DVO in hodierna sancti Euangelij lectione conti-
 nentur. Alterū, certitudo infallibilis aduētus filij
 Dei in vniuersale & particulare iudiciū : alterū
 verò, quid ad illū excipiendū nos facere oportet.
 Statuēs Deus ad hominū salutē in mūdū ho-
 mo factus venire, aduentū suū in carne humana per sanctos Pro-
 phetas sæpe promisit, nūquā tamē certū diē, in quo vēturus es-
 set, explicuit. Etenim ipsius aduentū hominibus reuelari opus
 fuit, ne desperarēt intelligētes quā impossibilis sibi erat cōpa-
 ratu cęlestis beatitudo, ad quā possidendā cōditi fuerāt. At si eis
 peculiariter declararet tēpus, ac locū, vbi hoc esset faciendū illis
 noceret. Nā filius Dei nō solū venit in mundū, vt nos redimeret
 sed vt etiā erudiret: sicut in multis sacre pagine locis promissum
 erat. Præcipuè verò apud Isaiā Prophetā, vbi dicitur: Erunt ocu-
 li tui videntes præceptorē tuū: & aures tuæ audient verbū post
 tergum monentis. Hæc est via, ambulate in ea, & nō declinetis,
 neque ad dexteram, neque ad sinistram. Cum quæ cœlestem viā
 tam verbis, quā operibus nos esset eruditurus, oportebat eum

Isai. 30.

labores, paupertatem, ac denique mortem acerbissimam summa illa, qua passus est, patientia, atque animi æquitate tolerare. 3
 Quod si mundus certo sciret quando, & vbi esset appariturus: ecquis eum in stabulo nasci sineret? Ecquis eum affligi, ac mori pateretur? Neque verò ipse diabolus cum eo certamen auderet inire, sed diceret: Quid Domine? tua tanta maiestas cum pusillitate mea contendere vult? Iam iustus tuos expertus sum, nolo amplius confundi. Ideo voluit Dominus ortus sui horam, operire, sicut sancta mater ecclesia concinit, dicens: Ars vt artem falleret. Quemadmodum igitur prioris aduentus illa duntaxat explicuit, quæ necessaria, atque vtilia erant, quod autem officere posse cognouit, abscondit, sic loquens de posteriori illud tantum reuelauit, quod nobis nouit expedire, videlicet, ipsius aduentus infallibilem certitudinem. At certum tempus non explicuit, sciens illud nobis esse nociturum: quippe qui vltimam (quæ nostra est ignauia) horam expectaremus, reliquum verò temporis perperam degeremus, & in postremam horam totius vitæ poenitentiam differremus. Vnde Beatus Augustinus: Hæc inquit, est ratio, quare voluit Deus, vt diem vltimum ignoraremus, vt ab omnibus caueremus. Si domum ingrediens nosse vnum ex illius habitatoribus tibi mortem esse illaturum, quem tamen ignorares, necessario tibi ab omnibus esset cauendum. Contemplare igitur, o frater, domum esse hoc sæculum, cuius habitatores sunt dies, ac noctes: quorum aliquis tibi vitam ablaturus est, mortem, scilicet, tibi offerens. Etenim aliqua diem oportet illucescere, in quo ad noctem non peruenies: seu aliqua nox est aduentura, in qua vsque ad auroram non viuas. Siquidem ergo quisnam sit, prorsus ignoras, ab omnibus pariter te cauere oportet, & in omnibus cautum ac præparatum viuere. Hoc ad literam significat quod Dominus dixit apud Beatum Mattheum: Vigilate, inquit, quia nescitis diem, neque horam. Quod perinde est, ac si diceret: Cum diem certum ignoretis, quotidie vigilate. Et si quidem horam nescitis, omnibus horis intentis animis estote parati. Quid enim tibi prodesset, diu vigilasse, si tamē adueniens Dominus te dormientem inueniret? Ecquid profuit Sauli, ac Iudæ aliquando vigilasse, cum vigilare cessantes mortis tempore fuerint soporati? Ideo nos in omnibus horis oportet vigilare. 4

Hymnus.

*August.
Simile.*

Matth. 25.

Illam

- 6 Illam etiam horam à nobis vult Dominus ignerari, vt maioris meriti nobis occasionem præbeat. Etenim cum homo in extrema vitæ suæ hora consistens, illum sibi esse supremum tempus ignoret, patetque se diutiùs esse victurum, tunc firmiter proponit, se in residuo vitæ creatori, Dominoq; suo feruentissimè seruituram. Quod propositum homini in gratia persistenti ingentis est meriti. Sciens autem se in illa hora esse moriturum, illud minimum proponeret, non enim opus esset. O infinitam Dei probitatem, qui quenquam incerta quadam hora moriturum esse decreuit, non vultq; illum illius horæ conscium esse, quò tempus, quod se victurum esse putabat, ei offerens multum gratiæ mereatur. Animaduertite quomodo Pater misericordiarum rationes exquirat, quibus se se à nobis decipi patiatur. Quod autem nos
- 7 facere oportet, in exordio sancti Euangelij Dominus docet his verbis: *Sint lumbi vestri præcincti, &c.* Quèquam lumbos accingere est, se rebus omnibus expedire, vt vniuersa diligenter efficiat. Vnde Eliseus Propheta puero suo Giezi dixit: Accinge lumbos tuos, & tolle baculum meum in mana tua & vade. Hoc est, fac, vt expeditus sis ad opus, quod tibi præcipio. Ita hic Dominus præcipiens nos accingi, monet, vt offendicula cuncta, peccata, & occasiones enitemus: quò ad illa omnia, quæ ad diuinæ ipsius maiestatis ministerium pertinent, exequenda promptissimi simus. Etenim sicut vestes oblongæ, atque dimissæ quodlibet opus corporale impediunt: sic etiam affectiones atque curæ oblongæ, neq; astrictæ spirituales exercitationes impediunt. Ideòq; nos oportet illas ab humo leuare, fortitudinisq; cingulo accingi, ne nobis
- 8 impedimento sint: sicuti fecit sancta illa anima, de qua dicitur in Prouerbijs: Accinxit fortitudine lumbos suos, & roborauit brachiū suū. Gustauit, & vidit, quia bona est negotiatio eius: nō extinguet in nocte lucerna ei⁹. Ex ijs verbis apparèt comoda, quæ homini ex eo qd cingitur, proficiscuntur. Inde enim in sanctis exercitationibus virtus, & corroboratio prouenit. Inde dimanat, qd illis oblectatur, & ex earum delectatione gustuq; perseverantia exoritur, ita vt eam mors tenebrosam nō occupet. O. Paulus inquit: Flecto genua mea ad patrē Dñi nostri Iesu Christi, vt det vobis secundū diuitias gloriæ suæ virtutē corroborari per spiritū eius in interiori homine. Vbi alij trāstulerūt, vt det vobis secundū diuitias gloriæ suæ virtute corroborari per spiritū eius interiorē hominem.

4. Reg. 4.

Simile

Prouc. 31.

Ephes. 3.

minem . Et sic est in contex. Græco, & ita legit etiã B. Hiero. In qua translationum varietate significatur virtutem esse instrumentum, quo diuinus spiritus animum fulcit, atq; corroborat: quo vniuersa impedimenta diligenter abstrahat, diuinoq; ipsius ministerio intendat. Idcirco sanctum Apostolum imitantes idẽ humiliter efflagitare debemus. Verum, proh dolor, quam pauci se accingũt, & expediunt, vt per sancta exercitia currãt, & quot per vitia velociter decurrunt: sicut Dominus per Prophetã cõqueritur. Vbi pro eo, quod nos legimus: Veruntamen pretium meum cogitauerunt repellere, cucurri in siti, ore suo benedicebant, & corde suo maledicebant: alia translatio habet. Cucurrerunt in siti. Idest, præ nimia siti, qua mali vniuersum virtutis genus à se expellere exardebant (quod est pretium, quo cœlestis beatitudo emitur) per vitia diligentissime cucurrerunt. 10
 Per viscera misericordiẽ Dei nostri vos deprecor fratres dilectissimi, vt iam per tantæ maiestatis offensiones currere cessetis, & præcincti cœlestium præceptorum viam curratis. Sint lumbi vestri præcincti. Sunt etiam & animæ sui lumbi intellectus, videlicet, atq; voluntas, quos etiam cingi oportet. Si enim intellectum dissolutum dimiseritis, mille insanias contemplabitur, & in complures errores prolabetur, in quos ne corruat illum fidei zona succingite, atq; perstringite, sicuti nos admonet D. Paulus dicens: In captiuitatem redigentes omnem intellectum in obsequium Christi. Hoc tantũ est sacrificij genus, vt de illo ipse Apostolus dicat: Si æmulo supra sacrificium, & obsequium fidei vestræ: gaudeo, & gratulor omnibus vobis. Admirabilis est hæc elatio fidei Philippensium, cum tam sanctus Apostolus illis gaudeat inuidere, illisq; tanto opere gratuletur. Vbi notãdum est, dictionẽ illam, & declaratiuam esse posse: ita vt sit sensus. Si æmulo supra sacrificiũ, idest, obsequiũ fidei vestræ, gaudeo. O infœlice hæreticos, qui quia hoc cingulo intellectus suos cingere noluerũt, in tot errores, ac mala corruerunt. Negãt se sacrorũ conciliorũ decretis astringi debere, nec summorum Pontificũ, sanctorumq; doctorũ sententijs gubernari teneri. Sicq; intellectus liberos dimittẽtes singuli singulas errorũ vias, quaslibet amplectuntur. Deus nos (quæ ipsius est infinita clemẽtia) tãto malo liberet. Maxime etiã nos oportet intellectũ nõ fide solũ, sed sanctis etiã cõsiderationibus præcingere. Sic faciebat Dauid, q
 dice-

Psal. 61.

2. Cor. 12.

Philip. 2.

Psal. 142.

12 dicebat in Psalmo: Memor fui dierū antiquorū, meditatus sum
 in omnibus operibus tuis, & in factis manuū tuarū meditabar.
 Ecquid autē vtilitatis inde tulisti Rex sanāte? Expādi (inquit) ma-
 nus meas ad te, anima mea sicut terra sine aqua tibi: Velociter ex-
 audi me Dñe Deus meus, &c. Ex eo q̄ viri sanāte trāfactam vi-
 tam, percepta q̄; à Deo beneficia, at q̄; alia mirabilia ipsius opera
 fuit contēplatus, animę suę necessitates, defectus q̄; cognouit, at
 q̄; illorū remediū postulauit. Ecce quā necessariū sit intellectu
 sanāte cōsiderationibus accingi. Hinc sp̄sus sp̄sam cōmendat Cant. 4.
 in cāticis dicēs: Vulnerasti cor meū in vno crine colli tui. In hoc
 significat diuinus spiritus sp̄sam omnibus vanis cogitationibus
 depositis vnā solūmodo fuisse amplexam, videlicet, quomodo
 Deo studiosius deseruiret. Ideo q̄; illā vnus solius capilli cōmē
 13 dat. (O sancta Maria señora) si ex quot horis quotidie in terrestrib⁹
 rebus contemplandis insumimus, in cōlestibus considerandis,
 inferniq̄e cruciatibus animaduertendis vnā saltem horam
 consumeremus, quantum hinc vtilitatis perciperemus. De illo Plin. lib. 35.
 celebri quondam pictore Zeuxe refert Plinius, quod in se fuit cap. 10.
 iratus, quia cum puerum vuas manu tenentem depinxisset, auis
 eas rostro compunxit, puerum depictum non pertimescens: si
 cuti eū viuū timeret. Dicebat ille: Si tā proprie puerū, quā vuas
 depinxissem, auis utiq̄; illū timēs vuas tangere nō auderet. Ma-
 iori utiq̄e ratione fratres mei nos in nosmetip̄os irasci debere
 mus, quia, vt humanas voluptates, honores, ceteraq̄; tēporalia
 cōsideratione depingere nouimus, quę cū mortua quidē sint, ea
 nimis viuūda pingim⁹: inferni cruciatibus cōtēplatione nostra de-
 14 pingere nescimus diuiniq̄; iudicij seueritatē, cōlestisq̄; beatitu-
 dinis bonā nō contēplamur, cū viuūdissima sint. Vnde quia ea,
 sicut oportet depingere nescimus nec illa timemus nec illa con-
 cupiscimus. Voluntatem etiā pręcingi oportet, quę itidem
 lumbus est animę, debetque diuini amoris zona pręcingi. Nul-
 latenus eā demissam sinas, ea enim diliget quę ei non sunt ne-
 cessaria, nec verā voluptatē afferre possunt. O quāta dissolutio,
 quāta affectio, & amaritudo in omnibus huius seculi statibus est
 eō q̄ cæca volūtas dimittitur, vt quęlibet diligit. Vultis fratres
 quodāmodo intelligere quantū inter Dei, & creaturarū amorē
 intersit: hac appositissima similitudine intelligetis. Si plurima
 vulnera linteis alligata habetis, quotiescunq̄e vittæ soluantur Similit.
& au-

Cant. 4.

& auferuntur, nouū dolorē perſentitis. Si quis autē chirurgus vuln-
 neribus mederetur, nec vittas amoueret, ecquis eū ad medēdum
 sibi non accersiret? Nostis vtiq; amorē vulnus appellari. Vnde
 sponsus dixit sponſe: Vulnerasti cor meū in vno oculorū tuorū.
 Totq; vulneribus vnusquisq; consitus est, quot amoribus est af-
 fectus. Vittæq; sunt ea, quæ diligimus, diuitiæ, videlicet, amici,
 liberi, ac deniq; fratres, &c. Deus etiā est vitta, quæ diuini amo-
 ris vulnere super imponitur. At creaturæ, quas diligimus, sæpe-
 numero ab his vulneribus maximo cū dolore necessariò amouē-
 tur. Etenim nunc liberos, nunc virū, nūc diuitias, nunc deniq; fa-
 miliares amittitis: quæ omnia cor magnoperè torquēt. Deus au-
 tem nūquam ab animis vestris auferetur, nec eū inuiti amittetis.
 In æternum illū seruare potestis vulnere amoris impositū in eius
 obediētia perseuerātes: sicq; vobis non officiet, sed singularē af- 16
 feret cōsolationē. O fœlices qui hoc cingulo volūtātē suā astringere
 norūt, quām expertes totius amaritudinis etiā in hoc sæcu-
 lo viuūt. Ex eo, quòd homines ita se cingunt prouenit, quòd ha-
 bent lucernas ardentes in manibus suis, quæ sunt bona opera: hi
 quippè ex diuino amore proficiſcuntur effectus. Qui firmiter cre-
 dit, & vehementer amat, facile bonis operibus intendit: & hoc
 est quenquam accensas in manibus habere lucernas. Est que hic
 attentis animis perpendendum quomodo Dominus dicit: Sint
 lumbi vestri præcincti, & lucernæ ardentes in manibus vestris.
 Lūbi, inquit, vestri, & manibus vestris. Multi quippè alios esse
 succinctos, lucernasque manibus habere, instātissimè curāt, qui
 tamen neque præcingi, neque lucernas accensas in manibus suis
 habere volunt. Amentissimum vtiq; est, ò frater, te alijs cœ- 17
 lum exquirere, tibi autem infernum deligere. Quamobrem
 vnusquisque semetipsam curet accingere, appetitusque suos
 coercere, ac bonis intendat operibus. Etenim hoc nobis præci-
 pue in hodierna sancti Euangelij lectione commendat: deinde
 proximorum suorum reformationem expetere poterit. Etiam
 dicere possumus: Lucernæ ardētes in manibus vestris. Id est, vi-
 uite sicuti, qui iā in extremo vitæ perſistentes, accensam præ ma-
 nibus lucernā habent. Attendite quali intentione est qui iā pro-
 ximè spiritū exhalaturus lucernā accensam manibus tenet, à me-
 dicis relictus, corpore semimortuo demissis oculis. Quomodo
 alienare restitui iubet, quām efficaciter se Deo cōmendat: quæque
 supplici

18 suppliciter ab eo misericordiam postulat: quam proculâ cupiditatibus, voluptatibus, atque vitiis abest: quam diligenter ex bonis suis eleemosynas pauperibus præcipit erogari. Has igitur cogitationes, & curas vult Deus vos semper habere.

Es vos similes hominibus expectantibus Dominum suum, quando reuertatur à nuptiis. Neque totum in vltima hora perficere expectetis: est nanque hoc periculosum nimis. Beatus namque Augustinus, & Beatus Ambrosius, & Hugo maximè dubitant de illorum salute, qui in horam mortis poenitentiam differunt. Deus enim permittit eos, qui tunc vsque mali fuerunt, rem hanc adeo necessariam bene facere nescire. Hoc significat illud Psalmi, vbi Dominus ipse dicit: Multiplicatæ sunt infirmitates eorum: postea accelerauerunt. Non congregabo conuenticula eorum de sanguinibus, nec memor ero nominum eorum per labia mea.

19 O nimis metuenda verba, atque dignissima, quæ semper hominum animis impressa manerent. Plerumque concionatores huius sententiæ initium citare consuescunt, vt morbos vtiles esse probent. Suspicio autem hic diuinum spiritum hoc in his verbis significare noluisse. Sed eorum hic est sensus: Qui totam vitam in grauissimis peccatis perpetrandis insumant: vrgentibusque morbis coacti accelerant, & in hora mortis dicunt: Acceleratur confessarius, volo enim peccata mea confiteri: vocetur tabellio, quia testamentum facere volo, illi hæc tam male, atq; inordinate facient, vt non congregem conuenticula eorum de sanguinibus, id est, in diuinæ acceptationis, nec thesauro scelerum eorum congregationes non recipiam. Hoc est, quanuis ea in me

20 moriam reuocent, & in vno loco peccata luxuriæ, & in alio superbiæ, & in alio cupiditatis, atque auaritiæ peccata constituât, vt ea ordinate confiteantur, omnes has diligentias non acceptabo. Nam ob ipsorum culpam hæc sicut oportet facere nescient. Equis fratres hæc audiens non trepidat? O Deus infinita maiestatis, per infinitam clementiam tuam te deprecor nobis illucescas, quò ex illis fructum percipere nouerimus. Non vult Dominus in his verbis dicere eos, qui in tota vita poenitentiam agere neglexerunt in hora mortis, illam agere non debere, nec ab se misericordiam petere oportere. Nam quandiu homo in hoc seculo viuat, opportunam habet occasionem, ac tempus hoc faciendi. At voluit magnum discrimen, quod in hoc est, exaggerare:

nosq;

Aug. in sermo. Innocentium. & lib. 5. homil. homil. 41. & habetur de poenit. d. 7. cap. siquis.
Ambros. lib. 2. de poenit. c. finali.
Hugo lib. 2. de sacramē. par. 14. c. 5. Psalm. 85.

302. In Communi confess. non Pont.

nosque admonere, ne rē tam necessariam in tam breue tēpus faciendam differamus, cum tot impedimenta se offerunt, quibus eā rectē facere nesciemus. Sed in toto vitę discursu mature cōficiamus: ne simus similes asino semper remisse, ac pedetētim ambulāti, cum veto domū appropinquat, velociter currit: quod facit, vt comedat, atq; quiescat. Sic multi in tota vita remissi, ignauiq; viuunt, at in hora mortis accelerāt facere testamentū, & peccata fateri, vt inferni laborē effugiāt, atq; in coelo quiescāt: quę maxima quędā miseria est. Vt cū venerit, & pulsauerit, confestim aperiat ei. Qui parati nō sunt, nollēt tam cito aperire, sed quoad possunt, mortē differūt, corporibus indulgētes, eaq; delicatē tractātes, & quicquid possunt faciētes, ne citō moriantur.

Simile.

Simile.

Vellēt quippe multa sęcula viuere. Adultera cū domi suę amicum habet, & vir ei⁹ ad ostiū pulsat, quoad potest, demoratur, nec ei aperit, quousq; illū abscondat. Casta verò atq; fidelis pulsanti viro, quem intimo cordis amore prosequitur, citissimē aperit.

Beati sunt serui illi, &c. vsque vbi. Et faciet illos discumbere. Hoc dixit coelestis magister, quò ineffabilis glorię spe nos commoueret, atque excitaret, vt ad eam consequendam nos p̄cingamus accēsaq; lucernas manibus teneamus. Sic faciebat Abacuc Propheta, qui dicebat: Ingrediatur putredo in ossibus meis, & subter me scateat, vt requiescam in die tribulationis, & ascēdam ad populum accinctum nostrum. Introeant, inquit, in me vermes, qui me vsq; ad ossa penetrēt, ac medullitus abrodāt: & ex me putredinis fluentia decurrant, & Deus in hoc sęculo me asperimē tractet, vt in die tribulationis (id est, in die mortis, qui per antonomasiam dicitur dies tribulationis) requiescam, & ad coelestē Hierusalem, quę est ciuitas nostra, conscendam. Non enim hic permanentem habemus ciuitatem, sed futuram inquirimus. Dicitur autem populus accinctus, quia cūcti eius habitatores sunt Dei voluntate succincti. Ideoq; quotidie dicimus: Fiat volūtas tua sicut in coelo, & in terra. O quis huius sancti Prophetę spiritu polleret, omniaq; cruciatuū genera in hoc breui vitę curriculo pati exoptaret, ne perpetuam Dei, sanctorumq; eius societatem amitteret. Sanctus David cum spiritus sui feruore dixit:

Psalm. 83.

Ioan. 14.

Quām dilecta tabernacula tua Domine virtutum: cōcupiscit, & deficit anima mea in atria Domini. Hęc tabernacula sunt mansiones illę de quibus dixit Dñs: In domo patris mei mansiones multę

24 multæ sunt. Posteaq; sanctus Propheta subdidit: Etenim passer inuenit sibi domũ, & turtur nidum, vbi ponat pullos suos. In quibus verbis nos acerrimè reprehēdit. Etenim hirũdo sollicita optimam domum querit, vbi nidificet, & quousque illam reperiat, non cessat: & turtur etiam sollicitus nidum fabricatur, vbi quiescat: homo autem tam piger & ignauus erit, in nido suo in cœlo cõstruendo, vbi ipsius anima requiescat? Altaria tua Dñe virtutũ Rex meus, & Deus meus. Id est, cõcupiscit etiam anima mea altaria tua Dñe: qui sunt iusti tui, in quibus tibi in illa beatitudine cœlesti, in perpetuũ holocaustũ amoris offeretur, inter quos te in eternum perfruens cõmorari vellem. Hæc efficacissima desideria oportet semper in animis nostris exardere: quibus vt ardentius accendamus, opus est nobis eterna cœlestis illius regni

25 bona crebra animi consideratione cõtēplari. De quo dixit ipse David: Regnum tuum, regnum omnium sæculorum, id est, regnum sempiternum. Illic Deus suam ineffabilem pulchritudinem collocauit: illic suam incomprehensibilem maiestatem manifestat. Totum quippe cœlum Empyreum vbiq; est pulchrius sole. Et quanuis cuncti cœli mobiles in omnibus partibus solis splendore adæquarēt, nunquã tamen Empyrei cœli nitore pertingerēt. Et cũ hoc ita sit, solũ corpus gloriosum cuiuscũq; beati splendidius erit Empyreico cœlo: & sola vna anima beata pulchrior, atq; nitidior erit cunctis beatorũ corporibus glorificatis. Quã admirabilia igitur erũt visu in tã decore cœlo, tot tãq; gloriosa, ac rutilãtia corpora? Quã delectabiles aspectu erunt tot, tãq; innumere anime, tã ineffabili splendore præditę, Angelorũ choris admiste, qui quidẽ adeo speciosi sunt, vt qui vnũ eorũ aspiceret, illũ Deũ esse putaret? Qui oēs iusti, atq; Angeli, & plures, si esēt si diuinę pulchritudini, atq; excellētis eius conferantur, quasi nihil esse videbũtur. Itaq; quemadmodũ Isaias Propheta dicit: Omnes gentes quasi non sint, sic sunt corã eo: & quasi nihilum & inane reputatæ sunt ei: sic etiam dicere possumus: Omnes Hierarchie cœli, quasi non sint, sic sunt coram eo. Quam admirabilis, atque suavis erit igitur visu Deus, qui infinita quadã essentię perfectione creaturas omnes, quas condidit, antecellit? Ecquis adeo tepidus, atq; algidus hæc attentè cõsideras eorũ desiderio vehemētissimè nõ inflāmetur, hocq; ardētissimo desiderio excandescens mille vitas, si tot haberet, pro tanto bono dare quanto

Psal. 144.

Isai. 40.

quanto magis breuissimam quandam in eo comparando vitam, non exoptet insumere: O quot dies, atque annos gloriosus Antonius Abbas in his coelestibus considerationibus commoratus est: siquidem vt eis intensius vacaret octoginta quinque fere annos in asperrimis solitudinibus vixit: & saepenumero de sole queri consuevit, eo quod tam citò nasceretur, radijsque suis diuini solis iustitiae contemplationem sibi impediret. In quibus annis tantam egit poenitentiam, vt saepe nihil omnino gustarit in biduo: posteaque pane tantum, & aqua vsus fuerit. Nihilominus tamen tanta erat eius humilitas, vt ea hanc à diabolis victoriam reportarit, quod vbicunq; illius nomen proferretur demones ingenti timore percussi corpora, in quibus morabantur, desererent. Diuinus ille spiritus, dilectissimi fratres, qui sanctissimum hunc virum tam eximie erudiuit, & ad tanta fulsit, nos doceat, ac fulciat, quo illum instantissimè imitemur, imitantesque diuinam gratiam impetremus, qua ditati ad eius consortium coelesti beatitudine fruituri foeliciter perducamur. Amen.

In eodem Communi Cōfessionum non pontificum Concilio Vnica.

Homo quidam nobilis abiit in regionem longinquam, ut accipere sibi regnum, &c. Luc. 19.



H V I V S Parabolæ dñæ sunt præcipue partes. In quarum altera agitur de numinis, quos nobilis quidam homo seruis suis commisit, vt eis negotiarentur, quandiu ipse proficisceretur, *In regionem longinquam accipere sibi regnum*. In altera vero agitur de odio, quo eum ipsius ciues, & regnū persecuti sunt, & quomodo illum sibi dominari volebant. Priorem partem diuini numinis aspirante

aspirante gratia, quia plus nobis emolumentum conducet, explicabimus. Hic homo nobilis est ipse Christus filius Dei, qui totius nobilitatis est caput, atque principium: ex quo cuncti, qui nobiles esse cupiunt, addiscere debent. Pristinis quondam temporibus antequam filius Dei humanam assumeret naturam, quamuis homines vix vnum exemplar haberent, à quo veram perdiscerent nobilitatem, multi tamen nobiles extiterunt, sicut affirmat ecclesiasticus dicens: Laudemus viros gloriosos, & parentes nostros in generatione sua. Dominantes in potestatibus suis homines magni, virtute, & prudentia sua præditi, in pueritia sua requirentes modos musicos, & enarrantes carmina scripturarum, homines diuites in virtute, pulchritudinis studiū habentes, pacificæ in domibus suis, oēs isti in generationibus gentis suæ gloriam adepti sunt, & in diebus suis habentur in laudibus. Qui de illis nati sunt reliquerunt nomen narrandi laudes eorū. Et paulo inferius: Sed illi, inquit, viri misericordiæ sunt, quorum pietates non defuerūt: cum semine eorum permanent bona: hæreditas sancta nepotes eorum. Miras quidem excellentias refert hic diuinus spiritus de illorum temporum nobilibus, dignissimas vtique, quæ sigillatim perpendantur. Peculiariterque considerandum est eos ab ineunte ætate sanctorum librorum lectioni studiose vacasse: virtutumque diuites esse studuisse: ac summopere liberos suos ad sui ipsorum imitationem exhortatos fuisse. Denique illos viros misericordiæ, id est, eius amantissimos, atque ipsius seruos extitisse: atque ita in ea perseuerasse, vt eorum pietates nulla vnquam sæculorum ætate defuerint.

4 quantæ confusioni ijs, qui nunc se nobiles esse iactant, horum auditus esse debet: cum plerique illorum nullam harum virtutum sibi in esse percipiāt. Etenim ab intimis incunabulis lasciuia, ac dissolutioni se tradunt, & nihil aliud minoris, quam virtutem æstimant: maluntque domi suæ pietates, quam tapetes, famulos, fastumque deesse. Totam curam in ijs acquirendis, & conseruandis adhibent, quibus euanescent, ac peruertuntur, vt quamuis sibi ea deficient, quibus cælum est impetrandum, nihili sua interesse ducunt. O miseriam sanguineis lachrymis deplorandam. Quod nunc, cum Deus homo factus tale, ac tam singulare hominibus præstitit exemplar, quo nobiles esse perdiscerent vix vnus vere nobilis existat, cum tamen multo maiori ratione

Eccle. 44.

esse nobiles teneantur, quàm prius illius tempestatis viri.

Hic igitur homo nobilis, *Vocatis decem seruis suis dedit illis decem minas. Vocatis* (inquit) *seruis*, vt nouerimus nos prius quàm ad fidei lumen Euangelicamque obedientiam accersimus, seruos esse.

Etenim procreationis & conseruationis beneficio cuncti tam fideles, quàm infideles Deo seruire tenentur. Et licet hoc modo vtrique sunt eius serui, omnesque vocauit rationis lumē illis indens, quò per ea, quæ facta sunt intellecta, conspicerentur sempiterna virtus eius, & diuinitas, ita, vt sint inexcusabiles, vt ait Apostolus. Vnde pro eo, quod nos legimus in libro Iob: Super quem non surget lumen illius? alia translatio habet: Super quem non fulget lumen illius? Etenim hoc vniuersali lumine omnibus illucescit. At peculiariter Christiani hic vocati dicuntur, quia alia peculiari efficaciorique

Rom. 1.
Iob. 26.

vocatione ad lumen fidei, ac sancti Euangelij vocati fuerunt. At querat quisquam: Cur Dominus Christianos non viginti quidem, seu quadraginta, sed decem esse dicit? Quia scilicet, ad decem præceptorum obseruantiam illos vocauit. Ob quam etiam causam, præmium, quo illos est donaturus, denarium ipse Dominus alibi nuncupauit, quia ob decem diuinæ legis præceptorum obseruantiam redditur. Atque ob eandem rationem Dauid sanctam ecclesiam decachordon, hoc est, psalterium decem chordarum appellauit, dicens: Bonum est confiteri Domino, & psallere nomini tuo altissime, in psalterio decachordo. Et sicut

Matth. 20.

Psal. 91.

Gen. 18.

Dominus dixit Abrahamæ, si decem iustos in illis turpissimis ciuitatibus Sodomæ, & Gomorrhæ inueniret, se illas nõ esse subuersurum: sic vtique nunc propter hos decem seruos, id est, propter Christianos iustos, qui in sancta ecclesia viuunt, Deus sustinet orbem. Qui nisi existerent, cum cæteræ omnes gentes Deũ ad iracundiam assiduo prouocent, iam mundus esset euersus. Ex quo infertur quantum amoris, ac reuerentiæ iustis debeamus, cum eorum causa Deus tot nobis bona concedat. Vt quid autẽ Domine hos tuos decem seruos accersis? Nunquid vt eos punitas, aut ab eis rationem exigas? Non vtique. Etenim non est hoc tempus exigendæ rationis, siue puniendi, ad hoc tamen proprium adueniet.

Nunc Deus diuitias, gratias, perfectionesq; suas diuidit. Nec verò illa solum promittit, sed ipsa etiam tradit: Et ita dicit Beatus

8 tus Matthæus: Tradidit illis bona sua: & hic Diuus Lucas: *Dedit illis decem mnas.* Homines huius sæculi, ne in vltimo quidem articulo vitæ liberis suis dicunt: Accipite: sed testamenta faciētes dicūt, hoc iubeo dari filio meo. Nō dicūt: Trado. In quo se adhuc victuros sperare videntur. Ideo nolunt se penitus bonis suis spoliare. Deus autē protinus seruis suis ingenū, gratiā, & cōplura cōlestia dona cōmittit. Dicensq; se in regionem longinquam abire, libertatem significat, quā vnicuiq; indit, post quā illi sua cōlestia munera tradidit. Ipse enim tā præsens post ea, quā antea permanet. Quamobrem fratres ne litis similes illis, de quibus dixit Regius Propheta: Et dixerunt: Nō videbit Dñs: nec intelliget Deus Jacob. Quibus ipse illico dicit: Intelligite insipiētes in populo, & stulti aliquando sapite. Qui plātauit aurē nō audiet? aut qui finxit oculū non considerat? qui corripit gentes, non arguet? Ostulti, stulti ij, qui ita viuitis, ac si Deus lōgissimē a vobis abesset: nec quid facitis videre possēt. Cū ipse barbaras nationes fidei luce carentes acerrimē puniat, quomodo vobis persuadere potestis tyrāides, atq; abominationes vestras supplicij expertes esse māsuras? Lōgē vtiq; opinione fallimini. Etenim, nisi vos in meliorem frugem receperitis, multo acrius puniemini.

Matth. 27

Psal. 95

9 Et ait ad illos: *Negotia vni dum venio.* Ad hoc munificentissimus Dominus seruis suis cōlestia dona committit: vt, scilicet, illis negotiantes ingentem spiritualium diuitiarū copiam acquirant. Et quanuis dicat, se abire, eo quod eos in sua libertate relinquit, fidelissimū tamen sociū huius spiritualis negotiationis semper manet. Et ita Diuus Paulus, Fidelis, inquit, Deus per quem vocati estis in societatem filij eius Iesu Christi Domini nostri. Multū vtiq; interest inter hāc societate, & seculariū mercatorū: quippe qui iuxta sumptuū, laborūq; magnitudinem lucra partiūt. At huius cōlestis socij talis est societas, vt cū ipse fere totum laborem, sumptūq; adhibeat, ferè totū lucrum homini sit, sibi enim totē fatigationibus, sudoribus, & ignominijs, tā que atroci morte nullā essentialē gratiā, seu gloriam cōparauit. Ecquis igitur tali adiut^o auxilio dormiat? Ecquis in re tā necessaria, sicuti vitā æterna perquirenda pigrescat? Maxime que sciens quāta sit huius miserimæ vitæ breuitas: ignorāq; vtrū hodie, an cras, qui nunc socius noster est a nobis rationem exacturus sit eorū, quæ ipsius pecunia negotiati sumus? Baldad Suites di-

1. Cor. 15

Iob. 8. **Eccle. 7.** **Isai. 47.** **xit** : Hesterni sumus, & ignoramus, quoniam sicut vmbra, dies nostrisunt super terram. O vtinam hæc verba nunquam ementibus nostris exciderent. Ecclesiasticus etiam hortatur dicens: Memento iræ, quoniam non tardabit. Et apud Isaiam Prophetam dicitur: Veniet repente super te miseria, quam nescis. Ideo Dominus hic quando reuersurus esset, illis non dixit, vt semper parati essent. Et tandem accessit hora.

Matth. 25. **1. Cor. 15.** **Et factus est cum rediret iussit vocari seruos suos, &c. Venit autem primus dicens: Domine mna tua decem mnas acquisuit. Est valde pensandum, cum, qui talenta suscepit, dixisse: Domine quinque talenta tradidisti mihi: Ecce alia quinque superlucratus sum, hunc autem seruum dicere: Mna tua decem mnas acquisiuit. Ecquid hoc est mysterij? Ille quippe se talentis alia acquisisse: hic autem mnas ipsas alias mnas lucratas fuisse factetur. Hoc est diuini spiritus artificium, atque sapientia. Et enim vtrunque verissimū est. Atque in hoc diuerso dicendi modo significatur, neque nos solos, neque diuinam gratiam sine nobis ad meritum posse sufficere: sed vtrunq; requiri. Quod etiam B. Paulus significauit dicens: Abundantius illis omnibus laboraui: non ego autem: sed gratia Dei mecum.**

3. Cor. 4. **Et ait illi: Euge serue bone quia in modico fuisti fidelis, eris potestatem habens super decem ciuitates. Inter magnas prophetias Beati Pauli vna est animaduersu dignissima: videlicet, in die obitus sanctorum Deum laudum ipsorum fore præconem: & singulos quosque, pro ipsorum meritis in patriæ celestis introitu esse laudaturum: sicut apparet ex priori epistola ad Corinthios, vbi ait: Nolite ante tempus iudicare, quoadusque veniat Dominus, qui illuminabit abscondita tenebrarum, & manifestabit consilia cordiū: & tunc laus erit vnicuique à Deo. O benedictus sit talis Deus. O glorificatus talis Dñs. Te cunctæ Beatorū Hierarchiæ, ò superne rerum omnium fabricator, pro tãto hoc, tamque singulari beneficio incessabili laudum iubilo semper extollant. Attendite, quam apte Beati Pauli sententia dominicis verbis concordet: cum tam suavi sermone diligentem seruum commendat dicens: Euge serue bone, in modico fuisti fidelis. O inextinguibilis iustorum gloria, quomodo vilissimum terræ vermiculum hominem bonum appellas? Nunquid tu alibi non dixisti: Nemo bonus, nisi solus Deus? Verum**

14 num est solum Deum per essentiam esse bonum: at homines natura filios iræ ipse Dominus per gratiæ communicationem bonos effecit. Et ita dicit D. Paulus de Christo R. N. loquens: Factus est nobis sapientia, iustitia, sanctificatio, & redemptio. ut qui gloriatur, in Domino gloriatur. Qui locus sic venit intelligendus quod Christus per naturam suæ hypostasis, iustus, & sanctus, & sapiens est: nos vero participatione illius efficiamur iusti, sancti, & sapientes ipsius redemptione participata. Ideo vigilanter dixit: Factus est nobis iustitia, ne inani gloria efferamur, cū nobis extrinsecus totū bonum proveniat. Sicuti sol ex natura sua clarus omnia tenebrosa, lucida redōit: sic omnes nos ab illo diuino sole claritatem bonitatemq, recipimus. Illum etiam fidelem appellat, quod est mirum commendationis genus. Inter vos dicitur fidelis seruus, qui ex quo domino suo seruire cœpit, nullam proditorem, aut perfidiam in dominum suum admisit, sed vsq; ad mortem sese illi fidum præbuit. Vnde vibs, dux, seu comes, qui semel in regem proditorem admisit, vsq; in æternum fidelitatis nomen amittit. At vero apud Deum, quanuis aliquando illum offenderis, si veram egeris pœnitentiam fidelitatis nomen habebis. Maioris vtiq; fidelitatis esset te illum nunquam offendisse: de qua gloriabatur D. Paulus dicens: Bonū certamen certavi, cursum cōsummaui, fidem seruaui, id est, fidelitatem. Etenim ex instanti conuersionis suæ vsque ad mortem nullo vnquam lethali peccato fidelitatem hanc amisit. Nos autem miseri quando tanquam imbecilles peccauerimus, ne diffidamus: sed veram agamus pœnitentiam: illa enim per Iesu Christi merita sanctificabimur. Ut enim ipse Apostolus ait, si sanguis hircorum, atq; taurorum inquinatos sanctificat ad emundationem carnis, quanto magis sanguis Christi, qui per S. p̄ritum sanctum semetipsum obtulit immaculatum Deo, emundauit conscientiam nostram ab operibus mortis, ad seruiendū Deo viuenti? Vbi alij transtulerūt: Quāto magis sanguis Christi emundabit conscientiam nostram? Et sic est in contextu. Græcō. In quo mira sacratissimi illius sanguinis sufficientia declaratur: qui non præterita tantum peccata mundauit sed vsque etiam ad sæculi cōsummationem eorū delicta mūdabit, qui eo vti voluerint. Quod si mundus in æternum, duraret hanc miram operationem semper efficeret. Videlicet, vt noueris, o homo quam confidenter illō vti possis. Si autē cū

1. Cor. 1.

Simile.

2. Thes. 4.

Hebr. 9.

310 In Communi confess. non pont.

hac sanctificatione te mors occupauerit, à Deo honoraberis, & 17
 fidelis seruus appellaberis, licet illū prius sapius offenderis. Ec-
 quis igitur hæc audiēs ardētissimo huic gratissimo Dño, qui ex
 hibita sibi ministeria tā abūdē persoluit seruiēdi diligēdiq; desi-
 derio nō excādescat? Quid nā dicitis fratres? quid intrinsecus cogi-
 tatis? quid vos facturos esse decernitis? Per clemētissima huius
 munificētissimi Dñi viscera vos deprecordilectissimi, vt iā tan-
 dē eius obedientiæ atque beneplacito vos penitus submittatis.

*Et alter venit dicens. Domine ecce mna tua, quam habui, reposita est in
 sudario: rimui enim, quia homo austerus es, tollens quod non posuisti. &c.*
 O rem stupendam, Deum huic misero, atque infœlici seruo au-
 sterū videri. Singulis iuxta ipsorum ingenium Deus repræsenta-
 ri consuecit, huic durus, illi autem lenis, atque suavis. Nonnul-
 læ animæ similes mansuetis ouibus, humiles, quæ se cœlesti do- 8
 ctrina de pasci permittunt, Deum tanquam pastorem habent,
 & hoc illum vocabulo nuncupant: quibus ipse dicit: Ego sum
 pastor bonus. Aliæ animæ amoris diuinæque contemplationi in-
 tendentes, quibus Deus complures fauores confert, Deum in
 sponsum habent, eumque sponsum vocant: quibus ille dicit: Ec-
 ce sponsus venit, exite obviam ei. Aliæ animæ fernidæ insitiam
 que sitientes Deum habent in fontem, quibus ipse dicit: Siquis
 sitit, veniat ad me, & bibat. Aliæ animæ obedientes, quæ nulla
 in re voluntate sua ducuntur, Deum habent in patrem, illiq; sin-
 gulari animi affectu dicūt. pater noster, qui es in cœlis. Quidam
 autem homines duri, atque crudeles Deum durum, crudelēq;
 esse ducunt. Cum sancto sanctus eris, & cum peruerso peruer-
 ris ait Dauid Deum alloquens. Quali dicat Domine à sanctis, at 19
 que clementibus, sanctus, & clemēs: at verō à duris, atq; peruer-
 sis durus, & crudelis haberis.

Dicit illi: *De ore tuo te iudico serue nequam, &c.* vsque ibi: *Et astan-
 eibus dixit: auferre illi mna, & date illi, qui decē mnas habet.* O quā se-
 uerū est supplicium hoc. Etenim hic significatur in vltimo obi-
 tus articulo, & in illa arētissima ratione peccatori nullā vnquā
 poenitentiam agendi potestatem esse relinquendam, Quod si
 quia homo hic mna illa sibi commissa alias non acquisiuit, eā illi
 iubet auferri, & tam graui supplicio puniri, quid illis fieri iube-
 bit, qui non modō acceptis beneficijs non negotiantur, sed eis
 etiā illum sēpissimē impudenter offendunt? O miseri peccato-
 res

Joan. 10.

Psalm. 17.

20 res quid in illa nimis laboriosa hora facietis, qui vniuersas pecu-
 nias vobis à Deo cōmissas in eo offendendo cōsumpsistis? Valo-
 tudine quippe, sapiētia, diuitijs, atq; alijs cōpluribus donis diui-
 nam maiestatem offendistis. Quomodo huius argumenti effica- *Simile.*
 ciam audientes non cōfundin. in: Beneficia sunt similia acui, qua
 filum per pannum ingreditur, atq; ex duobus pannis vnus effi-
 citur, alterq; alteri consutus manet. Sic etiam beneficia sunt ar-
 tiffimi amoris occasio inter Deum, & homines, quò in vna vni-
 tate consuuntur. Qui autem ex beneficijs occasionem sumit lō-
 gius à Deo recedendi, quo supplicio satis dignè punitur? Per
 Hieremiam Prophetam Deus de Hebræis grauissimè queri- *Hiere. 2.*
 tur dicens. Induxi vos in terram Carmeli vt comederetis fru-
 ctum eius, & bona illius, & ingressi contaminastis terram
 meam, & hæreditatem meam posuistis in abominationem.
 21 O diabolicam ingratitude: quòd ex ijs, quæ hominibus
 Deum ardentius diligendi, illique intensius seruiendi occasi-
 oni esse deberent, ipsi illius offendendi ansam assumunt. Auferte
 (inquit) ab illo mnam. Hæc vtrique est vna ex pœnis, quæ ingra- *D. Tho. 2. 2.*
 to digne infliguntur. Quærens Diuus Thomas vtrum ingratius *q. 107. ar. 4*
 sint beneficia subtrahenda dicit. Si consideremus quid ingratus
 dignus sit pati, certum est, quòd meretur beneficij subtractio-
 nem. Sed antequam subtrahatur, prius debet subtrahens se me-
 dicū exhibere, vt, scilicet, iteratis beneficijs ingratitude medea-
 tur. Si verò ex beneficijs multiplicatis ingratitude augeat, &
 peior fiat, debet à beneficiorum exhibitione cessare. Concludit
 que diuinus magister inferius dicens: Omni habenti dabitur, &
 22 abundabit. Ab eo aut, qui non habet, & quod videtur habere, au-
 feretur ab eo. In quo significatur, quòd iustus quò magis dispo-
 nitur, Deoq; diligētius seruit, eò maiora à diuina maiestate per-
 cipit beneficia. Peccator autē, qui diuinis beneficijs vtī non vult
 in dies peior, ac peior efficitur, quousq; illis subtractis natura-
 lia etiam amittit. Et ita ex hac sententia infertur, quod qui fru-
 stra gratiæ dona percepit, iusto Dei iudicio à bonis etiam natu-
 ræ denudatur. Vnde prouenit, multos esse Christianos, in qui-
 bus nec gentium quidem virtutes reperiuntur. Ad cuius con-
 firmationem insigne quoddam factum, quod Plutarchus de *Plutar.*
 Themistocle refert, vobis recensebo. Hic Athenienses sicut
 in concione alloquens dixit eis, se salubre quoddam consilium

312 In Comm.conf.non Pont.

repperisse, quo seruato ipsorū respublica longe præcelleret, quod
 que illorum per magni intererat. Cōsiliū autem tale esse affir-
 mauit, vt ne ore quidem digne proferri posset. Populus autem
 decreuit, vt illud vni tantum viro Aristidē nomine diceret, quod
 si ille probaret, omnes illud optimum esse testarentur. Explicās
 igitur Themistocles consiliū suū dixit: vtilissimum esse to-
 tam Græcorum classē in igne comburi: sic enim Atheniēses toti
 Græciæ dominaturos affirmauit. Quod cum audiret Aristides,
 dixit populo. Nihil Themistoclis consilio vtilius, at nihil iniu-
 stius. Quod cum populus audisset, Themistoclē amplius de hac
 re loqui prohibuit. O quam acris reprehensio hoc Ethnicorū fa-
 ctum nobis est. Ecquis nūc hanc inter Christianos viros iustitiā
 reperiet? Ecquis sibi vtilia quantumuis iniusta modo non expe-
 tit? Quos, quantaq; quotidie mercatores, artifices, scribæ, aduo-
 24
 cati q; atq; alij aliarum conditionū homines pro minima quaq;
 vtilitate peccata committūt? Ecce in quantam morū corruptio-
 nem, nequitiamq; multi Christiani deuenerint. Quicquid eis
 ilacet, exoptant: quicquid volunt, cogitant: quicquid in os ve-
 nit, libere loquūtur: quicquid volūt, & impunes facere possunt,
 efficiunt. Quem in his timorē, quam spiritualis salutis sollicitudi-
 nem, quam ad futuram vitam provisionem reperietis? In poenā
 scelerum eorum sicuti fidē, sic naturale lumē frustra receperunt
 cū tam parū fructus ex eo percipiāt. Magno spiritus affectu dice-
 bat Isaias Deo: Facti sumus velut à principio cum non domina-
 reris nostris: neq; inuocaretur nomen tuum super nos. In hoc gen-
 tis ipsius destructionem compendiose notauit dicens: Hebræos
 illos ad tantam morum deprauationem peruenisse, sicuti cum
 25
 Deum non cognoscerent: nūc autem vltius peruersitas nostra
 progreditur: siquidem multos adhuc Ethnicos, qui Deum non
 cognoscunt, non imitamur. O terribilem infelicitatem. Tales
 nos esse pudeat fratres mei: veramq; penitentiam agamus: quo
 Deus suam nobis gratiam communicet, qua coelestis beatitudi-
 nis gloria comparatur. Ad quam nos perducatur Iesus Mariæ fi-
 lius. Amen.


Isai. 63.

¶ H V I C Euangelio apte applicari possunt fere omnes confi-
 derationes, atq; materiz, quæ in euangelium talētorum in com-
 muni Confess. Pont. superius sunt adductæ.

In

In eodem Communi Confes- forum non pontificum Concio Prima.

*Ecce nos reliquimus omnia, & secuti sumus te: quid ergo
erit nobis? &c. Matth. 19.*



VIVS Sacrae historiae exordium ex superioribus proficiscitur: ex quaestione, videlicet, quae Christo Redemptori nostro proposita fuit. Etenim B. Mattheus in hoc ipso capite dicit: Ecce vnus accedens ait illi: Magister bone quid boni faciam, vt habeam vitam aeternam? Has fratres charissimi oportet esse quaestiones nostras, vt re quae nostra tam magni refert, agere nouerimus.

At, cum huius rei praeter ceteris obliuiscamur, de illa nunquam agimus. Cui Dñs respondit: Si vis ad vitam ingredi, serua mandata. Ille autem dixit: Omnia haec custodiui a iuuentute mea: quid adhuc mihi deest? Melior utique erat hic iuuenis plurimis huius miserae tempestatis, qui tam dissoluti, deprauatiq; viuunt, vt vix Dei praecipita esse meminerint. His ironice dicitur: *Lætare iuuenis in adolescentia tua: & in bono sit cor tuum in diebus iuuentutis tuae: & ambula in vijs cordis tui: & in intuitu oculorum tuorum.* Quasi diceret diuinus spiritus: Nunc sicut tibi libuerit, viue: tu enim hoc aeternis cruciatibus exolues. Vt etiam ironice dicitur in Threnis Hieremiae: Gaude, & lætare filia Edom, quae habitas in terra Hus. Ad te quoque perueniet calix, inebriaberis, atque nudaberis. Huius adolescentum deprauationis magna in culpa sunt parentes. Nam si immanes belluae sicut vrsi, atque leones inter homines educati naturae suae crudelitatem relinquere videntur, mansuetique, domestici, atque tractabiles efficiuntur, quod ab eorum natura longe alienum est: quid facerent pueri, si in sancta societate, piaque doctrina educarentur, qui quidem

Eccle. 11.

Thren. 4.

314 In Comm.conf.non Pont.

non solum mitis, sed rationalis etiam ad virtutemq; applicabilis sunt naturæ. Præcipue si simul supplicium, ac timor addatur. Sed cum patres sint solius carnis parentes, ipsiq; carnales, tantummodo in liberorum carne delicate tractanda diligentiam adhibent. Et quemadmodum hedera arborem amplectens illam amplexu, vmbraq; sua arefacit, sterilem q; reddit: sic etiam parentes indulgentijs, atq; complexibus liberos omni virtutum generi inhabiles reddunt. O diabolicam atrocitatem? Fratres dilectissimi per infinitam Dei probitatem vos deprecor, ne tam crudeles sitis in eos, quos tantopere diligitis. Educate filios vestros in disciplina, & correctione Domini, vos admonet D. Paulus. Et vna ex præcipuis diligentijs, quas adhibere debetis, hæc est maxima, quod Deum instantissime exoretis, vt illos probos efficiat: sicuti faciebat S. Iob, qui pro liberis suis in diuino cõspectu quotidie sacrificia offerebat: intelligens quia nisi Dominus ædificauerit domum, in vanum laborauerunt, qui ædificant eam. Itaq; quemadmodum patriarcha Isaac filio suo Iacob dixit: Det tibi Deus de rore cœli, & de pinguedine terræ: sic vos ante omnia liberis vestris diuinæ gratiæ rorem expetite: posteaq; bonum est etiam vos eis corporalem alimoniam exquirere. Non sic Salomon fecit: qui ingens filio suo regnum reliquit: at quia hoc non in Deo nitetur, vbi primum pater obiit, potiorem illius partem amisit. Sic sæpè contingit, quod hæreditates, quas liberis vestris summo cum labore acquisitas relinquitis, post triduum percunt, quia eis fundamentum, cui inniti deberent, deest: qui est Deus. Vt iuuenis hic quæsiuit: Quid adhuc mihi deest? ait illi Iesus: Si vis perfectus esse, vade, & vende omnia, quæ habes, & da pauperibus, & habebis thesaurum in cœlis, & veni, & sequere me. Ex ijs summæ veritatis verbis infertur, vtilissimum esse diuitibus pauperes in orbe existere: siquidem per eos tanquam per miliones bona sua in cœlum tuto transmittere possunt. Dux prudens que in bello parauit, non demoratur domum suam mittere, vbi se tranquillum aliquando perstiturum sperat. Sic etiam prudentes Christiani diuitias, quas in huius vitæ prælio laboriosè perquirunt, per manus pauperum in domum suam, quod est cœlum, vbi se quietos demoraturus sperant, studiosè transmittunt. At quare Domine illi præcipis, vt omnia sua vendat, & eorum pretium pauperibus eroget? Nunquid non sufficeret,

si ei

Simile.

Ephes. 6.

Gene. 27.

1. Reg. 22.

Simile.

Concio prima.

315

7 si ei diceret? *Vade, & da omnia, quæ habes pauperibus?* Hoc dixit diuinus magister, quia multa possident diuites, quæ per se pauperibus non profunt, illorum autem pretium eis valde conducit. Arma, & equus quid pauperi claudo, in lecto moranti profunt? & sic de alijs. Hæc singulari arte vsus est etiam clementissimus Iesus in nos: etenim omnia, quæ in mundo habebat, ad paupertatem nostram subleuandum vendidit. Ecce quid autem habebat in mundo ille qui dixit: *Vulpes foveas habent, & volucres cœli nidos, filius autem hominis non habet vbi caput suum reclinet?* Hoc equidem habebat multos, scilicet, labores, opprobria, lassitudines. Et ita dixit David ipsius nomine: *Pauper sum ego, & in laboribus à iuuentute mea. Exaltatus autem humiliatus sum, & conturbatus. Exaltatus, videlicet in cruce: vbi etiam humiliatus sum, & conturbatus in morte. Hosq; labores quibus satis locuples abūdauit, æternopatri vendidit, vt eorum pretio necessitatibus nostris subueniret, sicuti reuera fit, cum illis vti volumus facientes quod in nobis est: si quidem eius meritis nobis gratia gloria que confertur. Cū audisset autem adolescens verbum, scilicet, *Vade, & vende omnia, quæ habes, & da pauperibus,* abiit tristis: erat enim habens multas possessiones. Volebat bonus adolescens sanctus esse, at non tã sanctus. Valde difficile visum est ei bona, quæ possidebat, abnegare, atq; in paupertate viuere. Tuncq; dixit Dominus discipulis suis: *Amē dico vobis, quia diues difficile intra bit in regnum cœlorum. O verba nimium metuenda diuitibus atq; ijs, qui diuites esse desiderant. Oculos fratres mei aperite, at**

8

9

que ad hæc quæ summa hic veritas dicit, diligēter attendite, nec ijs cor vestrum apponatis, quæ salutem vestram tã opere impediūt. Quando equum emere quis vult, non venditori, nec sibi ipsi credit, sed cursorē bonæ conscientie virum quærit, qui ei dicit vtrum sibi ille equus expediat, nec ne, & illi ad aurē accedens dicit: *Dne equus hic capi stros dentibus abrodit: & si aliquando eū dimiseris, sero iterū apprehēdes: nec in via quietus graditur, sed si paululum negligens fueris te humi prostermet. Equus, quem ad huius vitæ iter peragendum emere vultis sunt diuitiæ. Mundusq; hunc equum vendens dicit, quicquid pretij laborum pro illis impendatur, optime, meritoq; insumi. Animaduerte ô homo te ab isto venditore decipi etenim hic equus nō tibi pedē (vt aiunt)*

Math. 18.

Psal. 87.

Simile

316 In Communi confess. non pont.

Prover. 11.

1. Cor. 2.

Simile.

aiunt à luto abstrahet: nam in terribili illo voluntabro hoc est in
mortis transitu nihil tibi proderit. In prouerbijis enim dicitur:
Nihil proderunt diuitiæ in die ultionis. O quot tunc se se dece-
ptos experiantur, laboresq; quos pro illis passi sunt, male in-
sumptos esse ducunt. Non solum autem hoc vitium habet hic
equus, sed capistros etiam rodit, id est, cordis lætitiā, quietem
que abrodit. Quod si aliquando dissoluitur, est nimium diffici-
lis apprehensum: nam diuitijs semel amissis, difficulter iterum ac-
quiruntur. Non plane incedit, hominē enim superbū, elatumq;
efficit, & in multas peccatorū ruinas illū præcipitat. Quapro-
pter ne credas ijs, quæ mundus, id est, homines mundani, de hac
re testantur. Nā, ut ait B. Paulus, animalis homo non percipit ea,
quæ sunt spiritus Dei: stultitia enim est illi. Sed cœlestē illū cur-
sorē audi, qui exultauit ut Gigas ad currendā viam: qui satis hic
quā periculosus sit hic equus, manifestat, cum de illius fessore di-
cat: Amen dico vobis, quia diues difficile intrabit in regnum cœ-
lorum. Et amplius addit: Et iterum dico vobis. Facilius est came-
lū per foramen acus intrare, quā diuitem intrare in regnū cœ-
lorū. *O sanctæ Mariæ señora.* quā ferrei sunt qui diuites cum sint
& hæc ex summæ veritatis ore percipiant toto corpore non cō-
tremiscunt. Auditis autem his discipuli mirabantur valde dicen-
tes: Quis ergo poterit saluus esse? Quibus Dominus respondit:
Apud homines hoc impossibile est: apud Deum autem omnia
possibilia sunt. Videamus nunc, pauper ne potest absq; Dei au-
xilio saluus fieri? non vtique. Cur igitur Dominus exaggerat di-
uitem absque diuino auxilio non posse saluari? Multum quidē
interest inter diuitem, & pauperem: quanuis neuter Dei ope de-
stitutus possit saluari. Quod hoc exemplo perspicuum appare-
bit. Habetis hic duos lapides quorum alter vnam, alter autem
viginti libras appendit. Nunquid hi sursum ascendent? Non vti-
que: quia hoc naturali eorum propensione repugnat: illis quip-
pe descensus est naturalis. Quod si violente sursum emittantur, mul-
tō plures vires requiruntur, ut qui viginti, quam, qui vnā librā
appendet, ascendet. Sic quanuis pauperi diuitique opus sit diui-
no auxilio ad ascendendum in cœlum: multō tamē maiori ope
diues, quā pauper indiget. Licet enim vterque pariter ad ma-
lū sit propensus: plures tamen peccandi occasiones habet diues,
quam pauper; & præ impediētium diuitiarum pondere per vir-
tutes

13 tates difficilius ascendit. Est q; diligēter animaduertēdū, Dñm dicere: facilius est camelum per foramē acus intrare, quam diuitē intrare in regnū coelorum. Facilius, inquit, quia ad hoc, vt camelus per foramē acus ingrediatur, sola Dei volūtas sufficit: ad hoc autem, vt diues ingrediatur in coelū, ipsius etiam diuitis volūtas requiritur, atq; opus est eum disponi, temporaliumq; bonorum amore exonerari: nec sola Dei volūtas (libero illi arbitrio remanēte) sat est. Beatus Hieronymus, & Erasmus super hęc verba dicunt, hic cameli nomine funem ex cameli pilis confectum intelligi. Et Theophylastus, Facilius est, inquit, camelū, idest, funē nauticum. Quæ expositiones mihi placent: maximē cum inter collationes, & similitudines conuenientiam esse oporteat. Ex quo apparet diuinū Saluatorē his verbis explicare voluisse quo

Hiero.
Erasm.
Theophy. su
per. Matth.
19. cap.

14 modo diuitem oporteat saluum fieri. Etenim quemadmodum funis dissolutus & in fila diuisus paulatim per foramen acus ingredi potest: sic diues si in fibras fuerit diuisus, hoc est, si cumulas diuitias misericorditer, pieque in pauperes distribuerit, ad diuinam misericordiam impetrandam, & in coelum ingrediendum aptē disponetur. Ipse quippe Dominus dixit: Beati misericordes, quoniam ipsi misericordiā consequētur. O quam felices nuncij sunt hi diuitibus, si eis vti voluerint. Nec vero ij, qui temporalium bonorum vbertate non affluunt, arbitrentur, se non teneri alijs pauperibus, quomodo poterūt subuenire. Pro uerbiū est circa hoc, quod tamē malē intelligitur, scilicet: Caritas bene ordinata incipit à se ipsa. Eleemosynā (dicet aliquis) erogabo, non tamē ita, vt ego in necessitatem deueniam.

Matth. 5.

15 Dico autem heroicū charitatis opus esse, quemquam alimoniam sibi subtrahere, eamq; egenis impendere. Et ita dixit sanctus Tobias filio suo. Quomodo potueris, ita esto misericors. Si multū tibi fuerit, abūdanter tribue: si exiguū, etiā hoc libenter impartiri stude. Vt B. Petrus audiuit Dñm inueni illi dixisse: Si vis perfectus esse, vade, & vēde omnia, quę habes, & da pauperibus, idest, si vis ad perfectionē esse dispositus (etenim Christiana perfectio in charitate consistit) quia ipse & alij Apostoli, quę possidebant, non vendiderant, sed ea reliquerant dubitans fortassis vtrum sic facientes rectē fecissent, dixit diuino Magistro. *Ecce nos reliquimus omnia & secuti sumus te, quid ergo erit nobis?* Quasi diceret: nos ea, quę possidebamus, non vendidimus,

Tobi. 4.

nec

nec pauperibus erogauimus, sed reliquimus. Nunquid hæc etiam ratione perfectionem consequi poterimus? Atque ex diuini magistri responsione inferitur, hæc etiam via perfectionem posse comparari. Iuuenem diuitias suas iam possidentem hortatur Dñs illa distrahere, ac pauperibus erogare. At B. Ioanni, atque Iacobo satis fuit patris sui hereditatem, quam nondum possidebant, reliquisse. Et Beatus Petrus pauperem habens socrum, & filiam, ea quæ possidebat, eis reliquit. Unde inferitur, iuuenem qui nondum paternas diuitias hereditauit, cum patrimonium suum vendere, ac pauperibus elargiri non possit, satis ad perfectionem disponi, si ea omnia, quæ sibi iure debebantur, vltro relinquat. Ideo loquens Dominus vniuersaliter de ijs, qui ipsius discipuli futuri erant, non dixit: Qui discipulus meus esse voluerit, vadat, & vendat omnia quæ habet: sed dixit: Qui non renūciat omnibus, quæ possidet, non potest meus esse discipulus. Etenim multi bona sua vendere nequeunt: alij autem consanguineos habent pauperes, quibus illa relinquunt. Diligenter hæc verba Beati Petri pensari oportet: in quibus omnis Euangelicæ legis perfectio inclusa delitescit. Peculiaris fuit huic glorioso Apostolo gratia in eo, quod breuibus verbis multa mysteria comprehendere nouit: qui nisi cœlesti dono esset affectus tot mysteria, & arcana tam breui sermone nesciret includere. Quando cœlesti Dño illius pedes abluere volenti contradixit, totam Christianam Theologiam his duobus verbis inclusit. Dñe (inquit) tu mihi lauas pedes? In his quippe duobus pronomiibus Dei cognitio, amor, debitaque obedientia, propriæque vilitatis cognitio significatur. Atque etiam cum Dominus interrogaret: Quem dicunt homines esse filium hominis: ille respondit: Tu es Christus filius Dei viui. Nihil amplius penes hoc mysterium dici poterat. Illum enim B. Petrus filium Dei viui appellans naturalē Dei filium nuncupauit. Quærentique Dño ab omnibus discipulis suis: Nūquid vos vultis abire? ipse cunctorum Apostolorum nomine respondit dicens: Dñe ad quæ ibimus? verba vitæ æternæ habes. Animaduertite vtrum satis breui sermone ineffabilem Iesu Christi excellentiam fuerit cōplexus. Nunc que dicens: Ecce nos reliquimus omnia, & secuti sumus te perfectionis fastigium descripsit, remque totius religionis Christianæ difficiliorem comprehendit. Etenim sicut malus se rerum omnium centrum efficit omnesque lineas ad seipsum tendere cupit,

& quic

Luc. 14.

Ioan. 6.

12 & quicquid diligit, sua causa diligit, Deum quippe, vxorem li-
beros, atq; diuitias propter semetipsum amat: sic iustus ad Deū
omnia dirigens cuncta, & seipsum ob Dei amorem, imitationē-
que deserit. Et hoc Christiana religio addit naturæ: videlicet, vt
tibi, cūctisq; appetitibus tuis renuncies: tuiq; loco Deus, eiusq;
amor & obediētia tibi dominetur. Quicquid est in Christo filio
Dei, mihi est. Paruulus natus est nobis, & filius datus est nobis,
ait Isaias. Et ita in omnib⁹ articulis fidei addi potest, mihi: De⁹ *Isai. 9.*
mihi, creator mihi, Dñs mihi, homo factus mihi, mortuus mihi
&c. Quare igitur ego Deo totus nō ero? Iusti, qui propius ad
Deū accesserūt, tāquā gratissimi eū in hoc amoris genere studio
siūs sunt imitati. Ideoq; D. Petrus suo, comitūq; suorū nomine
dicit: Ecce nos reliquim⁹ omnia, & secuti sumus te Et licet nihil
20 aliud, quā se ipsos reliquissent, hoc merito dicere possent. Quip-
pe qui seipsum relinquit omnia relinquit: qui verò se nondū ab-
negauit, parū adhuc effecit. Et idcirco cūm Dñs diceret: Qui ve- *Luc. 14.*
nit ad me, & non odit patrē suū, & matrē suā, & vxorē, & filios,
& fratres, & sorores: addidit, Adhuc autem, & animā suā: postea
cōclusit dicēs: Nō potest meus esse discipulus, nā hoc vltimum
præcipuum est. Quid est hoc quod summa bonitas hic ait? Ve-
nit ne filius Dei leges naturæ quas ipse cōdidit destruere? Cū ho-
minibus semetipsum parentesq; odio habere præcipiat, quos ip-
semet colere & obseruare imperauit: Nō certe sed in hoc nos do-
cere voluit ita nos ad obediendū Deo creatori nostro salutisque
nostræ autori teneri, vt omnia potius naturæ vincula seu leges
perfringamus, quā debitā ei obediētiā prætermittamus. Hoc est
31 vt potius patrē & matrem & cetera, quam Deum summum bo-
num relinquamus: & ad hoc omnes & singuli tenemur.

Iesus autē dixit illis: Amē dico vobis quod vos, qui secuti estis me &c.
Solū meminit hui⁹ quod eū sequuti sunt, nō vero quod omnia
tēporalia & trāsitoria pro eo dimiserūt. Illud enim (vt D. Hiero-
nym⁹ super hūc locū notat) etiā Ethnici philosophi fecerūt. De
Zenone philosopho ait Seneca dixisse cū totā rē suā familiarē *Seneca. libr.*
demersam audisset, Iubet me (inquit) fortuna expeditius philo-
sophari. Et Valerius Max. de Anaxagora scribit, cū in suam pa- *de Trāqui.*
triā post longissimā peregrinationē rediisset totamq; rem suā *Animi.*
deperditam ei nuntiaretur dixisse: Nō essem ego saluus, nisi ista *Val. Max.*
periissent. De Platone etiā legitur omnia cū ditissim⁹ esset post
habuisse

D. Hier.

Seneca. libr.
de Trāqui.
Animi.
Val. Max.

Crates Theb. habuisse & cōciues suos persuasisse vt quidquid haberēt renun-²²
 tiarent, ne ve aliquis quid priuatū possideret, sed omnia eis com-
 munita essent. Crates Thebanus magnā auri copiam in mare pro-
Diogen. iecit dicēs: Abite pessimę diuitię: ego submergā vos, ne submer-
 gar à vobis. Diogenes etiā quidquid habebat reliquit. Qui cū ni-
 hil præter vas, quo biberet, retinuisset conspecto quodā homine
 manibus aquā in os mittente, reliquit ac fregit dicens: nescie-
 bam quod natura dedisset mihi scyphum. Et Sanctus Hierony-
D. Hiero. in mus de Socrate philosopho ait: Socrates ille Thebanus homo
epi. ad Paul. quondam ditissimus cū ad philosophandum Athenas pergeret
 magnum auri pondus abiecit, nec putauit se posse virtutes si-
Cicero. 1. li. mul, & diuitias possidere. Et Tullius ait: Pecuniaz fugienda
de off. cupiditas est, nihil est enim tam angusti animi, quam amare
 diuitias, nihil honestius, quam ipsas contemnere, (*o que bofet à-23*
data tan grande es esta para nosotros.) Magnæ profecto confusionis
 notæ Christianis est nos à tali magistro institutos & edoctos
 non efficere quod philosophi lumine tantum naturali ducti præ-
 stiterunt, imò tam effrenata cupiditate diuitias inuestigare, quas
 illi contēperunt, atq; ob eas comparandas multos plurima at-
Ad ephes. que horribilia peccata committere. Apud Diuū Paulū vbi nos
5. c. legimus, Omnis fornicator, aut immundus, aut auarus, quod est
 idolorū seruitus, nō habet hereditatem in regno Christi & Dei
 alia translatio habet, Qui est idolorum seruus, & sic est in cōtex-
 tu Græco. Vbi apertius constat auaram peculiariter Apostolū
 appellasse idolorū seruū, significādo quā perniciosum hoc vitium
 sit maximè vērō quoniā ipsum mouet ad acquirendas opes, &
Psalms 100 facultates, quibus quā plurima alia vitia alūtur. Et ita inquit Da-
 uid, Superbo oculo & insatiabili corde cum hoc non edebam.
 Auarū vocat insatiabili corde, & ab hui⁹ cōsortio, eo quod perni-
 ciosissimū erat fugiebat, atq; itidē homo timens Deū facere de-
 bet. Sanctus Propheta superbiā cū auaritia cōiunxit, nā vt pluri-
 mū, alterum horū vitiorū ab alio emanare contingit, abundātia
 enim diuitiarum auide quæsitaram, quod communiter affert su-
 perbia est. Atque ita Diuus Paulus cum suo discipulo Timo-
*1. Ad Ti-*theo agens, quid nam diuitibus prædicaturus esset ait: Diuitibus
me. 6. c. huius seculi præcipe non sublime sapere. Ne eos suas opes relin-
 quere cogas, sed medere vitio, quod diuitijs cōmunicari solet, vi-
 delicet, superbię. Sufficeret certe scire hic Sanctū Apostolū ido-
 lo-

25. Iorū seruū auarū appellare, vt homo rationis particeps tā execra-
 bile vitiū odio haberet. Sed heu dolor, quod pleriq; tā exotā san-
 ctā paupertatē habēt, quod vt eā fugiāt, aurū, velut Deū adorent.
 Qui statuā aureā Nabuchodonosor nō adorabāt in ignē mittebā-
 tur. Quā fornacē ne ingrederentur omnes statuā adorauerūt prae-
 ter tres adoleſcentes, videlicet, Ananiam, Azariam, Misaelem:
 qui quoniam statuam adorare noluerunt in caminum ignis con-
 iecti sunt. Eodem modo ne homines in fornacem paupertatis,
 & inopiae ingrediantur (ita enim Dominus eam appellauit, di-
 cens: Elegi te in caminum paupertatis) paucissimi sunt, qui
 auream statuam (videlicet bona temporalia) non adorent. At q;
 huius modi cultus omnes ferē. Idololatræ sunt: siquidem cogita-
 tiones, vota, desideria, amorē, vitā, salutē, & omnia in huius ido-
 26. li obsequio & cultu collocant. Si vero dicatis, Si diuitiæ ret ma-
 jla inuehunt cur pristinis tēporibus Deus amicissimis suis, tātam
 eorum copiam suggessit, vt Abrahamo, Isaac, Iacob, Iob, & alijs
 quam plurimis, qui vt ex sacra scriptura constat omnium rerum
 copijs ditati fuerunt? Ad hoc respondeo qd discrimen quod inter
 nos, & illos integerrimos sanctos versatur est, quod inter
 vas luteum coctum, & incoctum interest. Vas luteum incoctū
 cuiuscūque rei adiūgatur ei, adherescit, siue pulueri, siue paleis, aut
 alijs huiusmodi, coctum autem nequaquā. Sic illi veteres Patres
 itā diuini amoris igne cocti erant, vt bonis tēporalibus, quę pos-
 sidebant non inficerentur, nec eis adherescerēt. Nunc autem tā
 crudi, & incocti sumus, tamq; sine diuini amoris igne, vt bonis tē-
 poralibus adherentes eas sine modo diligamus: idē optimū
 27. consiliū est ea omnia relinquere eisq; renuntiare. Vasi oleum
 continenti, quantū vis maxima aqua copia infundatur nihil ta-
 men ei nocet, oleū enim sine vlla sui cum aqua cōmixtione, sur-
 sum tendit; at verō si aqua vino infundatur continuo illi misce-
 tur, & suam vim, atq; vigorem, & etiam saporem, deperdit. Pa-
 tres illi antiqui iustar Olei fuerūt, qui nunquam commixti, a ut
 corrupti sunt nimia bonorum temporalium aqua, quæ Deus il-
 lis tribuebat, semper enim illi sicut oleum super aquam ensta-
 bant, dominantes diuitijs, & non dominati ab eis, nos verō qua-
 si vinum sumus, qui statim maximo studio & auiditate bono-
 rum temporalium aque immiscescimus, quibus vim, virtutem, at-
 que fortitudinem denique saporem amittimus, & Deo Opt.

Danie. 3.

Isai. 48.

Simile.

Simile.

Max. infulsi manemus: Idcirco, quemadmodū vino, vt cōserue-²⁸
 tur aquā non infundere oportet, ita vt nos in virtute cōseruemur
 optimū remediū extat omnia huius sēculi trāsitoria relinquere.
 In Leuitico præcepit Deus, vt primitiæ tritici sibi offerrentur, q̄
 si messes adhuc virides essent igne torrerētur, vt triticū puluere,
 & palea purgatū remaneret. Quo significatum fuit Deo gratissi-
 mum esse hominē illi se offerre puluere, & palea excussū, hoc
 est, terrenis & perituris bonis expeditū. Ceterū, quia ipse homo
 cōcupiscētia viret his paleis, hisq; bonis temporalibus valde ad-
 heret, affectusq; est: ideoq; necessum est, vt ignē diuini amoris in-
 quirat, qui eius cor torreat, & deficcet, vt facile, & suauiter ab illis
 se expediat, & cū D. Petro iure proclamare possit, *Ecce nos reliqui-*
mus omnia. Veruntamē frater, ne per hoc duntaxat omnia adim-
 plesse existimes: præcipuū enim tibi faciendū reliquū est, videli-²⁹
 cet, *Sequuti sumuste.* Vnde diuinus magister huius præcipue memi-
 nit dicens: Vos, qui sequuti estis me, &c. Experiētia nobis cōper-
 tū est q̄ vmbra corpus, & substantiā causantē ipsam sequitur. Si
 enim illud incedit, & progreditur, ipsa etiā, si sistit, sistit, si bra-
 chia erigit ipsa quoq; si illa demittit idē ipsa efficit, quot deniq;
 gesticulationes corpus efficit tot ipsa quoq; imitatur. Christus
 Redēptor noster est substantia, nos autē vmbra eius, ideo quod ipse
 facit nos facere oportet. Ille se abiicit, & demisit, idē nos præsta-
 re conemur, ille vsq; ad crucis mortem obediuit, ille grauissimas
 ignominix notas, & impropria æquissime pertulit, ille suū eter-
 num patrem puro, & simplici corde pro inimicis suis exorauit:
 illum pro viribus nostris in his omnibus sequamur, quoniam au-
 xilium ex eius parte nobis non deerit. Magnum profecto stupo-³⁰
 rem incuteret, vmbra elatam cernere, & substantiam, quæ illam
 efficit terram vsq; deiectam, & humi prostratam. O Christe ve-
 re humilitatis magister, cur te tam contemptum, & despectum
 in miseræ & mortalis vitæ cursu aspicere non obstupescimus,
 qui tam mitis, mansuetus, & humilis extitisti, nos vero contra,
 tam elatos, arrogantes & impatientes cernere, qui vmbra tua
 sumus? Aperi obsecro domine oculos nostros, illustra atque ex-
 cita nos, vt tanto malo remedium adhibeamus, teque verissima
 imitatione sequamur. Sicut portauimus, inquit Apostolus
 imaginem terreni, portemus & imaginem cœlestis, terreni,
 id est, Adā. Et sic, vbi nos legimus: Sū ego ex genere terreno, alia
 trans-

Leu. 2.

Simile.

1. Ad Cor.
15.

32 translatio habet, Sū ego, ex genere terreni illius, qui prior factus est. Igitur sicut hactenus illū Adamū terrenū imitati sumus, imitemur modo nostrisq; animis, & corporibus, illius coelestis magistri Iesu Christi imaginē imprimamus, ita, vt qui nos aspexerit in modestia, & mā suetudine nostra, nos Iesu Christi dñi sectatores esse cognoscat, vt hic gloriosissimus sanctus fuit, cuius hodie nū festū sacrosancta mater Ecclesia agit, de quo illud Ecclesiastici dicere possumus: Dilectus Deo & hominibus, cuius memoria in benedictione est. Hoc est, talis eius vita, & facta extiterunt, vt solū illius recordatio ad benedicendū Deum, qui eū talē fecit commoueat, nec nō & ipsum qui diuinis fauoribus, & auxilijs sic vti nouit. In fide & lenitate ipsius sanctum fecit illū, & elegit eū ex omni carne. Vbi nos legimus, speciē Iacob, quā dilexit, alia translatio habet, speciē Iacob, quē dilexit. In quo denotatur Deū virtutem, & spiritualem decorem adamare & illum, qui eam diligit, summo amore prosequi, atq; ideo dilectus Deo vocatur. Ad huius igitur gloriosissimi viri imitationem, qui sicut, & nos oīsibus & carne compactus fuit, nostrum supremum iudicem Iesum Christum sequamur. Vt gratia pleni, gloria cum ipso perfrui mereamur, ad quam nos perducatur Iesus Mariæ filius. Amen.

Sapient. 7.

Eccli. 45.

Psal. 46.

In eodem Communi Confessorum non Pontificum Concio Secunda.

Ecce nos reliquimus omnia, & sequuti sumus, te quid ergo erit nobis? Matth. 19.



Gloriosus Apostolus Paulus de promissionibus à Deo Abrahamæ patriarchæ factis agens inquit Abrahamæ promittens Deus, quoniam neminem habuit, per quē iuraret maiorem iurauit per semetipsum dicens: Benedicens benedicam te & multiplicans multiplicabo te, & sic longanimiter ferens adeptus est repromissionem. Et paulò inferius: In quo abundantius volens Deus ostendere pollicitationes hæredibus immobilitatem consilij sui, interposuit iusiurandum. Vt per duas res immobiles, quibus impossibile est Deū mentiri, fortissimum solatium habeamus,

Hebr. 6.

qui confugimus ad tenendam propositam spem, quam sicut an-
 choram animæ habemus tutam, ac firmam, & incedentes usque
 ad interiora velaminis, ubi præcursor pro nobis introiuit Iesus
 secundum ordinem Melchisedec Pontifex factus in æternum.
 Dux res immobiles sunt, altera Deum incommutabilem esse, qui
 mentiri non potest, altera verò ipsummet Deum iurasse. At qui
 his dum ab utrebus tam firmis, ait diuinus Apostolus, voluisse Deum
 corda nostra confirmare ad tenendam propositam spem. Perpendite di-
 ligenter verbum hoc: Ad tenendam spem: quo spem faciem peccatorum fu-
 gere significatur. Et te o homo oportet per virtutem decurrere, ex-
 peditis & emissis à te peccatis, & hoc modo eam ne effluat retinere
 Dei promissis, & Iesu Christo eius filio, qui ante stat, confusus. Hæc
 enim spes est quæ penitentem ad interiora velaminis ducit, id est,
 usque ad gloriam. Hic alludit ad velum, quod in templo ante sancta san-
 ctorum erat, quo soli summo sacerdoti ingredi licebat, quod gloriam
 præfigurabat in quam solummodo summus sacerdos Iesus Chri-
 stus ingreditur. Etenim ut ipsemet dixit: Nemo ascendit in cœ-
 lum nisi filius hominis, qui est in cœlo. In omnibus enim cœlum in-
 gredientibus dicitur Christum intrare, quia omnes eius meritis ad-
 iuti illuc ingrediuntur. Cum generosus quidam eques ad regem in-
 cubiculum suum alloquendum ingreditur, omnis famulorum comitatus
 foris manet, solus affecla, id est, [Ebr. page de falda] qui oram indumē-
 ti portat cum eo introeundi facultatem habet. De supremo Principe
 Iesu Christo ait idem Apostolus: Introiuit semel in sancta æter-
 na redemptione inuenta, & omni illi, qui tanquam affecla eius in-
 dumēti sumbria portat cum eo simul ingredi licet. Hæc ora est, quæ
 dā pars indumenti humi procidens, & quæ vestis superest, quod
 autem sacratissimæ Christi humanitati superest, (quo veluti indu-
 mēto ipsum diuinum verbum vestitum est) vitæ ipsius passionis & mot-
 tis merita infinita sunt. Illis enim nullam sibi meruit gratiam, neque
 gloriam essentialē: accidentalē vero tam magno merito paruum præ-
 miū est. Ille ergo, qui propria industria, & dispositione, horum sa-
 cratissimorum meritorum participem se reddiderit, hic ora affecla est,
 qui eam humi cadere non patitur, & hic cum summo principe Iesu
 Christo in diuinum æterni patris conspectu introibit. Et quavis hic
 dicat ut fortissimum solatiū habeam, hæc spem consequentes (ut etiā
 ad Romanos affirmat dicens: spe gaudentes. Hoc est peccatis li-
 beros & expurgatos vos videntes, & in via Domini ambulantes spe
 viua

Ioa. 3.

Simile.

Hebr. 4.

Roman. 12.

5 *vinum in cœlū eundi lætamini) cæterum hoc solatiū & lætitia sit*
 vt dixit Dauid: Lætetur cor meū, vt timeat nomē tuū. Quod pe
 riunde est ac si diceret: Ita Dñe me venia frui facito, vt nūquā hinc
 timore, & culpę formidine maneat. ¶ Hebręis, trāsmissō mari, &
 hostibus interēptis, adhuc tñ quā plurima bella, cōcertationes,
 & repugnātię residuę fuerūt ad illā promissā terrā possidēdā, sic
 erū tsemper, & iustis prælia, & cōtradictiones donec in gloria se
 cernant. Atq; ideò eis semper timore cōcuti cōuenit. Et quē ad
 modū quōdā Deus Patriarchā Abrahā, eiusq; posteros in eo cō
 solari voluit, itā modo idē Deus humanatus eius Sāctos Aposto
 los, & oēs eorū sectatores huius sacrosancti Euāgelij promissis
 iureiurādo factis cōsolari voluit, dicēs: *Amen dico vobis, quod vos*
 6 *qui secuti estis me. &c. Et omnis qui reliquerit domū. &c.* D. Mattheus
 narrat Simonē Petrū ad Iesum dixisse: *Ecce nos reliquimus omnia*
& sequuti sumus te, quid ergo erit nobis? O foelices, & beatos, qui hoc
 verē dicere possunt. Omnia fratres charissimi relicturi estis sal
 tim peccata, & mala, nō dimidiā Deo, dimidiā verō partē mūdo
 daturi estis. Homines castos, & nemini detrahētes videas, qui rē
 sacrā audire & cōcioni interesse nullatenus omittēt, alias verò
 in seruādis rebus auari, & in debitis exigēdis tyranni existunt.
 Alios castos & liberales videas, & vt videtur omni virtute præ
 ditos, sed sub his dotibus terribilē quādā, & vrgētissimā oisibus
 adhærentē ambitionē habēt. Et hi qui partim aliquod huiusmo
 di bonū obtinēt, statū quodāmodo periculosiorē habēt. Nā quā
 uis absolutē loquēdo peior ille sit, qui omnino malus est, quā q
 ex parte bonus tñ quātū ad hūc articulū remedij horū, deterior
 7 est, qui ex parte bonus est, nā malū iniquitatū suarū deformitas
 ab illis exire cōpellit autiuuat. Et hoc est q̄ S. Hier. ait Arguet
 te malitia tua, & auersio tua increpabit te. Alius verò bonis quæ
 agit fretas valde securus vinit. Piscator, qui funiculū in mare mit
 tit, et si piscē ad hamū accedere sentiat, & ore pertingere cibū,
 nō statim funiculū subtrahit, imò potius amplius protēdit, vt pi
 scis melius hamū glutiat, post quā verò optime prehēsum habet
 illū extrahit. Ita dē mō sæpe chordā peccatori mittit, & funē ex
 tēdit, & vt bene operetur permittit, vt sic malorū cōmissorū obli
 tus, eū melius catenatū & cōpeditū habeat. Hoc passio vincitum
 Herodē habebat, de quo S. Marcus inquit: Libēter D. Ioan. cō
 ciones audiebat: & audito eo multa faciebat. Habebat eū Satha
 8 *nas carnishamq; cuius fratris vxore ligatū, alias cōciones audiebat,*
 Sanct. j. pars. x 3 bat,

Psal. 85.

Iere. 2.

Simile.

Marc. 6.

bat, & bona operabatur. Quid nā obsecro illa bona Herodi pro-
 ficiebāt? Videlicet, ne agnosceret mala, quæ perpetrabat, & ita
 illū diabolus sibi deuinctiorē habebat. In Leuitico præcipiebat
 Deus: Si operuerit lepra omnē carnē à capite vsq; ad pedes, cō-
 siderabit eū sacerdos, & teneri lepra mundissima iudicabit: & id
 circo homo mūdus erit. Quando vero caro viuēs in eo apparue-
 rit, tunc sacerdotis iudicio polluetur, & inter immundos reputa-
 bitur. Res est certe admiratione dignissima, vt si homo totū cor-
 pus lepra plenū absq; aliqua parte sana haberet à sacerdote san-
 iudicaretur, ceterū, si aliquas partes sanas, aliquas verò infectas
 haberet, ægerimus iudicaretur. Videtur in hoc Dñm significa-
 re voluisse maius periculū esse aliquod bonitatis specimē homi-
 nem habere, quam omnino malū esse. Hęc enim omnimoda im-
 probitas, confundi, conuertiq; facit habentē eam. Ideo Hebræis
 S. Ieremias dicebat: Nolite confidere in verbis mēdacij dicētes:
 Templum Dñi, templū Dñi est. Persuadebant sibi miseri se esse
 securissimos, & sanctos, quoniā boues in tēplo offerēdos occide-
 bant, grauissima alioquin peccata cōmittentes. De Samaritanis
 sacra scriptura refert, qui Deū habentes, simul idola colebāt. In-
 tolerabilis atq; horrenda abominatio est, ex parte Deo seruire
 velle, alia vero ex parte turpissimos appetitus explere, eisq; vel-
 le satisfacere, cuius rei mūdus plenus est. Quendā globulos pre-
 catorios, id est, (Rosario) prolixè voluentem videbitis, alias tamen
 cor mundo & dæmoni tradētem. Quanquā Philistæi maxime
 conati sunt, nunquā tamen efficere valuerunt, vt Dagonis idolū
 & arca Dñi simul in vno altari consisterent. Nō patitur Deus vi-
 tia coli, vbi ipse met adoratur. Quid quæso prodest, ciuitate hor-
 ribus obfessa omnes fores intercludi, & custodiri, si quoddā dū-
 taxat posticū apertū relinquitur, isto inimici inuadēt, & expug-
 nabūt urbē. Eadem ratione licet omnia ossia vitijs omnibus ho-
 mo includat, si tamen cōsensum soli ambitioni, aut luxuriæ, aut
 inuidiæ patefaciat, istud tantū vitiū ad inferos illum deducet.
 Mortem subitam, & impronisam (quod maximū sub celo ma-
 lū est) Ananias & Saphira obierunt, vt in actibus Apost. habe-
 tur, quoniā partē rei suæ ad pedes Apostolorū proiecerūt, par-
 tem autē cōtra maiorum decreta sibi seruauerunt. O quot sunt
 hodie in mundo, etiā in monachorum familijs, qui volūtatis par-
 ti renuntiant, partē tamē sibi retinent suis præpositis aliquibus
 in rebus obsecundantes in alijs vero nō, qui quidem in maximo
 salatis

Leuit. 13.

Ierc. 7.

2. Reg. 17.

2. Reg. 5.

Simile.

Act. 5.

salutis suae discrimine versantur. De D. Ioannis parentibus ait S. *Luc. 11*
 Lucas: Erant ambo incedentes in omnibus mandatis, & iustitia- *Psal. 118*
 tionibus Domini. Et Regius David dicebat. Ad omnia man-
 data tua dirigebar, omnem viam inquam odio habui. Ecce ius-
 titiae perfectio, & complementum, videlicet, hominem ab omni
 malo se amouere, omneq; bonum, ad quod tenetur, agere, vt ergo
 omnia mala relinquere valeamus, magni refert, plurimumq; te-
 nuat, temporalia bona possidere, quae offendicula sunt & occa-
 sio ad incidendum in mala. Vnde D. Paulus discipulum suum
 Timotheum his verbis commonet dicens: Diuitibus huic igu- *1. Tim. 6*
 li praecipere non sublime sapere, nec sperare in incerto diuitiarum
 sed in Deo viuo (qui praestat nobis omnia ab eade ad fruendum)
 bene agere, diuites fieri in bonis operibus, facile tribuere, comu-
 nicare, thesaurizare sibi fundamentum bonum in futurum, vt ap-
 prehendant bonam vitam. O caelestem doctrinam eam spiritus
 sanctus in diuitum, & pauperum cordibus pro eius misericordia
 imprimat: quando quidem omnibus per necessaria est. Vnum-
 quodq; per se verbum magna animaduersione dignissimum est.
 Doce inquit, huius saeculi praepotentes, ne efferaentur, & super-
 biant eo quod se diuites videant, ne ve spe in incertis diuitijs col-
 locent, quae earum possessorem opportuno tempore deserunt, vi-
 delicet mortis tempore, quando auxiliu ei praestitura erant. Prae-
 cipe (inquit) vt numismata thesaurizent, quae in illa patria in usu
 habentur. Si in terra quadam essetis, vbi pro moneta, testulas
 quasdam seu lapillos incelae assumerent, contra vero aurum, & *Simile*
 geminae vilipenderentur, postea vero in Hispaniam, vbi ve-
 stratio, vestraque domus est, redituri essetis, nonne ingetis
 amentia esset, plurimum illorum lapillorum, & rerum iu-
 dicatarum magnam copiam colligere, non vero aurum, & gem-
 mas, quae magno pretio in Hispania habentur? Aduerte fra-
 tres hoc aurum, & argentum, quae hic tanta estimatis, quid in alia
 vita valere putatis? Nihil omnino, non plus illic quam lapilli ma-
 nutissimi valent. Et contra ieiunia, vigiliae, orationes, elemosy-
 nae sunt moneta, quae veritate & plurimum valet in caelo, his re-
 bus illic sedes, & domicilium locatur. Opera enim illorum se- *Apo. 14*
 quuntur illos. Magnum itaque deliramentum profecto est, se homi-
 nes auro & argento onerare, quae licet alicuius momenti in hoc
 saeculo sint, in alio vero nihil omnino valent, & ob id diuitijs
 illis valentibus non se ditare, virtutibus inquam. Ob id dico,

quoniã vnũ ex præcipuis cœlestis viæ obstaculis opes esse existi-
 14
 timo, quarũ cupiditas plurimos obcœcatos tenet, vt sanctus Hie-
 6. Hier. 6. remias amare flebat dicẽs: A minore quippe vsq; ad maiorẽ om-
 nes auaritiæ studẽt. Horũ omnia negotia, & cogitationes sunt,
 qualiter diuites fiãt, hoc diebus noctibusq; cogitãt, ex omnibus
 mundi statibus, quã plures diræ auaritiæ discipulos inuenietis.
 Hęc ius effringi, iustitiã violari, leges reflecti, vřuras cõmitti, ve-
 rũq; negari efficit. Hęc dolos, fraudes, passionesq; iniquas fieri
 docet propter illa deniq; maxima ex parte mũdus peruersus est.
 O Deus maiestatis infinite, quid nã est hoc Dñe, vt tua omnipo-
 tentia patiatur auaritiã tecũ disceptare, & vt pecunia parẽ se ti-
 bi æqualẽq; reddat: id est, (*que se ponga a tu por tu contigo,*) & tibi in
 mundo præstet? Plures animas quã tu ipse lucretur? Maior deni-
 q; pecuniã, quã te multitudo sequatur? O miserorũ filiorũ Adũ 15
 summã infelicitatẽ, qui ad talẽ statũ deuenerũt. Nec solũ diui-
 3. Reg. 12. 13. tiarũ maledictus amor, præcepta diuina infringere, sed etiã sepe
 fidẽ amittere facit, vt in illo iniquo Rege Ieroboã apparet, De
 quo sacer textus cõmemorat, qui ne decẽ tribus Israel Hieroso-
 lymã petẽtes, vt adorarẽt in tẽplo, eiusq; legẽ & obseruantiaã ada-
 mãtes ibi remanerẽt, aut aduersus eũ rebellarẽt, hincq; ipse suos
 redditus & vectigalia amitteret, obediẽtia veri Dei (qui eũ Regẽ
 fecerat) & fide omiřsa, idola cõflare, & loca, in quibus ea popu-
 lus, sicut & aliæ gentes coleret, præparari imperauit, nõ autẽ cõ-
 uenirẽt in Hierusalẽ, vt in tẽplo verũ Deũ adorarent. Et quan-
 quã, vt ibidẽ enarratur ad illũ cõuertendũ edidit Deus prodigia
 quæ ad lapides cõuertẽdos sufficerent, nihilominus maledictus
 Rex semper in sua improbitate perseuerauit, tata est auaritiẽ vis, 16
 Quod sanctus propheta optime denotauit: qui cognoscẽs cũ re-
 ge loqui vanũ fore & inutile, ad saxa, & altare sermonẽ cõuertit
 dicẽs: Altare altare hęc dicit dñs. Et quãquã prophetẽ verbis al-
 tare scissum est, non fuit scissum cor regis, nec quia eius manus
 tunc exaruit, sanitařque ei Prophetarũ precibus restituta.

Auertat à nobis Deus tã dirã pestẽ, qualis auaritia est. Idcirco
 D. Petro eiusq; socijs visum est (& meritò quidẽ) maximi inte-
 resse omnia dimittere ad supremũ seruatorẽ sequẽdũ. Vnde ait:
 Ecce nos reliquimus omnia, & sequuti sumus te. Illud, Ecce, prõptitudi-
 nẽ volũtatẽq; denotat, qua omnibus relictis, dñm secuti fuere,
 1. Paral. 28 qđ eius diuinæ maiestati gratissimũ est. Vnde sanctus Dauid Sa-
 lomoni eius filio dixit: Tu autẽ Salomõ fili mi, scito Deũ patris

17 tui, & serui ei corde perfecto, & animo volūtario, omnia enim corda scrutatur Dñs, & vniuersas mētīū cogitationes intelligit. Quasi diceret: Plus Deus animū, volūtate prōptitudinēq; quibus ab hominibus ministratur inspicit, quā exhibita sibi obsequia. Et prius dicit: *Reliquimus omnia.* Postea vero addit: *Et sequi*

Simile.

18 facili, docili, tractabili, ab amoreq; humano lōge remotus, ad omnia deniq; a Deo opt. max. praecepta paratus: hoc enim est mūdū relinquere. Corpus nāq; ab illo tollere, nō nisi morte fieri potest: nec te eius poeniteat. Nāq; in domo Labā maximas diuitias sanctus Iacob lacratu fuit, quibus in patria sua vltus est, & cū illis ē Mesopotamia egressus est. Sic in hoc mūdo facultates, quibus in nostrā vera patria, quae est sempiterna foelicitas fruituri sumus lucrari debemus, quare hic nos immorari & viuere ne doleamus. Ceterū frater, ne affectu aut deūderio hic maneat, nec secundū legē Laban vitam agas, veluti Iacob secundū eā nō agebat. Qui licet Laban & omnes illius terrae incolae idololatrae essent, tamē vir sanctus idololatriā cū eis nō exercebat. Sic tu quāuis in hoc seculo viuas, & in eo quam plures Idololatrae cōspicias,

Gene. 31.

19 ne iuxta mūdi regulas viuas, nec, vt illi idololatra sis.

Iesus autē dixit illis. Amē dico vobis, quod vos, qui secuti estis me in re generatione &c. sedebitis, & vos super sedes duodecim Iudicantes duodecim tribus Israel. O benedictus & glorificatus sit talis Deus, qui itā sibi exhibita seruitia persoluit & gratificat. Eritis inquit simul

Isai. 34.

meum iudices. O admirabilem seruorum Dei excellentiam qui in illo tremendo atq; horribili die (de quo. S. Isaias inquit:) Cōplicabuntur sicut liber caeli, & omnis militia eorū defluet, sicut defluit folium de vinea & de ficu, vel, vt septuaginta interp. transtulerūt. stellae defluēt in similitudinē foliorū quae appropinquante frigore aëria, ac cōtracta de vinea & ficu defluunt quoniam inebriatus est in caelo gladius meus, quando improbi maximo timore perterriti fuerint, ipsū verò tanta quiete & cōsolatione

Sapient. 1.

itione cū vniuersali iudice ad illius diffinitiuā sententiā approbāda
dā confidebūt. Nec sola de sanctis Apostolis hoc, sed etiam de
omnibus iustis dicitur: Stabūt iusti in magna cōstantia aduersus
eos, qui se angustiauerūt, & qui abstulerunt labores eorū. Agite
ergo serui Dei, bono animo estote ad patiendū pro tā bono dno
hi potissimū, qui munus Apostolicū geritis, aut animarū curā
habetis seu familiae, bene locatos (*Por bien empleados*) quoscūque
pro animarum & proximorum salute labores susceptos exul-
imate. Nolite quāso persecutiones, quibus ob id oppressi fueritis
attēdere, sed dñm potius intuemini, ob quem eas patimini, qui
sanctis Apostolis & omnibus iustis, qui eius amore aliquid per-
pessi fuerint talem promissionē facit.

Et vltterius subiungit. *Et omnis qui reliquerit domū, vel fratres, aut
sorores &c. propter nomē meū centuplum accipiet & vitā eternam possi-*
debit. Dicit aliquis: per gratū est mihi, vt mihi Deus centuplū tri-
buat, videlicet, agros centū pro vno, domos cētū pro vna: sed, vt
centū pro vno patres mihi donet, grauissimū est. Etenim patrē
solū, quē habeo senē, quoniā me obiurgat tolerare nequeo, quid
si cētum mihi parētes sūt? Quod si centū mihi fratres dederit,
quid faciā? Duos quos habeo Deū precor, vt Monachalē vitā, p-
fiteatur, & ita solus maneā. Quid si centū mihi essent efficerē?
Quod si cētū mihi sorores daret graue mihi esset? vnā siquidē dū
taxat, quā habeo, nescio quomodo nuptui tradā, nā ita dotes cre-
uerūt, vt omnis patris mei substantia illi nō sufficiat. Deniq; cē-
tū vxores quis ferre poterit, cū vna vix tolerari possit? Dico igitur
has diuinas promissiones, nō ita crasse, & carnaliter intelligē-
das esse, sed Deū hic tibi largiturū, quod cēties plus valeat, et
plurimū quod pro Deo relinquis pendatur, postea vero aternā
vitā. D. Bernar. in hęc verba inquit, Arbitror verba lectionis hu-
ius ea esse, de quib⁹ ad immortalē spōsum a finibus terrę clamat
ecclesia. Propter verba labiorū tuorū ego custodiui vias duras.
Hęc nēpe sunt verba, quæ cōtēptū mundi in vniuerso mundo,
& voluntariā peccatafere hominibus paupertatē. Hęc sunt, quæ
monachis claustra replēt, deserta Anachoretis. Hęc, inquā, sunt
verba, quæ Aegyptū expoliāt, & optima quæq; eius vasa diripi-
piūt. Hęc sermo viuus, & efficacis cōuertēs animas fœlici a mula-
tione sanctitatis, & veritati promissione fidelis. Hęc verba fa-
ciūt etiā, sicut D. Augu. inquit, multa hominū millia hilari ani-
mo sequi id, qđ ille adolescens, qui ad Dñm interrogandū acces-
sit.

D. Bern.

D. August.
ca. 33.

23 fit: quid nā faceret ad salutē assequendā, vix, nisi maxīma animi acerbitate audire potuit, videlicet, cū ei diceretur: Si vis perfectus esse vade, & vēde omnia, quæ habes, & da pauperibus, & veni & sequere me. In Genesi legitur Patriarchā Isaac Iacob filio suo benedixisse dicens: Det tibi Deus de rore cœli, & de pinguedine terræ, abūdantiā frumēti, & vini, & seruiāt tibi populi. In qua benedictione ita Deus perseverauit, vt cū illa filios Israel ad legis suæ obseruantīā cōmoueret. Hic literalis sensus est illorum carminū Davidis: *Visitasti terrā, & inebriasti eam, multiplicasti locupletare eā. Flumen Dei repletū est aquis, parasti cibū illorū &c. vsq; in finē psalmi.* In quibus verbis sanctus David inter præcipuas illius populi Deo seruicēdi obligationes rerū abūdantiā, quæ ad victum necessaria erant, cōmemorat. Quæ igitur tanta

24 mutatio hæc est? Vt ipsemet Deus, ita benedictionem cōmutet vt loco afiluentiæ famem, & inopiam, loco diuitiarum paupertatem, loco imperij subiectionem tribuat? Respondeo, voluisse Deum vim spiritus sui, quo intrat ostendere, quidq; aduentus eius in terras operetur: siquidem antea tot bona temporalia pollicens, eaq; distribuens, per paucos, qui ei seruirent, reperiebat, Modò verò ad res sensualitati tam aduersas vocās plurimos, qui sese omnino eius obsequio deuocant inuenit. Et etiā vt confundantur, qui hanc viā nō sequuntur, cernentes (*que no acaba Dios cō ellos*) ne aliena desiderēt (*acabando con otros,*) vt propria relinquāt. Nā quæ admodū semē licet totū idē sit, fructū tamē secundū terrā vbi incidit affert, quæ admodū Dñs dixit. Ita hoc verbū scilicet, & omnis qui reliquerit dñm &c. quanuis totū vnū sit, & spiritus, qui cōmunicatur, vnus & idem, tamē quia corda, in quibus seminatur, diuersa sunt, ita dissimiles effectus producit. Quare veritas dura est tibi, (quidam sapiens dixit) nisi propter duritiam cordis tui? Ostendite mihi mollia & suauia corda, & legem Dei illis suauem esse vobis dabo. Velut pene innumeris viris fuit, qui hoc diuinum verbum custodientes gloriosum patriarcham sanctum Benedictum sequuti sunt, cuius hodiernum festum Ecclesia celebrat. Hic cœlestis vir, quoddam stratum iter lucidum valde, & latissimū vidit, ab eius cella vsque ad cœlum protensum, quo animarum innumera multitudo scandebat. In quo quidem ei Deus reuelauit innumeram gentis multitudinem, quæ ab eodem conuertenda, & ad diuinam obedientiā traducēda erat. Siquidē, vt Tritemius refert ex eius sacro or

Gene. 27.

Psal. 64.

Simile

Luc. 8.

Pro. 3. Benedicto.

Tritemius
dine

dine quindecim millia & sexcenti in sanctorum numerum relati ex-
 titerunt. Nec non quindecim millia, & septingenti doctores no-
 minati, & cogniti, praeter alios, quos consequi non potuit. Et qua-
 draginta septem summi Pontifices, quorum plurimi sancti fuerunt,
 Et in cuiusdam grauisissimi doctoris scriptura memini me legisse
 in eodem sacro instituto centum, & duodecim imperatores, & unum,
 & Viginti reges extitisse, qui imperijs regalibusque sceptris omif-
 sis, ea vili & pauperculo cucullo commutauerunt. Et multo pra-
 stantiorum magnitudinem in Christi paupertatem inclusam inuen-
 nerunt, quam in sceptris regijs. Inter quos celeberrimi fuerunt Rex
 Bamba Hispaniarum anno domini. 670. & Ramirus Aragoniae
 rex, anno. 1147. O mirabilis unius duntaxat sancti viri fructus.
 Sed quaero, cur hi imperatores, & Reges sua regna relinquebant
 cum Rex pius tantam occasionem habeat, ad maxima obsequia
 Deo praestandum, Regnum, videlicet, moderando, vitiaque ab
 eo exterminando? Quia, ut Sapiens ait: Rex sapiens populi sta-
 bilimentum erit? Dico primo, maiorem sapientiam esse homi-
 nem solum certam salutem facere, quam eam periculo cum mul-
 tis exponere. Et planum est maiorem quietem obtinere mona-
 chum in solitudine & in monasterij inclusione, quam regem in
 regni gubernatione. Secundo dico, quod quamuis bona, quae in
 officijs publicis sunt maxima sint, sublimior tamen virtus est,
 ea postquam acquisita fuerint relinquere, quam illis bene uti.
 Nam ad optime illis fruendum saepe numero mundus, & pro-
 prius honor conferunt. Caterum ad relinquendum, maximo ani-
 mi robore, maximaque virtute opus est, nec non & auxilio Dei ef-
 ficacissimo, ut patet de adolescente, qui dixit, se a iuuetute sua
 omnia diuina mandata seruasse, & verum dicebat. Nam D. Mar-
 cus inquit Dominum illum intuitum dilexisse, & in obseruan-
 tia mandatorum bonus rei familiaris, & honoris usus contineba-
 tur. Veruntamen virtus, quae his omnibus satis erat, nequaquam
 ut diuitijs renuntiaret, suffecit, siquidem admonente eum domino,
 ut eas relinqueret tristatus est, & abiit tristis. Ut igitur hoc diui-
 num verbum, quod tantum potuit apud illorum sanctorum vi-
 rorum corda, apud nostra efficiat, omni peccato ea purgemus, san-
 ctissimisque exercitijs excolamus. Et ita eorum socij hic erimus
 in virtute & gratia, postea vero in beatitudinis gloria. Ad quam
 nos perducatur Iesus Mariae filius, qui cum patre &c. Amen.

Sap. 6.

Marc.

In eodē Cōmuni Confessorū, non Pontificū Concio Tertia.

Ecce nos reliquimus omnia & secuti sumus te. quid ergo erit nobis? &c. Matth. 19.



De rebus, quæ mihi animaduersione digniores videntur in festis, quæ cuiuscūq; sancto celebramus, illa vna est (quæ an in mentem vestrā quando ea celebratis inciderit ignoro) videlicet, quod propriæ festiuitates vitæ conatū seu intētū nostrū cōdē-

nant. Etenim, si vos interrogē, quid nā vos moueat, vt tāto apparatu, & sumptu festū hoc celebretis tantū tēporis insumentes in operiēdo & tapetibus pretiosissimis sanctissimū hoc tēplū adorando, sicut cernimus tā magnifice decoratū: dicetis vtique; spiritū, quo sanctus hic mūdi res contemnere modosque ac rationes, quæ inquirere nouit ad illū melius imitādū, qui pro eo crucis patibulū subiit, vos mouere. Quod si in iudicio vobiscū intretis, vosque interrogetis de fundamētis & cogitationib⁹, quibus, nitimini omnia ad hoc esse cognoscetis, scilicet, quonāmodo, quod ipse cōtēpsit cōsequamini, & quod ipse amplex⁹ fuit abijciatis. Vestri enim præcipui conat⁹, in quib⁹ dies noctesque collocatis sunt, quo pacto diuites, nobiles, lauti, & delicati eritis. Patet ergo hos tapetes, & oēs hui⁹ diei apparatus, cogitationes, moliminaque; vestra cō-

demnare, ita, vt illud Sapientis dicere possimus: condēnat autē iustus mortuus viuos impios, & inuentus celerius cōsummata lōgā vitā iniusti hoc est, triginta annos cuiusdā viri sancti, sexaginta, septuaginta vè multorū condēnare, qui in vanitatibus senuerunt. Aliā rē iudico in nostris solennitatibus per pēsu dignissimā. Et est (cū tot bona sint in illis spiritualia, quæ admiramur, & sequamur, quæ illos tā gloriosos in diuino cōspectu reddidere) nos magis honoribus, & laudibus eos celebremus, eorūque; festa propter bona tēporalia, quæ ab ipsis expectamus, quæ propter spiritualia recolamus, à quibus alia nascūtur. Ex charitatis nanque; feruore, ex amore in proximos, denique; ex sui met contēptu, quibus Sāctus hic vitā traduxit, puenit, vt illi Deus virtutē daret ad morbos curādos, hominibusque; in necessitatibus miraculose subueniē-

dum

Sap. 4.

dū, cū satis cōpertū sit, ob vnū duorū finiū Deū in eius sancta ec-
 clesia miracula cōstituisse, vel ad fidei veritatē roborādā, vel ad
 hominū corda deuouēda illorū virtutibus, quorū meritis fiūt: Ut
 turba, quæ pretiū dignitatēq; sanctorū Deo seruiētū intelligere
 nequit, exterioribus operibus, quæ ipse dñs pro ip̄s effecit dig-
 noscat, nec nō, vt omnia Deo ex animo obsequēti obediāt, facile
 perspiciat. Si igitur beneficia, quæ sanctorum meritis accipimus
 nos eis deuoueri cōpellunt, quāto magis illorum nos virtutibus
 deuoueri adstringimur, à quibus tam sublimis potestas eis obor-
 ta fuit? Equidē homines sanctos mortuos, vt viuos tractare exi-
 stimo. Nam quando in sanctis viris, sanctitas cū gratia, seu valo-
 re, potestate, autoritateq; in mundo coniungitur, multō plus vos
 illis commēdatis, quatenus à magnatibus, & præpotētibus suf-
 fulti sunt, quam suis orationibus, dum sancti coram Deo existūt
 & multō plus illis inuidetis ob id, quod tanquam priuati magna
 tum possunt, quā ob id, quod tanquam probi & studiosi sunt.
 Attendite ergo dilectissimi, vt homines prudētię compotes vnā
 celebrationis festorum causam esse, vt virtutibus, quæ illos san-
 ctos effecerunt, nos dedamus, & ab hoc glorioso sancto mundi
 contemptum, veramque Christi imitationē discere poterimus.
 Et ideò sacrosancta mater Ecclesia hoc sacrum Euangelium ho-
 die proponit, quod incipit: *Dixit Simon Petrus ad Iesum, &c.* Ante
 hoc diuinus Euangelista ait: quod quidam adolescens Domi-
 num interrogauit: Magister bone, quid boni faciam, vt habeam
 vitam æternam? Et Sanctus Lucas, ait, quod erat quidam prin-
 ceptus. Cum princeps esset, adolescens, & habens multas posses-
 siones, non quæstiones difficiles & curiosas inquit, neque ter-
 renas, nisi quomodo saluus fieri posset. Pauci principes modo
 in orbe terrarum reperiuntur, qui de his rebus agant: sed potiùs
 omne tempus in ludis deambulationibus, comestationibus de-
 nique turpissimis appetitibus suis explendis consumunt. Et de
 his sanctus David ait, Quia cum in labore hominum non sunt,
 ideò tenuit eos superbia. Hoc est, à superbia alligantur, & cap-
 tiuantur, & illi diu noctuq; inferuiunt. Vnde Sanctus Iob eos
 appellat filios superbiæ, de dæmone inquiring: Ipse est Rex su-
 per omnes filios superbiæ. Et ità appellatur, quia summo opere su-
 perbiæ dediti sunt, quemadmodum filij lucis illi vocantur, qui
 virtutem totis visceribus sectantur. Et ità, vbi nos legimus: In va-
 nitate sua comprehenditur peccator, alia translatio habet: In va-
 nitate

Luc. 18.

Psalm. 73.

Iob. 41

Eccles. 23.

7 nitate sua comprehendetur peccator. Et sic est in cōtextu Graeco. Vbi apertè significatur, quomodo vanitas peccatorē apprehendit, quæ eū itā irretitū tenet, q̄ ab ea vix se expedire valebit. Et ab hoc vanitatis scelere alligati, nō de salute inquirūt, sed quomodo iniurias sibi illatas vindicabūt, quomodo alijs preponētur qua etiā ratione miserā virginē decipiēt, atq; labefactabūt, & alia huiusmodi. O infœlicia secula, quib⁹, vt plurimū maiores in bonis tēporalibus, in iniquitatib⁹ maiores sunt. Hic adolescēs princeps eō vsq; tāta animi puritate, & mādatorū Dei obseruātia vixerat, q̄ vt S. Lucas refert illi dñs dixit: Adhuc vnū tibi deest, & hoc vnū, quod ei deerat, vt perfectus esset, erat scilicet, vt omnia quæcūq; hāberet vēderet, & daret pauperibus, & ita expeditus Dñm sequeretur. O quātē cōfusione hęc audire nobis esse deberet. Etenim illi adolescēti, vt perfectus esset, vnū tantū deerat nobis vero o quot desiderantur, & desunt, nō solū, vt perfecti simus, sed etiā ad diuinā gratiā assequēdā. Scrutamini fratres cōsciētias vestras, & videbitis, quot qualesq; defect⁹ in eis inuenietis, qui planū testimoniū reddunt, quā lōge à iustitia absitis. Nec solū adolescentes iuētute cæci (qua se excusare volunt) sed etiā senes ætate cōfecti in hac miseria deprehēdūtur, in quo reprehēsi biliores sunt. Delicta iuētutis meę, & ignorātijs meas ne memineris Dñe, dicebat Regius David. Et S. Iob etiā aiebat: Cōsume me vis peccatis adolescētię meę. In quib⁹ verbis hi sanctissimi viri significāt, q̄ quāuis homines, vt fragiles in aliquos defectus in iuētute inciderint, in senectute tñ omnino illis carere debēt.

9 Cū eques ad cursū equū stimulat, accidit cursus tēpore, vt comas seu crines incōpositas gerat, equiti verò palliū seu pileū decidere cōtingit. Et nihil mirū: nā id accidit, quo tēpore equus effrenatē currebat. Peracto tñ cursu necessū est, vt se cōponat, & ornet, aliter enim deformitas magna esset. Oēs indomito, & effreni corporis nostri equo in iuētutis cursu currimus, q̄ si tūc aliquid inordinate indecensque fiat inconsonum est, veruntamē, nō adeo culpabile est, quoniam equus effrenis celeriter currit. Corpus, videlicet, iuuentutis vitijs furiosè effrenateq; currit, at verò adolescentię cursu peracto, senectutē cōponere, perquā necessariū est: quodcūque enim delictum, seu defectus in ea valde reprehensibilis est. Cū eram paruulus, inquit Diuinus Apostolus, loque-

*Psalm. 34.
Iob. 13*

Simile.

1. Cor. 13

Et

Et si quidem vos tam iuvenes, quam senes paruulos non vos exi- 10
stimatis, oportet, vt puerilibus his, quibus modo tenemini, peni-
tus renūtieris. *Vade, & vende omnia, quæ habes, & da pauperibus,* huic
iuueni dicit Dominus. Maximæ semper curæ omnipotēti Deo
fuit, vt pauperū egestati subueniretur, quinimo ipsemet nō de-
dignatus est proprijs manibus protoparentes nostros pauperes,
& nudos induere. Et in Deuteronomio præcepit septimo quoq;
anno debita remitti. Et in Leuitico etiam præcepit, vt omnes hæ-
reditates ad proprios dominos redirent. Et alibi imperauit, vt in
messe triticū, & in vineis vuz, quæ pauperes colligerēt remane-
rent. In lege verò gratiæ multis in locis efficacius, eos commen-
dauit, & hic adolescenti huic dicit, vt vadat, & vendat omnia,
quæ habet, & det pauperibus. *O benedictus & glorificatus sit*
tam pius Dominus, qui ita vult, vt a terriorum corporeas ne- 11
cessitates curamus. Atq; hoc artificio vult etiam, vt proprias spi-
rituales indigentias adiuemus. Quia sicut auibus alæ, ne longe
volitēt scindūtur, & alæ, quibus cor volitat, & à Deo discedit bo-
na tēporalia sunt, idē vult, vt has alas scindam⁹, ne corda nostra
volitēt & ab ei⁹ diuino amore discedāt. Et quāquā adolescēs hic
virtute præditus erat, cū audisset hoc verbū abiit tristis. Hoc il-
li cōsiliū minimè placuit. Itā cōtingere solet: nā qui cōsiliū pos-
cit eius appetitui, volūtatq; respōdens dari veller, si secus fit tri-
statur. Magnū Dei beneficiū est tales viros inuenire, quos cū op⁹
est, cōsulare possitis. Quod planū videtur, quādoquidē in pecca-
torū poenā consiliarios se ablaturū Deus minatur his verbis, per
Isaiā dicēs: Auferet Dñs ab Hierusalē, & ab Iuda senē, & hono-
rabilē vultu, & cōsiliariū. Ex quo apertē colligitur maxima esse 12
nūc peccata nostra, siquidē vix in nostra Hispania inueniemus,
tā in secularibus, quā in Ecclesiasticis statibus viros, qui cōsilio
senes iure dici possint, quos Deus ab hinc viginti annis oēs sustu-
lit. Quintilianus, & Cicero aiūt nō cōsultari res vniuersales, quia
ad has sciētia habetur, sed particulares, quibus experientia opus
est, & auferet Deus senes experientia plenos, nē sit, qui dicat: Ne id
facias, nec multi sunt anni postquā simile quid actū est, & in fœ-
liciter ob id successit. Et itā ob delicta nostra absq; vris reuerētia
dignis manemus, sine hominibus respectus, reputationis expe-
riētiæ atq; cōsilijs. Quos cū Deus in peccatorū poenā auferat, sequi-
tur euidenter maximū eius beneficiū esse, illos habere pro tēpore,
quo

Deut. 15.

Leuit. 25.

Deut. 24.

Simile.

Isai. 3.

13 quo se se occasio, aut necessitas obtulerit. Cæterum summa miseria est, sanctè & honestè vobis suadentem inuenire, & sequi nolle, quoniam appetitui vestro, gustuique displicet, & alios ex animo vobis placentia loquentes inquirere.

Ad hanc ergo opportunitatem Beatus Petrus dixit: *Ecce nos reliquimus omnia, & sequuti sumus te, quid ergo erit nobis?* Ad imaginem *simile.* in tabula pingendam, prius tabulam dolari, & expoliri necessarium est, omnem grossitiem, & ruditatem ab ea auferendo, & cum Christum bonum nostrum sequi, illum imitari sit, eius virtutes in nobis Deo scribentes operæpretium est nos ante omnia dedolare & expolire omnes appetitus immodicos, & affrenatas cupiditates à nobis abijcientes, & bonis temporalibus nos expedientes: & quanto magis dedolati, & expoliti fuerimus, tanto
 14 plus ad hanc sequelam imitationemque dispositi erimus. Ideò sanctus Apostolus prius ait: *Ecce reliquimus omnia, & subdit, sequuti sumus te.* Hoc summa Veritas altissimè, atque profundè docuit, dicens: *Quis enim ex vobis volens turrim ædificare, nōne prius* *LUC. 14.* *sedens computat sumptus, qui necessarij sunt, si habeat ad perficiendum, ne postquam posuerit fundamentum, & non potuerit perficere, omnes qui videant incipiant illudere ei, dicētes: Quia hic homo cœpit ædificare, & non potuit consummare? Aut, quis Rex iturus committere bellum aduersus alium Regem, non sedens prius cogitat, si possit cum decem millibus occurrere ei, qui cum viginti millibus venit ad se? Alioquin adhuc illo jōge agente legationem mittens rogat ea, quæ pacis sunt. Sic ergo omnis ex vobis, qui non renuntiat omnibus, quæ possidet, non potest*

15 meus esse discipulus. Quid ad rem facit hæc applicatio cum hac comparatione? Profectò hæc prima facie inspiciendo malè cohærere videntur inter se, diuitias, & exercitus cum renuntiatione omnium, quæ possidemus coniungere, quandoquidem alterum colligere, alterum verò dispergere est. Verum cum ille, qui hæc dixit verus Deus sit, rectè nouerat has comparationes ad rē valdè facere. Quoniam intelligebat, quòd sicut ad præliandum exercitus multitudo, & ad ædificandum pecuniarum copia prodest, ita ad ædificium, & militiam spiritualem pauperies, & omnium rerū despectio deseruit. Etenim, vt Rex quilibet, quò maiores copias habet, eo securior est ab hoste; sic homo, quo pauperior, minus, quò à demone inuadatur habet. Et sicut quanto opu-

lentior fuerit, qui ædificat præstâtius ædificium erigere potest: 16
 ita quo quis rebus temporalibus expeditior fuerit, melius spiri-
 tuale ædificium erigere poterit, perfectiusque Redemptoris sui
 vitam sacratissimam in semetipso imprimere. In vera Philoso-
 phia perspicitur terram cœlum tacturam, si forte tota aqua, aer
 & ignis, quæ in medio sunt consumerentur, ne vacuum daretur.
 Ita, ut nos (qui terra vilissima sumus) ad cœlestem perfectamq;
 vitam ascendere valeamus necesse est, ut in nobis prius turpitu-
 dinum sensualiumque voluptatum aqua consumatur, aer super-
 biæ, ignis cupiditatis & auaritiæ, quæ tria sunt mala, quibus mû-
 dus plenus est, ut Diuus Ioannes in sua canonica affirmat di-
 cens: Omne quod est in mundo concupiscentia carnis est, &
 concupiscentia oculorum, & superbia vitæ. Et ad his tribus ma-
 lis carendû, diuitias, quibus illa sustêntari solêt ommittere plurimû
 conducit. Vnde quoniam Deus homines his thesauris ad has 17
 abominationes perpetrandas abusuros esse prænouerat thesa-
 ros in terræ venis abscondit, ut pia mater filiolo cultellû celat
 ne si illo feriat. Attamê homines cupidine moti terræ viscera rû-
 punt, maximoque labore effodiunt. Credite mihi fratres, vnum
 omnium, quod diabolus magis expetit est, ut vos his temporali-
 bus bonis oneretis, ne cœlum ascendere possitis. Optime enim
 ipse nouit hominem cum non possit per terram planam sarcina
 grauissima humeris imposita incedere, multo minus cœlum
 scandere posse terrenorum inordinato affectu onustum. Quan-
 do Israeliticus populus ex Ægypto egredi voluit, iter trium die-
 rum se velle ire significans ad sacrificandum Deo suo in deser-
 to, Pharaon Rex illi bono operi sese opposuit, qui illorum sacri-
 ficandi animum cognoscens dixit eis: Ite, & sacrificate Deo
 vestro in terra hac. Et ait Moyses: Non potest ita fieri. Et
 cum eis persuadere non posset, ut in Ægypto sacrificarent ait
 illis: Ite viri tantum, & filios ac vxores hic relinquitte, putans
 vtique illorum pignorum amorem eos ad Ægyptum reductu-
 rum. Et nec in hoc Sanctus Moyses consensit. Atque cum nec
 hoc ab eis consequi posset ait: Ite & sacrificate Domino, oues
 tantum vestræ & armenta remaneant, ad quod Moyses respon-
 dit: Cuncti greges pergunt nobiscum, non remanebit ex eis vn-
 gula quæ necessaria sunt in cultum Domini Dei nostri. Etiam
 maledictus Pharaon nixus est, ut si ex Ægypto ad sacrifican-
 dum

simile.

1. Ioan. 2.

Exo. 8.

19 dum exirent, ne longe pergerent, sed iuxta Ægypti confinia remanerent. Ecce Sathanæ ingeniū hic descriptum. Vias per quas homines mundum non relinquunt, neque omnia mala declinant inuestigat, ne acceptum & gratum conditoris suo sacrificium offerant. Vbi quis sese conuertere, & è tenebris Ægypti egredi statuit, mox ipse dæmon ex se & per plures ministros suos, quos in terra habet, ei persuadere conatur, bene Deo seruire in statu, in quo est, & in illo cōmercio, & conuersatione saluari posse. Cum autem ad hoc eum inducere nequit, saltim ne longe abeat ab eo efflagitat, hoc est, vt in occasione maneat. Sin minus, saltim, vt vxores & paruuli videlicet, affectiones, & cogitationes malorum præteritorum ibi remaneant suadet. Quod si hoc ei adhuc persuadere non potest, satagit, vt animalia, hoc est, 20 nonnulla negotia incepta, relinquuntur, quæ ad iterum in Ægyptiacam captiuitatem illum redire compellāt. O infernalis astutia, quanto spiritu, & vehementia opus est ne nos vinci sinamus, & ad respondendum audacter, sicut Moyse respondit: Non remanebit ex eis vngula, quæ necessaria sunt in cultum Domini Dei nostri. Exo. 10.

Omnibus prorsus, quæ nos à Christo superno duce sequendo retardant renuntiare nos oportet, vt cum Petro dicere possimus: *Ecce nos reliquimus omnia, & secuti sumus te.* Sed vix, vix & millies vix, quam pauci sunt, qui hoc vere dicere possint. Aristoteles inquit: Frigiditas congregat heterogenia, id est, res diuersi generis: vt cum in hyeme gelat videmus, frigus nanque, & gelu in aquæ stagno lapides cum lignis & paleis, & alijs, quæ 21 ibi consistunt ita constringere, vt vnum omnia videantur. Ita peccatū, quod gelu quoddam est, & frigiditas, his rebus temporalibus animam complicat, cum quibus nulla ei consanguinitas, aur affinitas est. Vnde S. Dauid ait: Conglutinatus est in terra venter noster, id est, cor nostrum: & manet anima, vt ipse dicit, sicut vter in pruina. O Christe vitæ reparator, & verissime hominum amator, infunde Domine animis nostris tui amoris calorem, qui hoc gelu liquefaciat, frigusque culpæ amoueat, vt his rebus temporalibus nos exoluamus, & sic expediti tibi adherere seruireque valeamus. Huic Diui Petri quæstioni summa bonitas respondit: *Amen dico vobis, quod vos, qui secuti estis me, in regeneratione cum sederit filius hominis, &c.* O ineffabilis Arist. 2.
de gener.
Psal. 43.
Psal. 118.

Dei clementia, & liberalitas. Aduertite commutationem dexterae excelsi, pro bonorum pereuntium vilitate, pro leui & momentaneo labore, quem in eo sequendo passi sunt, Deum illas summæ iudicaturæ cathedras eis se daturum promittit: vbi quidam mendici & pauperes supremo Dei tribunali assistunt, & sup-
D. Chryso. premi iudicis assessores sunt. Diuus Chrysostomus super hæc verba notat, cum Dominus hoc promissum fecit Iudam proditorem ibi etiam interfuisse, qui tamen promisso non fuit perfruitus, quamuis summa Veritas dixit: Sedebitis & vos super sedes duodecim, vt omnes Dei promissiones sub hac conditione esse intelligamus, scilicet, si quod debemus fecerimus, si in bono cœpto perstiterimus. O sancta perseverantia, sine te nullus promissis præmijs fruatur. Esto fidelis vsque ad mortem, ait Dominus, & dabo tibi coronam vitæ. Non, inquit, Esto fidelis vno anno, aut
Apoc. 2. quatuor annis, sed vsque ad mortem, & dabo tibi coronam vitæ, alioquin sine illa sicut infœlicissim⁹ Iudas manebis. Diuus Bernardus de perseverantia loquens, ait: Perseuerantia est ductrix ad meritum, mediatrix ad præmium, soror patientiæ, filia constantiæ, amica pacis, amicitiarum nodus, vnanimitatis vinculum, & propugnaculum sanctitatis, tolle perseverantiam, & tunc nec fortitudo laudem, nec obsequium mercedem, nec beneficiũ gratiam obtinebit. Per hanc enim solam homo æternitati redditur, pugnator vincit, & victor etiam coronatur: quia, qui perseverauerit vsque in finem, hic saluus erit. Hæc ille. Agite ergo fratres, aperite oculos, qui Christo vitæ vestræ seruire cœpistis, ne frangamini, memores estote vxoris Loth, docet vos idem Dominus
Luc. 17. quæ quoniam retro aspexit in statuam salis conuersa fuit. Vbi notandum est, præcepisse ei Deum, Noli respicere post tergum, nõ
Gene. 19. fuisse quidem, ne supplicium, quod iustitia diuina in illis peccatoribus exercebat, conspiceret; nec etiam ne illorum, qui ita illa patiebantur, tametsi iustè, cõmisereretur, sed quia cum ibi rem suam reliquisset, & omnis comburenda erat, ne eam deseruisse doleret: quoniam si quidem à Deo ducta discedebat, nihil erat quòd reiiacturæ mœstitia afficeretur. Qui enim ab illo igne eam eripuerat, in suis inopijs ei opem ferret. O quam singularis admonitio omnibus Christianis, & præcipuè religiosis, quos Deus ab igne Sodomæ eduxit. Time monache, qui mundum, & quæ in eo sunt, quæ contempnisti respicis, ne fortè in salis statuam conuertaris.

agueraris, quia religiosi esse non habebis, sed specimen duntaxat & formam, vt statua, quæ nihil, præter quod apparet, habet. Intuere eum, qui te è mundo deduxit & in tantæ securitatis loco statuit, nam ipse te enutriet. Atque hoc modo in tua vocatione persistens, cum diuina gratia beatitudinem consequeris, ad quã nos perducatur Iesus Mariæ filius. Amen.

In eodem Cõmuni Confesso rum non Pontificum Concio Quarta.

Ecce nos reliquimus omnia, & secuti sumus te. &c.

Matth. 19.



NOTAT V digna profecto sunt illa verba, quæ Dominus Ecclesiastici ore asserit, scilicet: *Trãsite ad me omnes, qui concupiscitis me.* In quibus nos ab amore concupiscentiæ, qui mercenarius amor est, ad amicitiaæ amorem transire iubet. Vnde

Eccli. 24.

hæc verba significant: Omnes, qui diligitis me amore concupiscentiæ, non quietemini in hoc amore mercenario, nec in meorum beneficiorum amore, sed transite ad me, id est, Transite ad me amandum propter me metipsum. Nam, quanquam verum est, quòd sicut aucupes ante aucupium quædam carnis frustra, id est, (*Picaduras*) falcibus præbêt ad eos ad aucupiũ stimulãdos.

Simile

Sic ego (inquit Deus) gaudijs spiritualibus ad meum obsequiũ homines excitare soleo, alijsque quam plurimis beneficijs. Et licet hoc in principio necessarium sit, tamen non ibi sistatis: transite ad me, vt ille trãsierat, qui dixit: *Quid mihi est in caelo, & à te quid volui super terrã?* Quasi diceret: *Nihil Dñe, nisi te solũ affecto, te solum, summã bonitatẽ consequi vellem.* Vnde infer tur hic Diuũ Petrũ in hac interrogatione: *Quid ergo erit nobis? Loquutum fuisse, vel ad imperfectorum solatium, vel tanquam tyronem, & adhuc non satis dedolatum, & limatum. Quid præmij vis, ò sancte vir, nonne plus quam sufficiens præmium iudicas Deum infinitæ maiestatis à te seruire velle? Adhuc sanctus Apostolus mentem & oculos in mercedem tanquam non om-*

Psal. 72

*Simile.**Joan. 5.**Auguf. lib.
83. q. 30. nō
proculāprin.
20. 4.**Simile.**Job. 1.*

nino perfectus conuertebat. At Dominus ad illius, & nostram
 subleuationem respondit: *Amen dico vobis, quod vos, qui secuti estis
 me, &c.* O Christe vere magister, & doctor, despector fluxorū
 huius seculi bonorum, cur nullam mentionem facis huius, scilicet
 quod vt te illi sequerentur omnia reliquerunt? Ad hoc dico, in
 verbo, sequuti estis me, contineri, Reliquistis omnia. Nam sicut
 fieri non potest, vt quis plene vno oculo cœlum, altero vero ter
 ram aspiciat: ita fieri nequit, vt ex parte Christum perfecte se
 quamur, alias in rebus transitorijs amorem fixum habētes. Duo
 septentrionalia sydera, quæ dicimus (*nortes*) sunt in cœlo, Arcti
 cum, videlicet, & Antarcticum, qui alterum sequitur necessario
 terga vertere alteri debet. Qui Indias petūt sydus Antarcticum
 sequuntur, & Arctico terga vertunt, quod versus nos est. Con
 tra verò qui ab Indijs reuertuntur Arctico sequuntur, & An
 tarcico terga dant. Christus verus Deus, & homo, & etiam mū
 dus hæc duo sydera sunt. Si mūdum sequimini Iesu Christo ter
 ga vertitis. Nam vt Diuus Ioannes ait: Mundus totus in maligno
 positus est: si verò Christum sequi vultis necessario mundo ter
 ga daturi estis. Hinc abominationem, quā mundi sequaces com
 mittunt intelligetis, si quidem creatori suo terga vertunt. Hoc
 adhuc multo magis. D. Augustinus exaggerat dicens: Summa
 peruersitas est vti fruendis, & frui vtendis, hoc est, ex Deo crea
 turam, & ex creatura Deum facere. Quid? Num qui tantum ma
 lum perpetretur erit? Maxime. Et comparatione quadam in v o
 bismet experiemini. Non dignoscitur quis melior sit hastarū
 lusor vulgo, *Iustador*, nisi in fractione hastarū, qui plures lanceas
 confringit dexterius ludū illud exercet. Ita in vobis etiā digno
 scitur, quis nam plus possit an amor Dei, an creaturarū. Hi duo
 amores in corde vestro congregiuntur, & plures hastas frāgitis,
 ac plus assidue pro creaturarū amore, quam Dei facitis, quin po
 tius, vt amori creaturarum satisfaciatis, quotiescunq̄ occa
 sio offertur, Dei amori satisfacere intermittitis: creaturas tunc
 pro Deo colitis, & Deū vice versa pro creaturis, quod est sum
 ma peruersitas. Orem assiduis lachrymis deplorandam. Pudeat
 vos (obsecro fratres) rei tā horridę, vt hæc est. Cōuertite, cōuer
 tite affectionis vestræ faciē ad summū bonū, terga vero, & con
 tēptū ad omnia mūdi, quæ talia sunt, vt ipse dæmō parua esse cō
 fessus sit. Nā à Deo postulās vt S. Job affligeret, dixit ei: Extē de
 pau.

6 paululū manum tuā, & tange cun̄cta, quæ possidet. Vbi filios & totā substantiā, quam possidebat paululum nuncupauit. Tota illa statua ingens, quā Nabuchodonosor vidit, luto nitebatur. Aurū, argentum, metallū, & ferrū omnia luto sustentabantur, quā uis metalla per graua erant. Eodem modo omnes huius mundi res, quantumuis preciosæ, & graues videātur, luto tamē & limo nostræ mortalitatis fundantur. Vnde dicere consueuistis, homo diues, homo nobilis, homo sapiens, homo potēs, homo pulcher omnia tamen super hominem, & super humanā vitam, & super mortalitatis terram fundantur. Attende igitur, ò miser peccator

7 et ipere, & cū egredi non posset absq; eo q̄ pallium deponeret, & uestibus se exueret, potius vita priuari, & mortem illā crudelissimam perpeti mallet, quā a uestibus se expedire, nōne tā inauditā amentia demiraremini? O stulte, stulte, qui ne vilissimi pretij rē perderes, vita potius multari vis? Si igitur hoc nos in admirationē adducit, quomodo nō obstupescimus plurimos vidētes qui ne palliū perdāt, Deū potius, & animam suam perdere malūt, & diuites potius ad inferos descēdere, quā pauperes in cœlū peruolare. Agens Propheta Oseas quomodo Hebræi verū Deū reliquerunt, & ad idola adoranda se conuerterūt, illud peccatū stultitiam vocat Dei nomine dicēs: Et nunc reuelabo stultitiam eius. Vbi Vatablus vertit: Et nunc retegā turpitudinē eius. Et septuaginta interpret. trāstulerunt: Reuelabo immunditiā eius,

8 & in Paraphrasi Chaldaica habetur: Ignominia eius. In hac interpretationum varietate, quæ verbo Hebræo in hoc loco posito assignatur, satis aperte declaratur quanta pueritas sit Deū pro creaturis relinquere, istis amorē, reuerētia, & obedientia illi vni debitā tribuendo, siquidē stultitia, turpitudine, ignominia, atq; immunditia, vocatur, quod, vt diximus, hui⁹ sæculi amatores faciūt.

Simile.

Osee. 2.

Ex his dñi verbis: *Vos qui secuti estis me, &c.* Quæ secū dum sensum quē hic dedimus præsupponūt *reliquistis omnia*, infertur, quā singulare beneficiū illis dñs confert, quibus spiritum donat, vt mundum omnino relinquunt, & in sanctas religiones ad vitam austeram assidua pœnitentia degendam se se recipiāt. ¶ Tametsi Deus Abrahamū maximis beneficijs affecit, vt contra quatuor

illos reges victorē illū reddere, & ei promittere in eius generatione futurū quēdam, qui benedictionū pelagus esset, & in quo benedicendæ erant omnes tribus terræ, veruntamē cum eo Gene. 15. loquens non ei iteravit, neque in memoriam vllam harū rerum reduxit, sed dixit illi: Ego Dominus qui eduxi te de Vr Chaldæorum. Quali diceret: Recordare Abrahā illius eximij beneficij, quod tibi feci, te ab illo igne & idololatrijs Chaldæorum eripiens, ne cum illis comburereris sicut qui tibi remanserunt, combusti sunt. Id ipsum sagulis monachorum dicere possumus: Recordare frater tā singularis beneficij, quod tibi Deus contulit, te ab idololatriæ mundi igne educens. Cōsidera quam combusti instar carbonum, in ista mundi Chaldæa mūdani versentur, & in hac Babylonis fornace, teque fortē peiorem illis futurum, si illic mansisses. Est siquidem hodie mundus tot offendit oculis, laqueis, & occasionibus plenus, vt de vnoquoque illorum, qui cum incolunt illa summē tremenda Prophetæ verba dicere possimus: Quomodo, si fugiat vir à facie leonis, & occurrat ei vsus, & iagrediatur domum, & innitatur manu sua super parietē & mordeat eum coluber. Passim vrsus qui te dilaniet offendes, leonem, qui te deuoret, viperam, quæ te veneno inficiat, videlicet, homines peruersos, mulieres impudicas, qui suis corruptis exempli, persuasionibusque iniquis secum agētes peruertunt. Quid igitur religiosi Deum glorificare lassantur, ei que gratias ingentes agere, quod à tanto eos periculo liberarit, in locis q; tutissimis constituerit? Sed cupio, vt patres religiosi intelligant Beatum Apostolum Colossenses, in eis que omnes Christianos admonere his verbis: Nūc autem deponite vos omnia, iram, indignationem, malitiam, blasphemiam, turpem sermonē de ore vestro nolite mentiri, expoliantes vos veterem hominem, cum actibus suis, & induentes nouum, eum qui renouatur in agnitionem Dei, secundum imaginem eius, qui creauit eum. O cęlestē doctrinam, tam omnium animis Spiritus sanct⁹ imprimat. Vbi valde ponderandum est, quomodo diuinus Apostolus fateatur hanc renouationem fieri, vnoquoque, videlicet, imaginē sui conditoris in se insculpente, cum agnitione, & contemplatione perfectionum eius. Itaque, vt ille qui alicuius effigiem exprimit, in duas oculos partes conuertit, scilicet, in personam illius, quē describit, & in imaginem, quam depingit: ita Christianus purissimam

Gene. 15.

Amos. 5.

Colos. 3.

12 **simam** Seruatoris sui vitam, & etiam se ipsum intueri debet, vt paulatim se depingat, secundum id, quod in illo contemplatus fuerit. At qui, si hoc Christianis præcipitur, multo magis id religiosi facere tenentur: & si quidem temporales diuitias reliquerunt, semetipsum magis abnegare studeant. Beatus Bernardus quendam monachum alloquens ait: Vtinam frater Guillerme ex duobus malis minus eligeres, scilicet, vt pecunias, quas in mûdo reliquisti huc adduceres, quam malas cupiditates, quæ in religionem asportasti. Et enim pecunijs aliquos ruinosos, & inueteratos parietes reficerem⁹, tuis verò improbis desiderijs, nostros bonos, & pristinos mores labefactas. Expoliam se Rex Saul vestimentis suis, & prophetauit cum cæteris Prophetis, & cecinit nudus tota die illa & nocte. Ita quæ tandiu spiritus prophetiæ illi perdurauit, quandiu nudus fuit. In quo significatum est, malis desiderijs appetitibusque nos exonerare oportere, vt Spiritus sanctus in nobis inhabitet. Et idcirco, vt Aymon ponderat, vbi Saul vestimenta resumpsit statim Prophetiæ spiritum amisit. Ne simus patres mei, vt Saul, qui postquam inter Dei seruos fuimus sicut in Prophetarum choro diuinas eiusdem laudes decantantes passionibus denuo indomitis, & affectionibus inordinatis nos induamus. Maxime Dei ingenium ab huius sæculi dominorû dissidet. Illi etenim volunt eos, qui domum suam sibi seruituros ingrediuntur, bene politeque indutos venire volunt (*Ya su costa.*) vt si nihil aliud lucrati fuerint, quod attulerunt saltem in eorum seruitio deterant, & consumant. Contra verò Deus vult illos qui in suum palatiû, quod est sancta religio ei famulaturi veniunt non solum bonis sæculi, sed semetipsis denudatos introire, quia ipse Deus suis sumptibus varietate, hoc est, (*De su librea*) eos vult vestire. Ita, vt nihil in eis maneat, quod diuinæ eius celsitudini non sit gratum. Qui illius sanctissimæ Esther spiritum habuerit, facili negotio hæc omnia perueniet, quæ cum alias Regis Assueri vxor legitima esset, viginti septem prouinciarû Domini, ita suis proprijs appetitibus denudata erat, vt diceret, Deum alloquens: Tu scis Domine necessitatem meam, quod abominer signum superbiæ, & gloriæ meæ, quod est super caput meum in diebus ostentationis meæ, & detester illud, quasi pannum menstruata, & non portem in diebus silentij mei, & quod non comederim in mensa Aman, nec mihi placuerit conuiuium Regis, & non biberim vi-

D. Bernad.

1. Reg. 19.

Aymon.

Esther. 14.

num libaminum, & nunquam lætata sit ancilla tua, ex quo huc¹⁵ translata sum vsq; in præsentem diem, nisi in te Domine Deus Abraham. (*O valas me la beatissima Trinitas*) qui fœmina spiritus, & qualis, ac tantus huius sæculi bonorum contemptus? Re vera hæc verba digna sunt, vt singula per se expendatur. Tria potissima inter alia hæc sancta fœmina hic protulit. Primū quod execrabatur omnia ornamenta, quibus decorabatur ad prodeū- dum in lucem. Secundum, quod cum sericis & aureis indumentis vestiebatur, se pannis menstruatis, & sordidis ornari cogitabat, ac proinde non libenter ea sibi induere. Tertium, quod cum sola erat omnibus illis se exuebat, & omnino ea contemnebat, denique nisi ob necessitatem non se ornare solere. Cibi, qui ex se boni probatiq; sunt, absque formidine eduntur: sed in differentes metum prudētibus inferunt, & solum propter necessita-¹⁶ tem, modicè eis vtuntur, & temperate. Huiusmodi sunt honores, & bona temporalia. Ideo sancta Esther tanta formidine, & temperantia illis vtēbatur. Columba escam in valle propter sagittarium cum timore accipit, sed cum volat, secure deuolat. Ita huius mundi rebus magna formidine atque respectu nos vti decet, quanquam multò melius esset eas omnino relinquere, nec rē tantæ suspicionis nobiscum habere, tantum per mandata Dei volare quiete, ac secure possumus. Idcirco, vt dixi, religiosi, qui diuinæ misericordiæ spiritum, & gratiam susceperunt maximè Deum glorificare tenentur, quoniam ad hæc omnia relinquenda, verosque Apostolorum sanctorum imitatores se exhibēdos spiritum acceperunt. Qui enim in molendino versatur fieri nequit, quin tunicæ, seu pedibus aliquid farinæ adhæreat. Eodem¹⁷ modo maximè mirum est, inter mundi vanitates viuere, & cor ab illis liberum habere. Maluit Ioseph in illius obscœnæ mulieris manibus pallium relinquere, quam Deum perdere.

*Simile.**Simile.**Simile.**Gene. 39.**Psal. 125.*

Vos qui sequimini estis me, sedebitis, &c. O admirabile promissum, vt tantæ afflictionis, tantæ que calamitatis tempore, tantam eis quietem, & securitatem Dominus promittat. *Sedebitis*, inquit, *super sedes duodecim.* Quia illic sederunt sedes in iudicio, inquit sanctus Dauid. Quid hæc loquendi norma, o sancte Rex sibi vult? Quis vsquam fellas sedere vidit? Sedes quidem dici possunt egeni, & pauperes, qui laborant, vt diuites conquiescant, & sedeant. Quis enim pompas, & fastus optimatum, nisi operarij, & agricola-

cola

18 colæ sustentant? Super illis quasi super sedibus huius sæculi diuites conuiescunt. Quòd si id patienter ferant, virtutem que se tentur sedem habebunt, hoc est, otium & requiem in iudicio. Quia illic sederūt sedes in iudicio. Pōnit illud in præterito, propter eius certitudinem. Eia ergo fratres, qui modo labores sufferitis, vt vestri proximi in necessitatibus refrigerentur, vos sellas esse intelligite, ac si in bono cœpto perseueratis in illo laboriolissimo die in quiete & requie sedebitis. Sed præ omnibus, quod hic sanctus Propheta dicit, conuenit sacris Apostolis, qui sedes, vbi Deus singulariter sedit, fuerunt. Etiam sedes extiterunt, quoniam grauissimos labores ad peccatores conuertendos sustulerunt, & ita sedem, & requiem in hoc mundo, & multo plus in alio ipsi peccatores haberent. Ex his sedibus peculiariter ait Do-

19 minus: *Sedebitis super sedes duodecim, &c. Et omnis qui reliquerit domum, &c. Propter nomen meum centuplum accipiet* (scilicet in hoc sæculo) *Et vitam æternam possidebit*, in alio. Non satis reputat Dominus, illis, qui pro eius amore aliquid in hac vita relinquunt, in alia gratificare, sed hic etiam maximis muneribus eos afficit, quibus inaximos, & potentissimos illos efficit, vt differit Beatus Ambrosius. Et in exemplum Moysen adducit, qui cum filie Pharaonis adoptiuus filius esset, cūque hac via potens in Aegypto posset esse, de illo Diuus Paulus ait: Fide Moyses: Grandis factus, negauit se esse filium filie Pharaonis magis eligens affligi cum populo Dei, quam temporalis peccati habere iucunditatem. Maiores diuitias æstimans thesauro Aegyptiorum improprium Christi. Sed, vt ait Diuus Ambrosius, fugiendo potentiam

20 potentior factus est. Nam illi dixit Deus: Ecce constitui te Deū Pharaonis. Id est, eris ipsi Regi horribilis, qui te velut Deū timebit. Perpēdite, vt illi etiam in hoc mūdo, quod pro ipso reliquit persoluat. Et propter nauiculā, & retia quæ D. Petrus reliquit, quid adhuc in hoc sæculo acceperit, cōspicite: quæ potestas, quæ autoritas, ad aperiendū, claudendumq; cælū illi cōmissa fuerit: quam denique potestatem (ac si Deus esset) naturæ imperandi habuerit. Nam iuueni dixit, qui erat claudus ex vtero matris suæ: Argentum, & aurum non est mihi, quod autem habeo, hoc tibi do. In nomine Iesu Christi Nazareni surge, & ambula, & statim sanus factus fuit. Et præterea: In plateas infirmos ponebant in lectulis, vt veniente Petro, saltim vmbra illius obumbraret

D. Ambr.
ser. 8. super
Beati immaculati.
Hebr. 11.

Exod. 7.

Act. 3.

Act. 5.

quempiam

quempiam illorū, & liberarentur omnes ab infirmitatibus suis. 21
 Et post hoc centuplum vitam æternam promittit. O incompre-
 hensibilem Dei liberalitatem, qui tanta, tamque singularia bo-
 na pro tam exiguis seruitijs promittit. Si in terris aliqua officina
 esset, in qua humana vita venalis haberetur, quis maiorem diui-
 tiarum suarum partem non impenderet, vt plures annos posset
 emere? Quare ergo non excitamur ad emendum vitam æternā,
 siquidem incomparabiliter hæc illa maior est? Huius supremæ
 vitæ spes effecit, vt ille sanctus iuuenis viriliter se exponeret, li-
 benterque ad se membratim diuidendum offerret. Linguam po-
 stulatus (ait sacer textus) citò protulit, & manus etiam constan-
 ter extendit, & cum fiducia ait: E cælo ista possideo, sed propter
 Dei leges nunc hæc ipsa despicio, quoniam ab ipso me ea rece-
 pturum spero. O singularem sancti iuuenis constantiam, qui car-
 nifice linguam abscindendam postulante, citò produxit, simul-
 que manus amputandas extendit. Hic satis nostra timiditas con-
 funditur, siquidem in lege gratiæ viuentes, tot diuinis auxilijs di-
 tati, animum, quem illi in lege scripta præ se ferebant non præ-
 stamus, nec tam parum laborem qualis est, quem secum virtutis
 exercitiū affert sustinemus. Timeamus ergo, ait Diuus Paulus,
 ne forte relicta pollicitatione introeundi in requiem eius, existi-
 metur aliquis ex vobis deesse. Etenim, & nobis nuntiatum est,
 id est, promissum quemadmodum & illis. O profunda, & my-
 steriosa, sed & horribilia verba. In Baptismo vita æterna ob legis
 diuinæ obseruantiam nobis promittitur, & nos eius obseruantiam
 pollicemur. Sanctus autem Apostolus ait: Ne ita viuamus, vt
 Dei pollicitatione contempta, ab eo, quod ei promissimus, desi-
 ciamus. Miseros illos, qui suis passionibus cæci tam eximiā pol-
 licitationem negligunt, quique, vt suis prauis cupiditatibus fa-
 tisfaciant, quod Deo promiserunt, complere desinunt. Fœlices
 vero illos, qui ad hoc diuinum promissum oculos conuertentes
 omni spiritus feruore, quod Deo deuouerunt, reddere la-
 borant: quoniam hi gratiæ centuplū hic accipiēt
 & postea vitam æternam: ad quam nos per-
 ducat Iesus Mariæ filius.

Amen.

IN

I N C O M M V N I

V irginum Concio

Prima.

Simile est regnum calorum decem Virginibus, quæ accipientes lampades suas, &c. Matth. 25.



AD intelligendum, quo fine Dominus ac Redemptor noster hanc parabolam posuit, notare oportet illum antea dixisse: Si autem dixerit malus seruis in corde suo; Moram facit Dominus meus venire: & cœperit percutere conseruos suos, manducet autem, & bibat cum ebriosis, veniet Dominus serui illius in die qua non sperat, & hora qua ignorat, & diuidet eum, partemque eius ponet cum hypocritis, illic erit fletus & stridor dentiũ. Quod nuntium hoc dominis meis ac potentibus sæculi huius! qui cum equitum titulum sortiantur ita pedites, & reptantes incedunt, vt dictu, nedum visu miserabile sit: propter quos ad litteram Christus Redemptor noster videtur hæc verba tremenda dixisse: In tria capita illius serui nequam iniquitatem Dominus redegit, videlicet, in spem vitæ longæ, & mortis obliuionem. In cibum, & potum, & tyrãnidem erga proximos suos. Ex quo patet, quam nocius sit nimius cibus, & potus. Sanctus Thomas ait, quòd vsus vini non est illicitus ex se, potest tamen illicitus esse per accidens, vtpotè si experitur homo se ab ipso facile lædi. Igitur superfluum, & excedens quanto plus nociuũ erit? Attendite (dixit Dominus) ne fortè grauentur corda vestra in crapula, & ebrietate. In quibus verbis diuina sapientia manifestat, quam nociuum vitium hoc sit. Nam quid est corda grauari, nisi descendere ad ima? Igitur hoc vitium facit illos in profundũ inferni descendere. Auertat à nobis Deus rem tam perniciosam, & quæ tam ingentium malorum est causa. Et experientia nos docet hoc malum, & etiam alia duo plus in diuitibus, & potentibus huius

D. Thom.

2. 2. q.

149. ar. 3.

Luc. 21.

huius sæculi regnare, quam in alijs inferioribus hominibus. Qui
 bus meritò dicere possumus verba illa diui Pauli, scilicet: Nox
 præcessit, dies autem appropinquauit, abijciamus ergo opera te-
 nebrarum, & induamur arma lucis, sicut in die honestè ambule-
 mus. Non in comestationibus, & ebrietatibus, non in cubilibus,
 & impuditijs, non in contentione & æmulatione, sed induimi-
 ni Dominum Iesum Christum, & carnis curam ne feceritis in-
 desiderijs. Quasi dicat: Aduertite fratres, quòd iam viuimus in
 luce legis gratiæ si in tenebris essetis, hoc est, si Arabes, Mauri,
 Turcæ, & infideles essetis non ita mirum esset, si vt modo vitam
 agitis, viueretis. At verò cum sitis illustrati cælesti fidei lumine,
 & quid pro vobis Deus fecit cognoscentes, & vitam perennem,
 aut tormēta æterna sperātes, & nihilominus ita viuatis, hoc pro-
 fectò magnam admirationem infert. Abijciamus ergo opera te-
 nebrarum, videlicet, peccata, quæ tenebras, & caliginem animæ
 nostræ obijciunt, vt induamur arma lucis, nempe virtutes, quæ
 sunt tela, armaque, quibus dæmones profligantur, & cælorū re-
 gnum debellatur. Et dicuntur arma lucis, quia clarificant, & illu-
 minant ipsam animam. Et induimini Dominum Iesum Chri-
 stum. Qui vestem per longam induit, totus operitur, & nihil ip-
 sius apparet, præterquam ipsam indumentum. Et siquidem Do-
 minus noster Iesus Christus est vestis immensa. Ita illum debe-
 tis induere, vt nihil ex vobis appareat, sed quisquis vos viderit,
 dicat: Hic transformatus est in Iesum Christum. Et curam car-
 nis ne feceritis in desiderijs, scilicet, eius adimplendis. Ceterum,
 ô Deus maiestatis infinitæ, quibus verbis tam magnam stra-
 gem, & corruptionem explicabo, qualis hodie inter multos
 Christianos inuenitur? Cum mortis obliuione & spe vitæ lon-
 gæuæ viuentes, existimantes, quòd tam citò non venies, vt ra-
 tionem cum eis ponas, splēdidis comestationibus, & alijs quam
 plurimis profanitatibus incumbentes: ob quæ in summam pau-
 pertatem deueniunt, & pignorati viuunt. Ex quo oritur pro-
 ximos affligere, & subditorū sanguinem sugere. Sanctus David
 ait: In circuitu impij ambulans, secundum altitudinē tuam mul-
 tiplicasti filios hominum. Id est, cū mundus peccatoribus sit ple-
 nus, & iustos vndique circumstent. Tu verò, ô bone Deus, secun-
 dum profunditatem occulti consilij tui aliquos fideles tibi ele-
 gisti, quos multiplicas, & conseruas in medio tantæ multitu-
 dinis.

Rom. 13.

Simile.

Psal. 111.

7 dinis pessimorū, qui eos obsessos habent, & assiduè expugnant. Et in translatione Chaldaica habetur: Circumeuntes impij ambulat tanquam sanguifuga, quæ fugit sanguinē filiorum hominum; quia impij circundāt pauperes & deglutiunt eos, & eorum bona. Ex his Domini verbis constat, quomodo quædā mala sunt causa aliorum. Et ita vbi nos legimus: Qui male agit, odit lucem; alia translatio habet: Qui mala agit. Et sic est in contextu Græco, & in translatione Syriaca. In quo significatur, quòd ex eo quòd quis aliquod malum perpetrat, deinceps in plura mala incidit. Nam ex mortis obliuione, & aduentus summi iudicis, hinc homines in comestationibus, & ebrietatibus profanantur, & inde in summam paupertatem deueniunt, & vt pauperiem suam redimant, hinc prouenit, vt proximos suos affligant, & res familiares ab eis auferant. At quando non putant, veniet Dominus die, qua non sperant, & diuidet eos per mortem, scilicet, separando animas à corporibus eorum. Et partes eorum ponet cum hypocritis in inferno: ibi erit fletus, & stridor dentium. Cæterum, quia posset quis dicere: Certè Domine satis latus, & consolatus ego, manerem, si, vlteriùs non procederes, nec amplius præter id futurum esse diceres: nam ex inde ego colligerem me non posse damnari, quandoquidem in his tuis verbis tantum asseris, gulosos, & voraces, & proximorum æmulos damnandos esse, à quibus sceleribus liberum & expeditum me inuenio. At verò, vt hanc falsam estimationem cælestis magister tolleret, statim, vt de seruo nequam verba facere prætermisit; subdidit, dicens: *Tunc simile est regnum calorum decē virginibus, &c.* Exponatur breuiter totum Euangelium. Hanc parabolam supremus iudex proposuit, vt doceret, non solùm homicidas condemnandos esse, fures & gulosos, verum etiam plurimos, qui nihil horum perpetrare, qui non occiderunt, nec furati sunt, nec voraces fuerunt, sed potius abstinentes, & virgines. *Tunc simile est regnum calorum.* Cum, Tunc, exorditur, quod, Tunc, vsque, Tunc hominum corda deberet terrere. O si hoc, Tunc, nusquam è memoria nostra prolaberetur, quam aliter, ac nunc viuimus, viueremus. Nam hoc tunc, refertur ad tempus rigidæ, & strictæ rationis, quam Deo reddituri sumus. Hic virginum nomine intelliguntur Christiani propter fidelitatem, & virginitatem animæ, quæ in fide consistit, & sicut

Prophe-

Prophete Synagogā hoc nomine appellabant. Virgo filia Sion, sic Christus Redemptor noster Christianos virgines vocat ob hanc eandem rationem. Et etiam ad denotandum, quanta obligatione adstringantur fideles, puriores, magis casti, atque pudici esse, quam ceteræ mūdi nationes. Vnde sanctus Apostolus ait: *Ephes. 5.* Estote ergo imitatores Dei, sicut filij charissimi. Fornicatio autem & omnis immunditia, aut auaritia nec nominetur in vobis, sicut decet sanctos, aut turpitudine. Et paulò inferiùs: Hoc enim scitote intelligentes, quòd omnis fornicator aut immundus, aut auarus, quod est idolorum seruitus, nō habet hæreditatem in regno Christi & Dei. Et concludit, dicens: Nemo vos seducat inanibus verbis; propter hæc enim venit ira Dei in filios diffidētiae: nolite ergo effici participes eorum. Vbi ponderādum valdè est, verbum illud: Nec nominetur in vobis. Ex quo inferitur, quā puritatem sanctus Apostolus, & Deus per ipsum à Christianis de- 11 postulat. D. Hiero. Diuus Hieronymus ait, hic auaritiam non significare inordinatam diuitiarum cupiditatem, sed desiderium inordinatū voluptatum. Vnde Diuus Paulus hic inter vitia carnis illud enūmerat. Ad exaggerādum autem, quam iniqua hæc vitia sint, ait, quod est idolorum seruitus: hoc est, quæ hominē idololatrare faciunt, vt in Salomone constitit, qui carnis voluptatibus operam dans, in tātam miseriam deuenit, vt foeminarum (quas amabat) impulsu & suggestione Idola coleret. Itaque ille, qui à Deo fuit electus inter homines vniuersæ terræ, vt domum illi ædificaret, in qua coleretur, idemmet proprijs manibus, quibus ædificauit templum domino, ædificauit etiam templum Idolis, illaq; adorauit. Inuidit dæmon, quòd Deus in terra tam peculiarem, & 12 egregiam domum haberet, in qua coleretur, & adoraretur. Et studuit versipellis, vt ille, qui Deo domum ædificauerat, ei etiā domum construeret. Ad hoc autem media magis congrua non inuenit, quam carnis voluptates. Ecce, quā meritò Diuus Paulus dicat, quòd est Idolorum seruitus. Et vt confundantur qui ad excusandum suas iniquitates aiunt: quid mirum, si delectemur, & voluptuose viuamus, quādo quidem vitium humanum hoc est. Quid? vitium hominum appellas quod te bestiam efficit, & Idola adorare facit? O amens, amens utique falleris. Dices, nō video à carnalibus Idola coli, vt tu pater affirmas. Hoc me poenitet, quòd id non cernas, siquidem dies noctesque in sumis seruitijs amasæ

13 **amasitæ turæ** incubens, & in illa cogitas dū vigilas, & illam somnias dum dormis, cum multæ horæ & forte dies prætereant absq; eo q̄ tui cōditoris recorderis. Præterea, Nōne idololatria tibi videtur, vt coniugatus cōcubinam adoret, & sanguinem filiorum, & coniugis eius videlicet, rē familiarē illi sacrificet. O fratres amore Dei vos obsecro, vt recordemini Christianos vos esse, & summa obligatione adstringi, vt has turpitudines fugiatis, & in quocunq; statu vixeritis callos nimis & pueros vos exhibete. Ob id enim Dñs, hic vos virginibus cōmparat. Etiam animā fidelē virginem dñs appellat, vt per hoc nos doceret, quam affectionem, quodnam desiderium in quocunq; fidelium postulet. Dicite, si potentissimus imperator eligeret in sponsam pauperulam virginem, quo amore, qua affectione, qua cura, & studio, qua deniq; 14 humilitate, submissione, & gratitudine hæc virgo hunc expectaret sponsum, præcipue si illam quotidie certiolem faceret, se quā citius venturum? Hic ergo amor, hæc affectio, & desiderium vult Deus, vt in qualibet animarum sit, quando quidem cū tam magnus ipse sit in sponsas illas sibi elegit. Cæterum inquiretis cur dominus decē virginibus fideles omnes assimilauit, & non viginti, aut quadraginta? Ad hoc respondetur id, quod alibi diximus rationem reddentes, ob quam vir ille nobilis vocauit decem seruos suos, & dedit illis decem tēnas, quos etiam denario numero assimilauit. Nam vocati sunt ad implendum sedes, & vacuū in nouem choris Angelorum, & ad constituendum nouum chorum super Seraphim, quem sacratissima virgo dña nostra constituit, quia vt de eā canit Ecclesia, Exaltata est sancta Dei genitrix super 15 choros Angelorū. Itaq; sicut in terris fuit electa, vt sol, vna & singularis, vt in Canticis illam sp̄sus vocat: sic in cœlo constituit statum, & chorum per se. Nam cæteri sancti inrant nouem choros Angelorū, vnusquisq; secūdam propria merita. O vtinā hæc identidē, & sepe in cordibus nostris euolueremus ne viuere mus cū ignauia, cū qua modo vitā agimus. Cum ad acir Saul appropinquaret David antequam Philistæum aggredere ait: Quid dabitur viro, qui percusserit Philistæū hunc, & tulerit opprobrium de Israhel? Huiusmodi enim est humanum ingenium, quod difficile ad ardua mouetur, nisi spe præmij inuitetur. Ideoq; nimis oportet, vt recordemur q̄ sumus vocati ad vitā æternā in Angelorum consortium. Etiam fideles decem dicuntur ad signi-

Simile.

Cant. 6.

1. Reg. 17.

ficandum, perfectionem legis Euangelicæ, quã profiteamur. Nã 16
 sicut denarius numerus est omnium supremus, ad quem mox,
 vt peruenitur non est vltra ascendendum & hoc apud omnium
 nationes, statim enim ad vnitatem reuertitur, vt si numeres vn-
 decim sunt decem & vnum, & duodecim, decem, & duo: & tre-
 decim decem & tria. &c. vnde Græci denarium numerum de-
 cadẽ appellant, id est, numerum continentem omnem numerũ:
 sic lex excelsior & vltima, quæ in mundo obseruatur est lex
 gratiæ. Nam lex naturæ legem scriptam expectauit, & lex scri-
 pta legem gratiæ. At verò hæc nullam aliam hic expectat: nã ip-
 sa perfectior & vltima est. Etiã dirus Mahoma. 3. capi. sui Alcho-
 rani dixit: qui voluerit perfectus esse seruet Euãgeliũ Iesu Chri-
 sti. Et interrogatus deinde, si hoc verum est, cur legẽ tã contrariã
 illi scripsisti, quã adeò perfectam esse fateris? Respondit: Scitote 17
 Deũ in mundũ Iesum misisse, vt eius Euangelio ex hominibus
 Angelos faceret, & sciens Deus paucos fore, qui illã perfectionẽ
 sequerentur misertus hominũ ne dãnaretur me misit, vt hãc le-
 gẽ tã amplam darẽ, & tã conformẽ carnis appetitui propter debi-
 les. Aduertite hominis infernalis vafritiem, qui cũ non posset al-
 tissimam perfectionẽ legis gratiæ negare hoc artificiũ quæsiuit,
 vt stupidos homines falleret. Nã satis stolidus & amens ille est,
 qui credit, quod idẽ Deus, qui vires suggerit hominibus ad obser-
 uandum cũ suauitate perfectissimam legem Euangelicam, alte-
 ram itã contrariam illi daturus erat. Obsecro ergo vos fratres per
 viscera misericordiæ Dei nostri, vt memoremini obligationis,
 qua adstringimini ad viuendum nunc in maiori puritate, & fan-
 ctitate, quam illi, qui in lege naturæ, & scripta vixerunt, vt pluri 8
 mi ex vobis cõfundamini de vestro viuẽdi modo, & emẽdmini.

Quæ accipientes lampades suas exierunt obviam sponso, & sponse.

Sponsum venturum esse certissima res est. Et etiam certissimũ
 est quod sic vivimus ac si sponsus nunquam venturus esset. Nam
 vita nostra, & conuersatio nostra non est eorum, qui expectant
 sponsum, sed eorum, qui non credunt illum esse v̄turum. Diui-
 nus Apostolus, postquam dixit: Nostra conuersatio in coelis est,
 statim subdidit: Vnde etiam Saluatorẽ expectamus dominũ no-
 strũ Iesum Christũ, qui reformabit corpus humilitatis nostræ,
 cõfiguratũ corpori claritatis suæ. Primũ quod hic notare occur-
 rit, est quomodo inquit: Corpus humilitatis nostræ. Nã corpus

Philipp. 3.

com-

19 cōptū, superbū p̄fanū, vanū, & inobediēs nō reformabitur, nec configurabitur corpori claritatis Christi, nisi per verā p̄cēnitētiā humilietur. Secūdo notandū est, quilli iure hāc reformationē expectāt, quorū conuersatio in cœlis est. At verò quorū conuersationes sunt in inferno, quo titulo, aut quo iure Saluatorē expectāt? O infœlices, quomodo decepti viuitis, quorū omnis cōuersatio est, quomodo ditabimini, quomodo alijs p̄ficiemini, quomodo delectabimini quomodo vēstrā voluntatē cōtra diuinam volūtatem, & legē adimplebitis & nihilominus Saluatorē expectatis, qui suam gloriam vobis cōferat? fallimini equidem.

Quinque autē ex eis erant fatuæ, & quinque prudentes. Orē tremendā.

Dicite fratres si decē hominibus in cubiculo simul edentibus, & letū diē agentibus nunciaretur: Vnus vēstrū trucidādus, & sene
20 re nimis cōburēdus est, nōne magn⁹ tremor omnes occuparet, & necessitia summa afficerentur? Quid si eis diceretur quinque ex eis illā tā acerbā mortē esse passuros? Vah, quam perterriti, & obstupefacti inmerēt. Nos ergo quo modo tā lapidei sumus, q̄ tanquā statuæ insensibiles manemus, & impauidi cū summa veritas hic videatur nobis significare dimidiā Christianorū partē cœli ianuā nō fore intraturā, sed extra illā mansurā, vt in perpetuū diro inferni igne cremetur? Et vtinā dimidia tantū Christianorum pars cōdēnaretur. Sed heu dolor: nā alibi dominus de semine pa
21 rabolā proponēs dixit, ex quinq; seminis partibus, quatuor de
sa via est, quæ ducit ad perditionē, & multi sunt, qui intrant per eam. Quā angusta porta & arcta via est, quæ ducit ad vitā, & pauci sunt q̄ inueniūt eā. Per portā latā, & viā spaciosam intrāt, & rotāt plaustra, & bestię onustę incedūt, & plures homines simul, il lac intrare, & iter facere possunt. At per angustā portā & arctā viā nec plaustra, nec bestiæ onustæ, nec plures homines simul intrare, nec incedere possūt: sed sigillatim vnusquisq; perse, modo vn⁹ deinde alius. Sic per inferni viā, quæ lata & spatiofa est, homines latę cōsciētīę iter faciūt, tanquā carruce, & bestię bonis tēporalibus rapina, & dolo partis onusti. O vos miseros, quia pōpa, & autoritas ipsa, quibus modo inceditis in cōfusionē, & tormētū vobis cōuertētur. Via cœli vt arcta est; nō capit auaros, nō superbos nec eos q̄ tāquā mulę onustę sic peccatis onerati incedūt. Nō capit nisi pauperes spiritu, humiles corde, & eos, q̄ per verā p̄cēnitē

simile

Luc. 8.

Matth. 7.

tiā à peccatorū onere, quo alij grauā se leuare & expedire sciūt. 22
 Vnde fit manifestū, vt hic summa veritas asserit plures esse, qui
 per viā latā & spatiosam simul iter faciunt. Paucos vero, qui per
 arctā viā cœli sigillatim incedūt. Refert Cyrill⁹ de quadā vulpe
 cula, quæ per proluuij foramē, idest. [*por in albanar*] in cellariū lau
 tis epulis refertū introiuit, vbi tantū glutiuuit, q̄ obessa nimis re
 mansit, & cum egredi conaretur per foramē proluuij, quo ingres
 sa est minime potuit, vnde quod exederat morte soluit. Idē mise
 ris peccatoribus cōtingit, qui per ianuā baptismi sanctā Ecclesiā
 intrauere, dicētes: Abrenuntio Sathanæ, & omnibus pōpis eius.
 Et cum hac nuditate & humilitate intrātes, postea seculi vanitati
 bus & pōpis se dedunt, & committunt, quarum ingluvie tā pin
 gues reddūtur, & bonis temporalibus, cupiditate partis, & auide
 cōseruatis, ita incrassantur, q̄ cum è mūdo exeūt nullo modo per
 angustā cœli portam intrare possunt. Vnde per latam inferni de
 bēt intrare. Ecce quomodo summa veritas merito dicit paucos es
 se, qui saluātur respectu eorū, qui dānantur. Ex quo infertur in
 hac hodierna parabola significare noluisse dimidiā fideiū partē
 esse, quæ saluatur, sed dicens, quinq; intrasse cū spōso ad nuptias,
 quinq; vero nō, in hoc docere voluit, quib⁹ medijs iusti saluātur,
 & quibus peccatores condemnantur. Hic numerus quinaris in
 sacris literis mysteriosus est. Nam quinq; panibus quinq; millia
 hominum pavit Dñs in deserto. Et quinq; præcipua vulnera in
 suo sacratissimo corpore suscepit. Et dicens saluandos quinq; es
 se, est quasi diceret, quòd illi, qui horum quinq; vulnerum meri
 tis, & eius morte, & passione sacratissima vti nouerint, æternæ
 gloriæ conuiuij fruuntur. Et quia contra bonum malum, scilicet, 24
 est, sicut iusti quinq; dicuntur propterea quòd illis quinq; sacra
 tissimis stigmatibus vti nouerunt & fructum ex eis perceperūt,
 ita etiam peccatores quinq; appellantur quia ex illis vulneribus
 emolumentum capere noluerūt. ¶ Dicit deinde: *sed quinq; fatuæ*
acceptis lampadibus non sumpserunt oleum secum. Admiror nimis, ô
 Christe agne māfuetissime, vt cū tu ipsa modestia, & comitas sis,
 hoc titulo has virgines appelles & tāta ignominia illas afficias, fa
 tuas illas vocās. Nonne ingēs fatuitas vobis videtur mittere solū
 oleum in lampadibus, & non sumere illud etiam in vasis olea
 rijs, quasi nunquam oleum lampadarum consumendū ef
 fet? Ah fratres, hæc est fatuitas & amētia, & ratio, ob quam homi

25 nes damnēture est, quoniam omne oleū fundunt in proprijs lampadibus, & non in vasis alienis. Omnem deliciam illecebram & lenem cultum, omnes deniq; diuitias sibi adscribūt, vt propriæ delectationi, & gustui vacēt. Quid rex intendit? Oleum sumere in propria lampade. Quid episcopus intēdit? quid moderator, & rector? Fere omnes sibi inquirunt: Proximis vero pauci. Omnes quærunt quæ sua sunt non quæ Iesu Christi, ait diuinus Apostolus. Omnes in lampades suas oleū immittunt, non autē in vasa olearia, quæ sunt pauperes & viduæ, & orphani. Et in pœnā huius, videlicet, esse homines immisericordes, & tyrāni hinc prouenit, vt illis sacris quinq; stigmatibus, & meritis Iesu Christi vti nesciant, nec eius diuinam misericordiam obtineant.

Philip. 2.

Prudentes vero acceperunt oleum in vasis suis cum lampadibus. Hoc est, 26 pie & clementer secū & cū proximis se gesserunt, & ideo misericordiā à Deo impetrauerunt. Quia vere dictū est: Beati misericordes, quoniā ipsi misericordiā consequentur. Et Ecclesiasticus ait: Deus protector est eius, qui reddit gratiā, eius meminit in posterū & in tempore casus inueniet firmamētum. Reddere gratiā est gratum se ostendere, cum bonis à Deo acceptis eius seruitio incumbendo, & præcipue humanū, & misericordē in pauperes se præbere, hic in tempore casus inueniet firmamentum. Omirificū priuilegium, q̄ si prope ruinā hic fuerit inueniet eleemosynam, tanquā firmamentū, sustentaculum, & fulcimen, ne cadat, Nam tēpus casus est tentationis tēpus: tūc enim homines cadere solēt. Vel casus potest dici tempus mortis, & tūc inuenies firmamentū in operibus misericordie, quæ feceris. Etiam de illo, qui 27 mittit oleum in vas oleariū dicit S. Dauid: Beatus, qui intelligit super egenū, & pauperem in die mala liberabit eum Dñs. Dñs cōseruet eū & viuificet eum, & beatum faciat eū in terra, & non tradat eum in animā inimicorum eius. Dñs opem ferat illi super lectum doloris eius, vniuersum stratum eius versasti in infirmitate eius. Attendite quot quamq; excellentes benedictiones sanctus Propheta illi impertit, qui erga proximum suum misericordiam exercet. Dñs prosperet, & cōseruet illū (ait) in bonis, quæ possidet, & viuificet eū quando pene extinctus, & eius salus desperata fuit, & beatum, prosperū, & foelicem tam in spiritualibus quam in temporalibus illum faciat super terram. Et ibi in leto, in quo jacuerit (*haga el señor por el lo q̄ el no puede hazer por si*). Et

Matt. 5.
Eccle. 3.

Psal. 40.

mox sanctus Propheta sermonem suum ad Deum conuertit & illum alloquitur dicens: Vniuersum stratum eius verfasti in infirmitate eius. Quasi dicat: Recte domine ego te noui, (*Que has por el mas de lo que yo aqui digo.*) Et tanquam mater pia leniter illum tractabis, id est, (*Le regalaras, y le mulieras la cama para que este blanda.*) Et hoc significat: vniuersum stratum eius verfasti in infirmitate eius, de praterito propter beneficij certitudinē. Et est valde notandum hæc omnia, quæ in nostra translatione in optatiuo habentur B. Hieronymum de futuro legere, qui sic vertit: Dominus custodiet eum, viuificabit eum, & beatus erit in terra, & non tradet eum animæ inimicorum suorum. Dñs confortabit eum, in lecto infirmitatis, totum stratum eius vertisti in ægrotatione sua. Obne dictus, & glorificatus sit talis Deus, (*Que se haze enfermero del hombre misericordioso.*) Hos omnes fauores perdit crudelis, qui non utitur misericordia, nisi erga seipsum, quæ non misericordia, sed potius crudelitas est dicenda, siquidē æternæ damnationis eius est causa. Vtinam hæc sacræ scripturæ verba in laudem misericordiæ prolata tanquam sagittæ acutæ corda vestra dilectissimi transfigerent, vt qui ex vobis duri & inhumani erga proximos vestros huc vsq; extitistis blandi, humani, & pij modo redderemini, vt hac via vestris malis remedium adhiberetis.

Morã autē faciēte spōso dormitauerūt oēs, & dormierūt. Per hanc morã significatur spatiū tēporis, quod nobis cōceditur, vt in eo æternā vitā lucremur & in toto hoc tēpore dormim⁹. Sōnus dicitur peccatū. Vnde D. Paulus ait: Euigilate iusti & nolite peccare. Si nō peccare est vigilare, ergo peccare est dormire, & peccatū dicitur somnus. Somno omnes corporei sensus sunt ligati, & suas operationes non exercent. Cuius rationem reddit Philosophus in libro de somno, & vigilia dicens, causari somnum ex vapore cibi, qui est in stomacho, ex quo vapores exhalāt & vadunt ad cerebrū, & ibi frigefacti descēdunt densiores, & spirituum vitaliū vias claudunt, & etiam specierū, quibus fit sensatio, & ob id ligantur humani sensus, ita, vt sentire nequeant. Vnde nec videt homo, nec audit, nec odoratur, nec gustat, nec sentit, quanuis tangatur. Eodē modo ex abundantia bonorum tēporaliū, & secunda sorte ascendunt quidā fumi, & vapores superbix ad cor, ad eō frigidi & spissi, quod obstruūt vias, ad operationes, & dona diuini spiritus, ex quo remanet anima tanquam sopita & oblita sui, &

crea-

D. Hiero.

1. Cor. 15.

Aristo. l. de
Somn. & vi
gil.

31 creatoris ipsius cū sensibus ligatis, & stupore corrēptis. Pro quo est notandum id quod D. Bernardus in quodā sermone de quinque sensibus ait: videlicet, quod sicut in corpore quinque sensus corporei sunt, ita etiam in anima sunt quinque sensus spirituales. Vilius est fides, auditus obedientia, gustus amor, olfactus spes, & tactus patientia. Et anima in peccato iacens hos omnes sensus ligatos habet. Ita enim credit & vivit, ac si non crederet, & ita sperat ac si non speraret, absque obedientia, patientia, & amore & ita manet sopita. Vnde nonnulli exponentes illud: Dormitauerunt omnes, & dormierunt idem significare aiunt ac illud, quod Salomon ait, scilicet: Nō est homo, qui non peccet. Et ita humanam fragilitatem contemplantēs amplius admirari deberemus, vidēdo homines in virtute perseuerare, quam cernere illos in peccata prolabi. Ac si quosdam videremus in duo vasa vitrea plures lapides iacentes, si horum alterum tot ictibus illęsum videremus, profecto plus admiraremur, quam si alterū frangi cerneremus. Omnes nos tāquam vasa vitrea sumus, & natura nostra fragiles. De quibus sanctus Apostolus ait: Habemus thesaurum in vasis fictilibus, & a sidue varijs demonum tentationum ictibus impetitur, & quanto iustior quis est, eo plus ab eis vexatur. Vnde S. Iob de quolibet horum dæmoniorū ait, fœnū, vt bos comedet. Est valde ponderandum, quod non dicit: comedet fœnum, vt equus, aut sicut asinus, vel vt quodlibet aliud animal, sed vt bos. Nam equus, & asinus si præsepio admoueantur statim os immittunt, & comedunt quicquid primo offendunt, siue mundum siue immundum, & minus purgatum sit. Non sic facit bos, quin 32 imo os aperit, & magis selectum capit, nec dentibus terit fœnū, quod non sit purgatum. (De roda mali Za. y horrua) Sic dæmon facit, qui studet perfectiores, atque sanctiores & a seculi tumultu magis semotos deglutire & eos fortius tētāt, nō admodū curans de mūdānis qui sunt tanquā fœnū immundū puluere & paleis admixtum. Vnde D. Gregorius ait: Dæmon eos tentare negligit, quos iure quieto possidere sentit. O viri religiosi, oculos vestros aperite obsecro, viuite cū maxima vigilantia, & cautione siquidē hostis vester dæmō vestram condēnationē a deo litit, & tanto desiderio angitur, vt vos mordicus consumat: nam, vt bos fœnum mūdum, & purgatum comedit dicebat S. Dauid: Custodi animam meam quoniam sanctus sum. O bone rex, si sanctus

D. Bernardus
ser. de quinque
que sens.

3. Reg. 8.

Simile.

2. Cor. 4.

Iob. 40.

D. Greg. in
moralibus.

Psal. 85.

Cant. 4.

es, cur tam efficaciter petis, vt Deus animam tuam custodiat? 4
 Quia quo sanctior quis est, eo plus à Sathana expugnatur, debel-
 latur, & aggreditur. Vnde in Canticis de anima sctâ dicitur, quod
 est tanquã turris, & quod mille clypei pendent ex ea. Nam sicut
 plures sunt ictus, quibus impetitur, & sagittę, quibus vulneratur
 ita plures clypei, & diuina præsidia ei opus sunt, vt ab illis eripia-
 tur & defendatur. Cum ergo hoc ita sit, plus nobis mirandũ est,
 si videamus iustum, qui vas vitreum est, tentationum ictibus vn-
 dequaq; petitur, & quod aliquo peccato mortali nõ frangatur,
 sed quod in iustitię integritate perseueret, quã si videamus aliũ
 eisdem tentationum iaculis frangi, & peccare. Ceterum quanuis
 verum sit non esse qui vel mortaliter, vel saltem venialiter non
 peccet, at vero hic, *Dormitauerunt omnes, & dormierunt*, non deno-
 tat omnes in peccato iacere, quãdo sponsus venit. Et hoc planũ 5
 videtur, quando quidem etiam virgines prudentes dormiebant,
 & in ipso somno paratę erant. Vnde scire opus est, quod sicut
 est somnus malus, peccatũ, scilicet, etiam est bonus sopor, nem-
 pe diuina cõtemplatio. De quo S. David ait: In pace in idipsum
 dormiam, & requiescam. Et in Canticis dicit sponsa: Ego dor-
 mio, & cor meum vigilat. Et virgines fatuę videlicet, mali Chri-
 stiani, qui non acceperunt oleum misericordię in vasis suis dor-
 miunt in peccato, & adueniens spõsus in hora mortis imparatas
 illas inuenit: vnde absq; vilo remedio in æternum manent. Ar-
 virgines prudentes, scilicet, boni Christiani, quam plurimis pie-
 tatis operibus præparati dormiunt somnum hunc suauissimum
 contemplationis diuinę. Quas ita præparatas, & gratia insigni-
 tas sponsus inueniens eas secum ad glorię nuptias ducit, quam 6
 mihi & vobis donare dignetur Iesus Marię filius. Amen.

Psal. 4.
Cant. 5.

In eodẽ Communi Virginum

Concio Secunda.

*Simile est regnum cœlorum decem Virginibus, quę
 accipientes lampades suas, &c. Matth. 25.*

Hæc

HAE C Sancta militans Ecclesia, quæ à mūdi in-
 1. tio cœpit nūquā regni cœlorū titulū fōrtita est,
 quousq; vnigenitus Dei filius in terris homo fa-
 ctus apparuit. Nunc enim qui in ea viuūt maio-
 ri obligatione adstringuntur, quādam efligiē, &
 exēplar eise eorū, qui in illa superna patria, & triūphāti Ecclesia
 habitant. Et est res valde vltatā nomē rēipſius imagini aptare
 Habet quis, verbigratia, mūdi theatrū, aut orbis descriptionem
 cubiculi parieti fixā, & dicit familiari suo: Ecce Roma hic, ecce
 illic Venetia, Ecce illic Neapolis, &c. Romę imaginē Romā
 appellat. O quā ingētī beneficio nos omnes Christianos Deus
 donauit, siquidē in tā sublimi statu qualis est huius sacrosanctæ
 militantis ecclesiæ nos collocauit, quæ imago & exēplar est cœ-
 2. lestis ac superne triūphantis ecclesiæ. Vnde D. Paulus ait: Fide
 1. Cor. 1. lis Deus, per quem vocati estis in societate filij eius Iesu Christi
 Dñi nostri. Per quem, id est, per cuius grātiā, & bonitatē voca-
 ti estis, & nō propter vestra merita. Certa res est, quod nos, qui
 in hac sacra militanti Ecclesia viuimus nō sumus in gloria, & so-
 cietate Christi R. N. Ceterū ait S. Apostolus, quod iustus voca-
 ti in societate & cōuersationē ei⁹. Nā Christianus prę anime oca-
 lis debet semper habere, & existimare, quod ambulat semper in
 presentia, & societate huius cœlestis magistrī. Aliquādo fingēs
 adesse sacratissimę natiuitati ei⁹ in Bethlehemitico pręsepio. Nō
 nunquā vero quod comitatur illū in Aegyptiaca peregrinatio-
 ne. Aliquādo autē, quod adest cū illo ieiunās in deserto. Aliquā-
 do verò, quod subsequitur illū in prædicationē sancti Euāgelij,
 3. & quod ab illo diuino ore altissimas cōciones, quas prædicauit
 audiat. Tandē studeat memoria, & meditatione præ se esse om-
 nibus mysterijs, quæ in hac vita operatus est, quousq; in cruce
 emisit spiritū, & quę deinde fecit quousq; in cœlū ascēdit. Et ad
 recuperandū halitū (vt aiūt) siue ad refrigerandū spiritū & refo-
 cillandā mentē, debet etiam homo nō nunquam meditari, quod
 est cū illo in gloria, vbi sedet ad dexterā Dei patris, & ab vniuer-
 sa cœlesti curia adoratur. O vtinā ex tot horis, quot indices iusu-
 mimus, terrena corporibus nostris inquiendo, saltim dilectissi-
 mi vnā horā in: ne, & aliā sero, in his cōsiderādis mysterijs collo-
 carem⁹. Vtiq; flagrare mus diuini amoris igne, & facili negotio à
 malis nos expedirem⁹, & manifeste in sancto virtutū exercitio
 p̄ficere. In Genesi dicit: Formatis igitur Dñs De⁹ cūctis ani

1. Cor. 1.

Gene. 2.

mātibus terre, & vniuersis volatilibus cœli adduxit ea ad Adā, 4
 vt videret quid vocaret ea. Statuens Deus coram Adamo tot ge-
 nera creaturarū, in hoc celsitudinis & potentia suæ infinitæ con-
 templationis materiam illi præbuit, videns illum verbo duntaxat
 cuncta creasse. Et sequitur statim: Immisitque Dñs Deus so-
 porem in Adam, quem soporem septuaginta interpretes dicunt
 quandā ecclāsim fuisse. Et crediderim ego ecclāsim illam causa-
 tam fuisse ex bonitatis, & maiestatis Dei infinite cōsideratione,
 quam ostendit informatione tam diuersarum creaturarū. Quod
 si illa creaturarum diuersitas sufficiens fuit ecclāsim in Adamo
 efficere, multo profecto mirabilia sunt opera redemptionis
 nostræ, & efficaciora ad causandam ecclāsim in nobis, si cum cor-
 dis puritate, profunde, & assidue eorum cōtemplationi incum-
 beremus: ob cuius defectum nec diligimus, nec admiramur, res 5
 tam stupendas & mirabiles, quas pro nobis Deus operatus
 est. Sed dicetis, Cur Dominus non assimilauit hanc Sanctam
 ecclesiam decem coniugatis, aut decem viduis, quemadmodum
 comparauit illam decem virginibus? Ad hoc respondeo, quod
 quauis status coniugatorum, & viduarum bonus sit, at verò vir-
 ginum melior, perfectiorque est. Et cum quis aliquid pluris aſsi-
 mat ad insinuandum valorem, & pretium eius excellentiori rei
 illud cōparat. Vnde dici solet: iuuenis hic vnus Angelus est, iu-
 uenishic quidam Seraphim est. Sic sponsus dilectam comparat
 dicēs: pulchra, vt luna, electa, vt sol. Nam hæ creaturæ alias cor-
 poreas excellūt. Similiter hic dominus sanctam ecclesiam perfe-
 ctiori statui, videlicet, virginū cōparat, vt ostēderet, quanti eſsi-
 met virginitatē. Nam coniugatis fructus trigessimus datur, 6
 viduis sexagesimus, virginibus verò centesimus. Tam infimus fru-
 ctus aptatur cōiugatis, quia sicut diuinus Apostolus ait: Qui cū
 vxore est sollicitus est quæ sunt mundi, quomodo placeat vxo-
 ri, & diuisus est. Et hoc intelligitur de bonis coniugatis: nā ma-
 li coniuges non reportant fructum, sed potius damnationē æter-
 nam. Quem fructum (dicite) ferret illa mulier profana, de qua
 in Prouerbijis dicitur, quod seduxit iuuenem, dicens: veni frua-
 mur cupitis amplexibus, donec illacelcat dies. Non enim est
 vir (scilicet meus) in domo sua, abiit via longissima. Et paulo an-
 te faceret textus dixerat de ea, quauis cōiugata erat, Ecce occur-
 rit illi mulier in ornatu meretricio, præparata ad decipiēdas ani-
 mas, garrula, & vaga, quietis impatiens, nec valens in domo cōsi-
stere

Can. 6.

2. Cor. 7.

Prov. 7.

7 **stere** pedibus suis, nunc foris, nunc in plateis, nunc iuxta angulos in dians. Auertat à nobis Deus tam dirum Sathanæ instrumentum, quale est mulier cum his qualitatibus, quibus spiritus sanctus hic depingit, quatum maxima turba in mundo est. Et viduis fructus sexagesimus datur, quia magis expeditæ sunt ad obsequendum Deo. Hoc etiam intelligitur de bonis viduis, quæ obseruant id, quod D. Paulus docet: his verbis: **Quæ** vere vidua est & desolata speret in Deū, & instet obsecrationibus nocte ac die. Nam quæ in delicijs est, viuens mortua est. Virginitati verò ceteris fructus donatur, tanquam rei perfectiori, & quæ nimium præparat animam ad diuinam contemplationem. Vnde inter omnes Sanctos Apostolos, & Euangelistas de nullo legitur tot tantasque reuelationes, & raptus habuisse sicut **Diuus Ioannes** Euangelista, & D. Paulus: cuius ratio esse creditur, quia hi duo sacri viri erant virgines, cæteri vero non, quia coniugati fuerunt, vt D. Ambrosius affirmat. Et illa virginitas perfectior est, quæ si mul corporis, & animæ puritatem includit, quamuis difficilior sit sicut in laboribus contingit, idest, (*En los labores*) illi sunt pulchriores, & difficiliore, qui ex vtraq; facie laborantur, (*Que se labran a dos hazes.*) Ita quamuis omnes virtutes sunt difficiles (quia teste philosopho, virtus versatur circa difficile) at inter omnes primas tenet, virginitatem in corpore conseruare, & cogitationes, & desideria casta in anima habere. (*Porque esto es labrar a dos hazes.*) Et sicut difficilius, ita pretiosus est. Regine & dominæ plus gloriantur de inuerfa vefus facie, quã de facie ipsius, idest, (*Mas se precian de los afforros de sus ropas, q̄ de la haz.*) Vnde in vestibus serici gau sapij, idest, (*De terciopelo, ponen afforros de tela de oro.*) Huiusmodi sunt sponsæ superni regis Iesu Christi, quæ plus gloriantur de virginitate interiori, quam de exteriori. Vnde Regius Dauid ait: Omnis gloria eius filiæ regis ab intus. Omnis gloria eius ab intus, ait, non quia plurimum non æstimet virginitatem exteriorẽ, sed quia interiorem multo plus æstimat. Et sponsus dilectam laudans illi dicit: **Quam pulchra es amica mea, quam pulchra es absque cõ, quod intrinsecus latet.** Quasi significãs in hoc quod suppetũt verba ad laudandũ virginitatem exteriorẽ, & de sunt ad laudandum interiorem, quæ est mirifica ponderatio. Et **Diuus Hieronymus** ad Eustochium ait: In carne præter carnẽ viuere magis Angelicũ est, quam humanũ. Et etiã dici potest virginitatẽ in hominibus maioris pretij esse, quam in Angelis: quia plus

1. Tim. 5.

D. Ambros.
sup. epi. 2. ad
Cor. capi. 11.

Arist. 2.
Ethicorum.

Simile.

Psal. 44.

Cant. 4.

D. Hieron.
ad Eustoch.

plus æstimatur aliqua res, quæ cum sit arte fabricata naturalis vi-
 detur, quam quæ natura sua talis est. Væ illæ, quas clarissim⁹ pi-
 etor Zeuxis in scænâ detulit tãto artificio depictas, vt ad eas aues
 auolarent, plus æstimabãtur, quã si naturales essent. Et rosæ flo-
 sculiq; quos aurifices in argento sculpũt, & quos plumarij, idest
 (*Los brosladores.*) In serico fabricantur præter ipsam materiã supra
 quã hæc laborãtur, preciosiores sunt propter artificium quã si na-
 turales essent. Quod Angeli sint puri, & casti (*Pocas gracias a ellos*)
 si sic dicifas est, & gratias ingêtes Deo, qui tã puros, & speciosos
 illos creauit. At verò quod artificiose, & cũ tanto labore quæ dã
 virginitas Angelicæ similis in carne fiat, hoc plus multò æstima-
 tur. Quod malus mala, & vitis vuas ferãt, nihil mirũ, cæterũ, q̃
 tribuli vuas, & rubus mala ferãt, hoc pfecto mirabile esset. Rubi
 & tribuli sunt homines respectu Angelorũ, qui sunt tãquã arbori-
 res nobilissimæ. Et q̃ hi miseri homines ad Angelorũ puritatem
 perueniãt hoc magnã admirationẽ fert. Et ex eo q̃ virginitas tã
 pulchra, & speciosa sit illi Sãctã ecclesiã Dñs cõparat etiã dicẽs:
 Simile est regnũ cœlorũ decẽ virginibus in quo denotat sanctã
 eius ecclesiam esse regnũ virginũ propter honestatẽ, quã decet
 habere in omnibus statibus eius, quanuis sit coniatorũ, quod
 apud alias mundi nationes nõ obseruatur. Et ita, quanuis B. Pe-
 tus Apostolus in sua canonica foeminas peculiariter exhorte-
 tur, dicens: cõsiderantes in timore castã conuersationẽ vestram,
 omnibus etiã Christianis hæc dici opus est, & cũ maxima effica-
 cia prædicari. Et est notandũ quod vbi nos hic legimus: conside-
 rantes in timore castã conuersationẽ vestrã, alia translatio habet
 cõsiderantes in timore sanctam cõuersationẽ vestrã. In quo sig-
 nificatur, quod quanuis ad hoc, vt quis sanctus sit plus requiritur,
 quam quod sit castus, at verò castus esse est via rectissima ad im-
 petrãdam sanctitatẽ. Sed væ & millies væ quãta penuria castita-
 tis hodie apud Christianos est, & quanta corruptio, & turpitudò
 in quã plurimis sanctæ ecclesiæ mēbris. In Genesi legitur: Noe
 cum quingentorum esset annorũ genuit tres filios, & cõstat illũ
 ab omni carnali actu abstinuisse vsque ad quingentos ætatis suæ
 annos, siquidẽ vsq; tunc filios nõ habuit. O mirificam continẽ-
 tiam, & castimoniam viri. Et vt in plurimũ in diebus illis vsq; ad
 centesimum ætatis annum se cõtinebant homines: nunc heu do-
 lor, vix pueri loqui sciunt, & de carnalitatibus agũt, & prius quã
 filij esse sciunt, patres esse volũt. Vnde prouenit, vt respectus, &
 honor

Plinius lib.
 35. cap. 10.

1. Pet. 3.

Gene. 5.

13 honor erga parētes amittatur, quia parētes & filij fere pueri se cōsequuntur. Et sic videbitis plures matres, quæ filias tā intēpestive suscipiunt, quod vix discernere poteritis, vtra earū mater, aut filia sit, & sic vt equales cōuersantur absq; vilo respectu, & obedientia. Quid de nōnullis dicā in suis sermonibus, & colloquijs tā parū circumspectis, & incautis, vt passim oculis proprijs videmus? Vnde prouenit, vt turpiter cōtaminentur, & inde in plurima vitia prolabantur. Nam luxuriæ vitiū plurimū miserum hominē debilitat, vt Iacob patriarcha significauit filiū suū Rubē al
Gene. 49.
loquens his verbis: Effusus es sicut aqua, nō crescas, quia ascendi sti cubile patris tui. A qua effusa omnino deperditur & absq; vlla vi manet. Et ideò hoc vitium iter præbet ad alia plurima vitia, & sic indies homo deterior fit. Prius sacer textus dixerat, quod ho
Gene. 6.
mines visa sceminarū pulchritudine ad malū illecti fuerunt, ex quo in tantā miseriā sunt prolapsi, quod dicitur ibi: Repleta est
14 terra iniquitate: omnis quippe caro corruerat viam suam. Ecce quē finem habent vitia carnis, & in quantā stragē, & corruptionem miseros homines inducunt. De quolibet horum huic vitio dedito potest dici illud Isaie vaticiniū: Cor impij, quasi mare feruens, quod quiescere nō potest, & redeunt fluctus eius in conculcationē, & luctum. Nam omnia carnalis negotia tēdunt ad hoc, vt se inquinēt. O miseri, quā rigidas pœnas soluetis, nisi vestris dissolutionibus frænum adhibebitis, & veram pœnitētiam egeritis. In Genesi legitur: Flagellauit Dominus Pharaonem plagis maximis, & domum eius propter Sarai vxorem Abraham, quia
Isai. 57.
exillimans illam innuptam esse iusserat eam ad se adduci, vt cū
15 ea peccaret. Quod si Pharao Ethnicus tam acriter punitus fuit propter adulterium, quod ignoranter perpetrare volebat, quid erit de Christianis, qui consulto tam frequenter illud committunt? Si quis obijciat (vt verum est) dominum illum flagellasse, quia etsi ignorabat Saram coniugatam esse, bene tamen nouerat alienam esse, & id satis erat ad hoc, vt illum Deus puniret, ad hoc respondeo, quod exinde potestis inferre: si propter simplicem fornicationē Deus Ethnicum sic punit quibus supplicijs Christiani hominis adulterium punit? Et scitote, quod quannīs leges ciuiles æqua pœna mariti, ac vxoris adulterium puniunt, *D. Aug. li. de adulteris & coniugijs.*
at verò apud Dei tribunal grauius delictum committit adulter, quam adultera, & grauius punietur, sicut D. Augustinus decernit.

nit libra de adulterinis coniugijs. Nam vir maiori obligatione **16**
 adstringitur ad viriliter cuilibet vicio resistendum quia maiore
 vim & perfectionē habet, quam mulier. Obsecro vos fratres, vt
 hæc nimium pensetis, & saltem pœnæ timor vos terreat, quos
 amor Dei non mouet, & hac via veram poenitentiam agatis, &
 à tantis malis vos eripiatis. Beatus Agidius Minorum frater à
 quodam homine interrogatus: Pater à vitijs carnis quomodo
 nos eripere, & continere poterimus? Sanctus vir sapienter re-
 spondit. Qui tigna grossa, aut ingentes rupium moles transfer-
 re aliunde vult, plus arte quam viribus facit. Quo exemplo do-
 cuit quod, vt hanc vitij carnis molem à nobis semoveamus, non
 tam viribus corporeis vti debemus, quàm artificijs. Et vnum ex
 præcipuis est, quod viros spirituales conueniamus & tanquam
 magistros, & vulnerum animarum medicos habeamus, vt San-**17**
 ctus Ioannes Climacus exhortatur. Quando filios Israel Deus
 voluit educere de Ægypto misit ad illos Sanctum Moysem, vt
 magistrum, & ducem qui homo ex carne erat. Cæterum creptu-
 rus Loth & filios eius ab incendio Sodome (quæ locus turpitudi-
 nis erat) non misit Abraham, aut alium quempiam hominum,
 sed Angelos misit, qui illos adiuuarent, vt ab immundo loco illo
 exirent. In quo significatum est, quod quanuis ad exeundum ab
 alijs peccatis satis esset alios viros minus perfectos consulere, at
 verò ad euadendum pericula carnis opus est viros spirituales, &
 angelicos conuenire, & ab hac dira pice valde semotos.

Quæ accipientes lampades suas exierunt obviam sponso, & sponsæ.
 Bene infertur noctu esse, siquidem opus fuit lampades accen-
 sas portare. Et ità verum est, quod vita præsens nox est respe-**18**
 ctu illius lucidissimi diei gloriæ. Ideoque nobis opus est non so-
 lum lumine naturali sed etiam lumine fidei diuina gratia, & cha-
 ritate illustrato. O mirifica lux, quæ sic nos illuminat, vt quic-
 quid est in mundo nox videatur, & nihil amabile præter Chri-
 stum verum animarum nostrarum sponsum. Et est valde ponde-
 randū, quod solus rex gloriæ Iesus Christus dicitur hic sponsus,
 & sponsa. In quo denotatur illum Deum & hominem esse.
 Nā in coelestibus illis spōsalibus sacratissimæ incarnationis ver-
 bū diuinum humanitati vnitum, & desponsatum est, vnde ver-
 bum diuinum est sponsus, & humanitas sponsa. Et propterea
 dicitur: Exierunt obviam sponso, & sponsæ, Vbi plane con-
 stat

S. Agidius
 ord. Min.

S. 104. Clim.

c. 11.

Exod. 3.

Gene. 19.

19 stat in hac parabola Dominum non loqui de infidelibus, qui hanc
 lucem nunquam habuerunt, nec obuiam sponso exierunt. Va-
 de Diuus Ioannes in Apocalypsi ait: Datus est mihi calamus si- *Apoc. 12.*
 milis virgæ, & dictum est mihi: Surge & metire templum Dei,
 & altare, & adorantes in eo, atrium autem quod est foris templū
 eijce foras, & ne metiaris illud. Vbi per illud: Quod foris templū
 est, omnes infideles significantur. De quibus Diuus Paulus ait: *1. Corint. 5.*
 Quid enim mihi de his, qui foris sunt iudicare? Nec hic loquitur
 de malis Christianis, qui publicè sunt adulteri, homicidæ, fures,
 voraces &c. quia in parabola præcedenti de his dominus verba
 fecerat, sed loquitur de his, qui exierunt obuiam sponso, & fuerūt
 iusti & illuminati, & bona opera aliquando fecerunt, ex quibus
 postea quā plurimi condēnantur. O rem mirā, & dictu tremen-
 dā, quod in vno conuentu centum monachi cohabitēt, & in alio
 20 totidem monachę claustræ seruentur, & hi omnes ieiunent, carnē
 disciplinis macerent, vigilijs & orationibus vacent, omnes de-
 niq̄ue ad laudes Deo exoluendas nocte surgant, & horum aliqui-
 bus ianua claudatur, quibusdam verò reſeretur? Quis fratres hęc
 audiens nō cōtremiscit, & stupet? O Christe lux vera, illumina
 nos obsecro pro tua infinita clemētia, vt rectē hęc p̄ſare nosca-
 mus. Si dū alij orationi vacāt, alij ludo incūberent, si dū alij horas
 matutinas decātant, alij detrahendis proximis operā darent, si
 dum flagellis alij carnen rumpunt, alij comestationibus & ebrie-
 tatibus darentur non mirum esset, quod alijs ianua clauderetur,
 alijs verò panderetur, & quod alij fatui, alij verò prudentes dice-
 rentur. At verò quod bonis operibus omnes simul dediti, qui-
 dam condēnentur, alij verò saluentur, hoc ingentem admira-
 21 tionē parit. O quam meritò D. Gregorius in homilia super hoc *D. Greg.*
 Euāgeliū ait: Sæpe vos fratres charissimi admonéo praua opera
 fugere, & mūdi huius inquinamenta deuitare. Sed hodierna san-
 cti Euāgelij lectione cōpellor dicere, vt & bona, quæ agitis mag-
 na cautela teneatis, ne per hoc, quod à vobis rectū agitur fauor,
 aut gratia humana requiratur, ne appetitus laudis subrepat, &
 quod foris ostēditur, intus à mercede euacuetur &c. Sicut fatuis
 virginibus cōtigit, quę postquā bonis operibus insudauerant, &
 cū lampadibus accensis sp̄sum expectauerāt tandē ceciderūt,
 & perierunt, quia gloriam hominum plusquam Dei quæſierūt. *D. Aug. 4.*
 D. Augustinus aliam expositionem huius loci ponit dicens; *83. 9. 59.*
 quod

quod lāpas accensa vnus cuiusq; statū significat, & oleum signi-
ficat bonū testimoniū status illius. Et quia sunt nōnulli, qui sta-
tū accipiunt, & nō curant de eo, quod ad statū illum attinet, ideo
quidā saluantur nonnulli verò condēnantur. Quia nōnulli satis
esse putāt, si religiosi sint, si clerici, si cōiugati, aut prēlati, siue mi-
nistri iustitię, & quę ad statū illos pertinet nō curāt exequi. Alijs
vero nō satis videtur status, in quo vitam degūt, sed insuper stu-
dent bonū testimoniū de illo habere, opere exequendo quic-
quid ad illū statum spectat. Hęc est vera prudentia, & sapientia.

Psalm. 118.

Vnde S. David ait: Intellectus bonus omnibus faciētibus eum.
Id est, ille optimā sapientiā optimāq; prudentiā habet, qui secū-
dū propriū statū operans Deo famulatur. Ideo D. Thomas ait:

D. Tho. 2. 2.

9. 47. ar. 8.

2. Corint. 1.

quod vnus ex pręcipuis prudētię effectibus est pręcipere, vt ope-
re exequatur quicquid decet. De hoc oleo hoc est de hoc testi-
monio dicit Apostolus: Gloria nostra hęc est, testimoniū cōsciē-
tię nostrę. Id est, hoc letificat animas nostras. Hęc nostra securitas
est, scilicet, testimoniū, qđ de nobis prębet conscientia nostra. Et
quod testimoniū reddit, ò diuine Apостоletipse statim asignat,
scilicet, quod in simplicitate cordis, & sinceritate olei, & nō in sa-
piētia carnali, sed in gratia Dei cōuersati sumus in hoc mūdo. O
beatū illū cui cōsciētia tale descriptore testimoniū perhibet, & quā
securus hic super faciē terrę viuūt, nā eius cōsciētia illi dicat, qđ
quicquid facit propter gloriā Dei eiusq; amorē facit. Et inferi⁹ di-
cit: qui vnxit nos Deus, & qui signauit nos, & dedit pign⁹ spirit⁹
in cordibus nostris. At tēdite si iure optimo consolati viuāt, qui
pignus coeleste acceperūt, id est, qui Dei suffragiū habēt, (*Que rie-
nē el voto de Dios.*) vt eis gloria cōferatur. Statim, vt rex syngraphā
ad equitē mittit dicēs, se illū cōmēdatariū facere, cōmēdatariū
appellatur, quanuis nondū pręscripserit, seu muneris possessio-
nē acceperit, quia regis suffragiū habet. Similiter iusti in hac vi-
ta beati dicuntur, quia Dei suffragium habent. Hoc est dilectissi-
mi testimoniū, quod omnes habere studere debemus. Non sa-
tis vobis esse debet, vt alij de vobis testimoniū prębeant, (*Cō-
que otros os abonen*) & vt iustos vos habeant. Nam hęc fuit fatui-
tas illarum virginum infeliciū. Opus suū probet vnusquis-
q; & sic in semetipso tantum gloriā habebit, & non in alte-
ro, ait diuinus Apostolus. Et in hoc consistit prudentia.

Simile.

Gal. 6.

*Moram autem faciente sponso. Iustis tantum moram facere videtur
sponsus.*

25) spōsus. Vnde sanētus Dauid querebatur dicens: *Hei mihi, qui incolatus meus prolōgatus est.* De Anna Tobiaē matre legitur quōd videns filium (quem bonum suum appellabat) tandiu inmorari, nullo modo cōsolari poterat, sed quotidie exiliens circūspiciebat, & circumibat vias omnes, per quas spes remeandi videbatur, vt procul videret eum. *O vtinā efficaciter Deū nostrū summūq; bonum, sicut oportet diligere, quot lachrymas funderemus, & quam crebra suspiria daremus, vt citō dissoluere mur, & essemus cum illo.* At plurimi ex nobis ita viuimus, quod quanuis post ducentos annos Deus veniret videretur nobis cito & intēpellare aduētare. Sicut Rex Ezechias, qui plorās dicebat: *Præcisa est, velut à texente vita mea, dū adhuc ordire succidit me.* Hoc est (*En lo mejor de mi vida me corto el hilo*) & è medio sustulit me. Ille sanētus Rex plorabat, quia absque prole, à qua Messias descēderet è vita discedebat. At tu miser peccator gemis, quia hunc mundum caducum relinquis. Crede mihi frater, si sapias, quod inuenies Dñm moram fecisse. Nam etiam si mox, vt primū peccatum admisisti veniret morā fecisset. (*Pero aborrarás todos los peccados*) quæ postea commisisti. Dicis illum cito venire? In inferno experieris, quanto melius tibi fuisset, si cū tot mala nō perpetraveras è medio te tolleret. Misericordiarū pater, vt cōuertere ris expectabat, & te expectare fuit (culpa tua) ad maiorem condemnationem tui.

27) *Morā autē faciente sponso dormit auerunt omnes & dormierunt.* Hoc dupliciter potest intelligi. Primo modo, quod prudentes dormitauerunt & fatuæ dormierunt, quia iusti per vitæ ipsorū spatiū in aliis quot ignauias, & negligentias solēt incurrere: quod si forte aliquando in aliquod graue peccatū incidunt statim ab eo surgunt, quāto citius possunt. At verò præsciti stertētes in vtrāq; aurē dormiētes sopiti in peccato iacēt omni verecūdia, omniq; timore exuti, sicut qui vestē exuit, vt melius in lecto dormire possit. Et hi quāuis impulsibus & clamōribus excitētur, mox vt impelli & excitari prætermittūtur, iterū sopiūtur. Mittit sagittarius iaculū in aues, quæ influēto enatāt, & percutit vnā ex eis & occidit, reliquæ vero exterritæ inde exeūt, & gānientes per aera volitāt, quæ mox enētus oblitæ, iterū reuertūtur, & mergūtur sub aqua. & statim supernatant, & refocillantur, ita late & iucundæ sicut antea. Et hoc nihil mirum profecto, quia bruta animantia sunt,

Psal. 119.

Isai. 38.

Simile.

& ratione carentia. Hoc autem magnam admirationem infert, quod de gentibus hominibus, & immergentibus se sub aquis voluptatum, soluit Deus arcum iustitiæ suæ, & mortis iaculo unum eorum occidit, & caeteri perterriti mortis timore, per breue temporis spatium ab aquis ipsis exeunt. Cæterum vix amicus, aut socius, vicinus, siue frater sepultus est cum mox redeunt, & sub eisdem voluptatum aquis immerguntur, ac si nunquam tale vidissent. O homines brutis irrationabiliores, quandoquidem nullum artificiosum, quæ Deus adinuenit, vt vos ab ipso per graui somno omnino excitet (sufficit. Aliter hæc verba possunt intelligi, videlicet, dormitauerunt omnes, & dormierunt, quia omnes comprehendat tam fatuas, quam prudentes, quauis diuersimode. Nam fatuæ dormiunt in somno culpæ, & ex minoribus peccatis in maxima prolabuntur. Vnde ex dormire prouenit dormire. Prudentes vero dormiunt diuinæ cõtèmplationis somnũ, & ex imperfecta cõtèmplatione ad perfectam nascuntur. Vnde similiter ex dormitatione procedit dormitio in illo perfectissimo somno, de quo S. David ait: Si dormiatis inter medios eleros pennæ colubæ deargentatæ, & posteriora dorsũ eius in pallio auri. Hoc est, si dormiatis inter duas sortes, alas deargentatas habebitis, & dorsum deauratam, id est, (læcerno dorado.) Hæc duæ sortes sunt sacratissima filii Dei incarnatio, & pretiosissima eius mors. Scotus ait, quod Christus R. N. in quantum homo obtulit patri æternam passionem suam pro prædestinatis secundũ gradus illos gloriæ, ad quos destinatos illos habebat, & hoc in primo instati incarnationis suæ. Et postea in cruce tanquam rem actualiter exhibitam illam obtulit. Vnde conuenienter hæc duo mysteria sortes appellantur. 30

Fœlices ergo animæ, quæ quiete & assidue inter has duas sortes dormiunt per diuinam cõtèmplationem, nam ex iugi & crebra meditatione tam sublimium beneficiorum a deo magnũ profectum spirituale, & cordium reformationem inde deponent, quod eadem pennas deargentatas habebant. Pennæ vitam significant, cum qua peruolamus in cœlum, aut prolabimur in infernum. Et habere pennas colubæ deargentatæ est habere vitam sinceram, & sapientem. Dorsum finem denotat, qui est mors, & aurum charitas. Et habere dorsum deauratum est habere mortem cum charitate, & amore. Vnde S. R. ex hic denotare vult quod illorum vita, qui mysteriorũ diuinorum cõtèmplationis somno sunt dedi-

Psal. 67.

*Scotus in. 3.
2. 14. q. 1.*

1^a ti ratione ducetur, & eo mors charitati comes erit. Et hoc maxime desiderandum est, scilicet, viuere, vt sapiens & obire, vt sanctus. Huic sacro somno prouide v^orgines illę deditę vitā debebāt fœlicē accepto prius oleo gratiæ, & lętitię spiritualis, & ideo spōsus ad glorię nuptias illas secū tulit, & intulit. Fatuis verō, quę vitā in somno culpe consumpserant clausa est ianua. Quādo in Regis palatio latissima, iucundissimaq; festa, & ludi celebrātur & vos illuc confertis (spectandi illorum gratia vobis; ianua clauditur, id est, *os dan con la puerta en los ojos,*) magnopere id festitis, & moleste fertis, quia priuamini ab (spectaculo) tātę incunditatis & lętitię. Quid ergo erit, o cęci filij Adā, cū vobis dicetur: Clausa est ianua, non solū Deo nō fruemini, quin potius ite in ignē eternum? Et si quidē hęc creditis, & his malis nunc remedium adhibere potestis, ego vos obsecro vestrę saluti consulens, vt per verā pœnitentiam ad Deum conuertamini, quia per ipsam vobis gratia donabitur, & aperietur ianua glorię. Ad quam nos perducatur Iesus Marię filius. Amen.


Simile

In eodē Communi Virginum

Maxime pro Beata Catherina vir. &

Mart. Concio Tertia.

Simile est regnum cœlorum decem Virginibus, quę accipientes lampades suas, &c. Matth. 25.



Hodie S. mater Ecclesia festum B. Catherinę celebrat, quę nobilis fuit secundū carnem, & nobilior multo secundū spiritū, Nobilis, quia Regis terreni filia fuit, nobilissima vero, quia regis cœlorum sponsa. Pulchra facie, sed anima pulchrior, in naturali & terrena Philosophia edocta, sed philosophię cœlestis multo peritior, siquidē omnibus naturalib⁹ donis, quę Deus illi cōmunicauit probe vti nouit. Cuius cōtrariū quā plerimi filij Adę faciūt, qui eisdē donis, & beneficijs, quę à Deo acceperūt, tanquā armis vtuntur, vt eius diuinam celsitudinē agrediantur. Nam dicite amore Dei, quę hodie sapientia vix in v^ollo hominū inuenitur, quę non sit p̄sumptio, & telum, quo

suum cōditorem offendit? Aut quæ generis nobilitas, siue cor- 2
 poralis pulchritudo, quæ vt in plurimū tanquam arma nō deser-
 uiant cōtra ipsummet Deū eorum datorē? In hunc scopum diri-
 gunt homines iacula gratiarum, & beneficiorum, quæ Deus illis
 cōtulit, vt quātū in se est eundēmet Deū cum ipsis vulnerent.
 Vnde per Oseam idē dñs cōqueritur dicēs: Dedi ei frumentū, &
 vinū, & oleum, & argentū multiplicauit ei, & aurū quæ fecerunt
 Baal. O infelix homo, qui ex omnibus quæ Deus tibi denauit
 Idolum cōllas, & illud adoras. Attēdite (dicit Deus) hī est ingēs
 malitia, & ingratitude hæc populi mei quæ eis bona cōtuli & illis
 tanquam armis vsi sunt, vt me debellarēt, & ex auro, quod eis de-
 di idola fecerunt, vt me cōtumelia magna afficerēt. Hucusq; ma-
 litia humana peruenire potest, videlicet, vt beneficia in malefi-
 cia cōuertant. Huius moris & ingenij B. Catherina minime fuit, 3
 quinimo sapientiā, pulchritudinē, & cætera Dei dona, vt arma
 accepit, & illis se muniuit, vt mundū & dæmonem debellaret.
 Quæ cum adeo pulchram se cerneret indigna res ei visa est hæc
 deo expēdere, & exhibere in alicuius hominis terreni seruitio
 & cōtinnēs omnia spōsalia terrena, cœlestē sibi elegit spōsum.
 Quod hodie Euangeliū, in quo Dñs regnā cœlorum decem
 vīribus cōparat, non autem decem coniugatis, vt denotaret,
 quæ grata virginitas, & puritas illi sit. In Apocalypsi legitur
 Apoc. 14.
 De hoc quidam gloriæ mirificam visionem fuisse demon-
 stratum. Cui postquam innumera Angelorum, sanctorumque
 multitudo incessabili voce laudantium Agnum immaculatum
 ostensa est, deinde vidit sanctus Apostolus aliud genus beato-
 rum, qui peculiarem quandam lætitiā præse ferre videbantur 4
 & aspiciebant agnum, & agnus eos attentissime intuebatur.
 De quibus ibi facer textus inquit: Et vidi, & ecce agnus stabat su-
 pra montem Sion, & cum eo centum quadraginta quatuor mil-
 lia, habentes nomen eius, & nomē patris eius scriptum in fronti-
 bus suis. Et audiui vocem quasi citharœdorum Citharizantium
 in citharis suis, & cantabant quasi canticum nouū ante sedem
 Dei. Et nemo poterat dicere canticum, nisi illa centum quadra-
 ginta quatuor millia, qui empti sunt de terra. Et subdidit statim
 explicans, qui sunt hi. Hi sunt qui cū mulieribus non sunt coin-
 quinati. Virgines enim sunt, hi sequuntur agnum quocunque
 ierit. Hi empti sunt ex omnibus primitiæ Deo, & agno. Id est,

He

- 5 Hęc primitię sunt Dei agni facti. Hoc est, Primus fructus (*ylas estrenas del arbol de la redempcion*) fuit virginitas quę fructū Christus verus Deus & homo per eius mortē sacratissimā ē mūdo duxit. Ille fecit, vt virgines essent: nā antea pauci hęc virtutē obtinebāt. O mirificā virginitatis excellētīā, q̄ sit ipsa Primitię Dei agni facti. Et asserēs quod tantū virgines poterāt illud canticū dicere, qđ erat quasi canticū nouū significauit, quā recēs virginitas in mūdo esset, & virgines peculiare gaudiū habere, eo qđ illā obseruauerint. Et dicēs. Sequūtur agnū quocūq; ierit etiā in hoc de notauit, virgines speciales imitatores esse immaculati agni Iesu Christi propter hęc virginitatis singularitatē, qua alij sancti caruerūt, & etiā peculiarem dispositionē illos habere ad subsequēdū illū. O si hęc tantę virtutis excellētīę in oculis hominū tantī
- 6 pōderis essent, quāti in oculis Dei sunt, & illarū amatores essent & omne studium adhiberent, vt illam conseruarent, vtique solutos, expeditosque se inuenirent ad obseruandum legem Dei. Explicetur hęc parabola ad literam vsque *Amen dico vobis, nescio vos.* Quis harū virginum nō compatietur, atq; miserebitur, quāuis alias fatuę, & imprudentes essent. Quę postquā sponso seruitia exhibuerant, eiusq; aduentū expectauerant, eo qđ negligentes extiterunt in prouidēdo sibi oleū tam infœlices fuerint? O rigidū & seuerū sponsum. O stricūm nimis iudiciū. O durum verbum: Nescio vos. Quid hoc dñe post tot seruitia tibi exhibita tuas virgines nescis? Post tot vigilias, & ieiunia, dicis. Nescio vos? Hoc cine est præmiū suorum bonorū operum? Hic cine est suorum laborum fructus. Eia fratres, euigilate & aures perrigite.
- 7 Audite quod hic dicit Dominus. Quia non solū quinq; virginibus, sed multò pluribus hęc calamitas solet contingere, quę ab incūte etate seruiūt sponso, ieiunātes, orationi vacātes, diuina sacramenta suscipientes, & tandem incaute in aliquod lethale peccatum incidunt, & extingūtur eorum lāpades & exclusę, foris in perpetuum manent. O quanta confusione anima infœlix afficitur, quam primum ē carne exit, quę collocari sperabat inter coelestes Hierarchias, videns se a ternis flammis tradendam? Quę suspiria emittet? quibus lamentationibus tunc proclamabit? Cæterum poenitentia sera nihil illi proderit. Clausa est ianua. Hęc lamentationes illuc non audiuntur. Formidemus dilectissimi, ne saltim per breuissimum temporis spatiū sinamus

animas nostras lethali labe infici: nam ingens amentia est, vt tanto periculo homo se exponat. Quid scis, vtrum superueniat sp̄sus, & cum lampade mortua imparatum te inueniat? Quid tibi proderit per multa temporum curricula illam accēsam antea habuisse, si in illa hora, quando magis opus erat illam extingui prætermisisti? O cæce, cæce, habes infra pedes tuos infernum te deglutire paratum, & in peccato commoraris, in vtrâque aurem dormiens? Vnde hæc tanta securitas tibi infelix prouenit? Heus, heus fratres attendite, periculum magnum hoc esse: surgite, nolite dormire. Ex sacris literis cōstare videtur Deū erga hominem duobus extremis vti: altero cum iustis, altero vero cum peccatoribus. Cum iustis hoc extremo vtitur, videlicet q̄ propter lethalem offensam sibi illatā, omnium seruitiorū sibi exhibitorū obliuiscitur. Cum peccatoribus vero alio extremo vtitur, nēpe q̄ propter seruitium calificatum & omnibus numeris absolutā sibi præstitum omnium peccatorū præteritorū obliuiscitur. Hoc ipsum per Ezechielem significauit Dñs his verbis: Si impius egerit pœnitentiā ab omnibus peccatis suis, quæ operatus est, & custodierit omnia præcepta mea, & fecerit iudiciū & iustitiam, vita viuēt, & nō morietur, omnium iniquitatū eius quas operatus est non recordabor. Si autē auerterit se iustus à iustitia sua, & fecerit iniquitatem omnes iustitiæ eius, quas fecerat non recordabuntur: in peccato suo quod peccauit morietur. O immensam Dei seueritatem & iustitiam! Quid Domine acrius erga seruos tuos te geris, quam sæculi domini erga suos? Nullus est omnino, qui propter vnum demeritum omnium seruitiorū obliuiscatur, tu verò omnium illorū obliuisci comminaris? Maxime. Et hæc, quæ vobis extrema videntur, sunt media maxime necessaria ad saluationē iustorum & peccatorū. Iustis enim maxime conuenit ne peccare audeant, & cum timore viuant, quia si forte dominus in morte cum aliquo lethali peccato eos inuenit in æternū peribunt. Et peccatoribus etiā hoc valde necessariū est, ne quis illorū desperet, sed credat, vt quantumuis magnus peccator quis sit, si tamē per verā pœnitentiā ad Deū cōuertatur benignissime à Deo charitatis visceribus recipietur. In hac parabola hanc veritatem Deus confirmat, quam per Ezechiele testificatus est, siquidē exclusæ hæc virgines erant, lâpades in manibus habebāt, deniq; sp̄sum expectabāt. Et nihilominus, quia

Ezech. 18.

¶ In illa hora oleū illis defuit ab spōsi consortio exclusæ fuerunt. Quid ergo de illo erit, qui horū nihil habuerit? Excluditur virgo, & suscipietur in mūdus? Quæ bonorū operū lampadē gestabat reijcitur, & ei qui mala opera multa fecit aperietur? Nolite errare fratres, quia Deus nō iocatur. Attēdite spōsum hęc dicere, illū inquā qui constitutus est iudex viuorū, & mortuorū, nō à me metipso hęc loquor, non illa ego fingo. Quare ergo decipimini peccatores, & vobis metipsis blādimini, cœlū vobis falso promittētes. Quomodo vobis persuasum habetis, siue lampadibus operū & spōsum nō expectātes ad nuptias debere introduci? Quā misere fallimini. Hoc est, qđ prædicat, & docet hoc Iesu Christi Euāgeliū, si vobis aliud est Euāgeliū ostendite illud, & siquidē vobis aliud nō est qđ vos deceptos trahit, vt in somno tā

12 p̄fundo vřæ obliuionis sepulti sitis? O quā merito id, qđ Iohel p̄pheta alijs vobis similibus prædicabit, vobis etiā dicere possum⁹: Expergiscimini ebris, & flete, & ululate qui bibitis vinū in dulcedine: quoniā perijt ab ore vestro. O quā cito miseri hoc vinū à vobis auferetur, & amaritudinis calix, cuius fax nunquā exinanietur, vobis pp̄inabitur. O Deus pietatis infinite, tua potētī virtute illos excita, ante qđ in hoc somno sopitos illos mors rapiat.

In libro Iudicū legitur cū tyrānus ille Sitarapedes fugitiu⁹ incedēs à bello reuēteretur, quandā fœminā Iahel nomine obuiā illi exiisse, & stibūdo loco aque lac illi dedisse, quo hausto sopitū clauo illū terrē fixit. Peccatori, qđ a passionibus victus terga dās reliquit, castra Dei sui obuiā exit fallax Iahel. Monacho, qđ habitū exuit, & miles fit, clerico, qđ ecclesiasticę vitę morē deserit, & incedit, vt leno, cōiugato, qđ domū, & familiā relinquit, & in quibus nō decet vertatur, hic victus fugit à bello, in quo Deus illū cōstituit, huic deniq; fugitiuo exit obuiā dolosa Iahel, quæ est fallax sensualitas. Hęc illi lac voluptatū sensualiū pp̄inat quo exhausto, sic pene alienatus, & absorptus eum relinquit, & in tam p̄fundo somno obliuionis Dei, & sui met illū sopit, vt nec gloriæ, nec inferni penitus memoretur, & sic miser cōsopitus remanet, quousq; mortis clauo inferno figitur. Quod si virginib⁹, quæ oleum eis defuit, sponsus dixit: Nescio vos, quid illis dicet, qui omni bono penitus exuti ab hoc mūdo exeūt? Hęc parabola dilectissimi vndiq; stupēda & terribilis est. Quia alibi legim⁹. Ma-

los male perdet. Et alibi, nō tantū eos, qđ male faciūt cōdēnandos

Joel. 1.

Iud. 42.

Matth. 23.

Matth. 7. esse, sed etiam qui non bene operantur, vt patet apud Matthæū, 14 vbi dñs ait: Omnis arbor, quæ non facit fructum bonum excidetur, & in ignē mittetur. Vnde hominū infania manifeste constat qui ad tãtam miseriam deuenierunt, vt satis eis videatur, si nō malefaciant. Vnde plures videas iustificari dicentes: Ego non rapio, non latrocino, non occido, non adulteror, & hoc cōtentus viuit. Quemadmodū si quis alteri diceret: Dñe, ego amicus tuus sum, quia te sagitta non transigo. Illum non occidere, qui iniuriã tibi non intulit, vt seruitium allegas? Hoc argumento non re-

Simile.

cte comprobatur amicitia, nec experitur quis amicus esse, si alterū non ledat, sed, si benefaciat illi. Igitur infania est existimare te amicū Dei esse tantū, quia voluntatis tuæ arcū nō tēdis, & peccatorū lethaliū sagittas acutas in eū non mittis. Ideo fratres non satis vobis esse debet, si solū proximos non laedatis, aut malum 15 faciatis, sed curate semper benefacere, siquidem dicit Dominus: Omnis arbor, quæ non facit bonum fructū excidetur, & in ignē mittetur. Attamen in hac parabola vltorius Dominus progreditur dicens: non satis esse benefacere, si oleum desit. Hoc oleū sine dubio est Charitas, sine qua non solum virginitas Deo non placet, verum nec reliquæ omnes virtutes, vt optime Divinus Apostolus asserit his verbis: Si distribuero in cibos pauperū omnes facultates meas, & si tradidero corp⁹ meū ita, vt ardeat, charitatē autē non habuero nihil mihi prodest. Ecce quomodo sanctus Apostolus hic affirmat, absq; charitate, nō solū virginitatē non prodesse sed neq; martyriū. Hoc fratres est oleū quod lucere facit intellētiæ lāpadē. De quo dicitur, vnū ius eius docet vos. Nisi enim ergo aberrant qui absq; oleo has lāpades accēdere conā 16 tur: qui dies noctesq; insumūt, libros euoluētes: id vero de quo minus agitur est de charitatis operibus, immittite, immittite fratres charitatis oleū in vestras lāpades, & mox sciētiæ perspicuæ dilucidēq; apparebūt. Nā propter huius olei defectū, quā plurimas veritates signoramus. Illi sagittario Esau similes sumus, cui frater simplex domiq; receptus benedictionē surripuit. Mentibus nostris ccelū terrāq; summo studio lustramus, vt aues capiamus, hoc est, veritates arduas, & difficiles, & in hoc defatigamur & diebus atq; noctibus cōsumimur. Et sicut D. Augu. ait: Per uolat intellēsus & sequitur tardus, vel nullus affectus. Et dū vitam insumimus in his veritatibus capiēdis, quēdā simplex atq; deuota

D. August.

17ta vetula ad regna ccelorū admittitur, & nos cū nostris scientijs misere excludimur, & foris relinquimur. Vnde D. Augu. etiam dixit: Surgunt indocti, & rapiunt ccelū, & nos cum nostris sciētijs mergimur in infernū. Multò gratior est Deo cū charitate deuota simplicitas, quā nimis acuta sapiētia, absq; ipsius charitatis oleo. Hæc charitas, quam hic sponsus oleū appellat, quia mollicat, & lenit animā, in Apocalypsi dicitur aurū, quia omnem valorē omnemq; decorē nostris operibus reddit. Vbi dicit Deus: Suadeo tibi emere à me aurum, quo locuples fias. Sed est dubiū quomodo nos hic Deus admonet, vt emamus aurū cum D. Paulus dicat: Charitas Dei diffusa est in cordibus nostris per spiritū sanctum, qui datus est nobis? Dico gratiam emi, & gratis donari hoc modo, quia tam parum est, quod pro illius commutatione 18 datur respectu valoris ipsius, vt gratis dari iure dicatur. Et pretiū quo emitur sunt lachrymæ, suspiria, orationes, eleemosynæ, & alia spiritualia, & pia exercitia. Sed aduertite illū dicere: Eme à me, vt sciatis vos ipsos ad eum debere conferre ad emēdum seu quærendum hoc oleum, & aurum.

Virgines fatuæ non ad illum, sed ad prudentes se contulerūt, illudq; ab eis petierunt dicentes: *Date nobis de oleo vestro, quia lampades nostræ extinguuntur. Et responderunt prudentes dicentes: Ne forte nō sufficiat nobis, & vobis. Ire potius ad vendentes. O quomodo, cū alias hæc virgines prudentes & sanctæ essent secundum consuetudinē & modū iniquorum responderunt, à quibus cū eleemosyna postulatur exillimantes, q̄ si crumēnā aperiant, & in pauperes distribuunt illis deficient, simile huic respōsum dant, nō cōsiderantes eleemosynā amplissimū esse aditū ad spiritualia, & tēporalia beneficia recipiēda. Quod si eleemosynā pauperibus nō impendunt in suę crudelitatis pœnā quod habēt auferetur ab eis, sicut dñs cōminatus est per sapientē dicēs: Qui dat pauperi nō indigebit, & subdit, qui despicit deprecātē sustinebit penuriā. Et prius dixerat: Sunt qui rapiūt aliena, & semper sunt in egestate: sunt qui diuidunt propria, & ditiores fiunt. Experientia compertum est, quod quāuis aqua à puteis nō hauriatur, non ob id plus aqua abundant: & quanuis quotidie aqua ab eis hauriatur nō ob id decrescūt, nec minuūtur, quia mox, vt aqua hauritur aquā manalia præbēt. Ita pij eleemosynarij tanquā putei, à quib⁹ pietatis opera emanāt, quo plus ex se impēdūt eo magis aliunde, videlicet,*

D. Augu. 9

Apoc. 3.

Rom. 5.

Prover. 28.

Prou. 11.

Simile.

ex manali, quod est Deus illis prouenit. Et impij immites & crūdētes qui necessitatibus egenorū nō cōpatiuntur non ideo ditiores fiunt, quinimo hac via in pauperiem deueniunt. At vos, o virgines sanctæ, charitate plenæ quomodo in tam extrema necessitate sororibus vestris nō subuenitis? Certe, vt prudētes erant, ita prudenter, & argute satis responderunt, dicētes: Ne forte nō sufficiat nobis. Nam illo tēpore prudentia magna est, existimare posse merita deficere: quia in Prouerbijs dicitur: Beatus homo qui semper est pavidus: & præcipue in illa hora. Et etiā in huius respōsi ariditate (vt ita dicā) quod hæ virgines prudēte fatuis dāt acerbitas, & rigor denotatur, quē erga improbos iusti in illa die habebūt. Nā bonus pater tunc faciē suā ad filiū improbū nō cōuertet, quinimo tā Deus, quā Angeli, atq; iusti, vt extranei, & ignoti erga impios se gerēt. Ibi bonis alienis vti nulli fas erit, nec propria vitia aliorū virtutibus palliare. Ideoq; vnusquisq; videat & cōsideret quomodo vitā agat. Rursus ex hoc virginum prudētīū responso discāt oportet quia alienas lāpades cibare, & adimplere studēt proprias autē vacuas exhaustasq; relinquunt. Plurimiq; enim sunt, qui doctrinæ, prædicationi, & alijs pijs operibus vacāt nec tamē vnā horā dūtaxat in studio salutis animarū suarū impēdere memorātur. Nō sic hæ sapiētes virgines fecerūt quarum præcipua cura fuit lāpades suas refertas habere. Qui vt dñs dixit. Quid prodest homini, si vniuersum mundū lucretur, animæ verò suæ detrimētū patiatur? Prius fratres vobismet oleū accipite, & postea si in animabus vestris fortitudinē sentitis ad resiliēdū tētationib⁹, quę in externis negotijs sese offerūt, tūc proximorū necessitatibus subuenire studete. Ne alienis dānis cū vestri iacturæ remediū adhibeatis. Hoc enim suo exēplo sanctę virgines nos docēt. Sed interrogo, cur ab spōso oleū nō petierunt? Cur ad illū nō clamauerunt? Existimo enim, si clamassent, remedium necessitatibus suis impetrarēt, quia. S. Apost. inquit: Omnis, qui inuocauerit nomē dñi saluus erit. Locus hic, dilectissimi omnibus huius parabolæ terribilior est, videlicet, qd hæ virgines fatuę vidētes oleo se carere omnino perturbatę nescierūt petere oleum à quo illud postulare debuerant. In quo significatur ex totius vitæ obliuione oriri cōtingere in hominibus in hora mortis quandā ingētem animi perturbationē. Vnde in pœnā peccatorū præteritorum, & illius obliuionis, nesciunt pœnitere, sicut

opora

Prouer. 28.

Matth. 16.

Rom. 10.

3oportet, nec misericordiã, sicut decet postulare. Et ita absque re-
 medio manēt. ¶ Perpēdite etiã quã quiete & trãquille virgines
 quæ oleũ secũ sumpserãt aduētãti spõso obuiã exierũt, quomo-
 do nõ fuerunt perturbatę, nec exterritę, quanuis vocẽ illã audie-
 runt: Ecce spõsus venit, quia pertimescēdi eis causa nõ erat. Fa-
 tuæ verò quanta perturbatione hĩnc inde perterritæ discurre-
 bant, quærētes oleũ. Hoc proprijs oculis quotidie cernimus, vi-
 delicet, seruos Dei absq; perturbatione & cũ maxima quiete è
 vita discedere, peccatores verò perturbatos, quia in illã horã ser-
 uant quidquid per totã vitã erant facturi. O terribilẽ imprudẽ-
 tiam. Quid infelix amisisses, si testamētũ paulatim ordinasses,
 qui ne vnũ duntaxat diem impenderes, vt domui tuæ dispone-
 res, & testamētũ ordinares efficis, vt filij tui, & hæredes per totã
 4vitam assiduis litibus misceantur? Et ita existimans illos diuites
 te relinquere, rē familiarẽ, & numos nõ relinquis, nisi procura-
 toribus, iurecõsultis, & causidicis. Quid etiã tũc amisisses, si pro-
 ximis tuis fuisses recõciliatus, & animæ tuæ strages resarcisses,
 quando prospera valetudine fruebaris, & cõmodum habebas, vt
 id opere perficeres? O terribilẽ cõfusionẽ, q̄ vt in plurimũ gau-
 dēt homines loqui otiose, id est, *(de espacio)* incedere otiose. ede-
 re, & bibere otiose, deniq; dormire otiose, solũ animarũ suarum
 salutẽ cõcitate fieri volunt, in ictũ oculi. Testamēta cõcitate dispo-
 nantur, cõfessio, & cõmunio similiter quia vsq; in illam horã mi-
 seræ animæ non fuerunt recordati. Ideo concite dicunt, Veniat
 tabellio, veniat confessor, veniat animarum curator citissime. Et
 ita vt in plurimum hæc tã cõcitate, turbulēter, & importune fiũt,
 5vt potius cõducant ad hoc, vt sanctę ecclesiæ satisfaciant, quam,
 vt animabus suis prosint. Nã quid gubernaculũ post naufragiũ
 prodest? Quid post finitũ bellũ arma cõducũt? Quid post homi-
 nis obitũ pharmaca, & medicamina profunt? Quid deniq; ad rē
 pertinet postquam ægri frenetici sunt, & graui somno correpti,
 confessores vocare, & tabelliones asciscere? O te infelicem, qui
 vt tibi tempus ad peccandum superesset, voluisti, & vt reme-
 dium tibi adhiberes, deesset. Molendinarius quando tempus
 tranquillũ intuetur, aquæ ductum siue retinaculũ reficit, id est,
(adereç a la presa) & prouidus incola domus, quãdo nõ pluit sarcit-
 tectum *(trasreja, la casa)* hoc secum considerans, q̄ veniet tempus,
 cum exhalabunt, ascendentque nubes, & super domum suam
 pluent.

Simile.

pluent. Nobis ergo plus necessarium est præpropere, & cito ad 26
mortem præparari.

Dum autem irent emere venit sponsus, & quæ paratæ erant intraue-
runt cum eo ad nuptias, & clausa est ianua. In his verbis satis apparet
& confirmatur, quã parum profunt diligentia, & studia anima-
rum importune facta, vt paulò antea diximus. Hoc enim signifi-
cat ianuam virginibus claudi, dum irent emere oleum, siquidem
ad nihil illis profuisse videmus, nisi ad hoc vt negligentia earum
propalaretur, & peccata diulgarentur: & defectus, quos tantũ
quinque prudentes sciebant, & secretum inter se seruabant vni-
uersæ ciuitati innotescerent. Nam nocte intempesta lustrare vi-
cos, pulsare ianuas, per tabernas olearias oleum quærendo discur-
rere, denique dormientes excitare, quid hoc cernentes dicerent?
Ecce fatuas. Et qua hora oleum inquirunt. Cur die non vene- 27
runt? Et re vera hoc ita contingit, sæpe multos in hora mortis
angi solere, (*y les romans vascas*) & timore perterriti, suas vsu-
ras propalant, rapinas, & furta manifestant, tyrannides pu-
blice confitentur, & alia quam plurima scelera, quæ perpe-
trarunt ostendunt, & hæc pene iudicio priuati, & frenetici di-
cunt, & prædicant, quod nihil eis prodest, quam, vt diffama-
ti in republica maneat & peccata sua diulgentur, atque igno-
minia affecti hic & in alia vitare maneat. Legitur inter Ioab
& Abner ingens bellum per integrum diem perdurasse. Et
iam die inclinante videns Abner exercitum suum minui mi-
sit nuntium ad Ioab, veniam sibi suisque, & inducias deposcens.
Qui respondit: viuit Dominus, quod si locutus fuisses mane-
pepercissem tibi. Quasi diceret: Sero sapuisti: (*Acudiste tar-* 28
de) Sic peccator per totam vitam bellum contra Deum gerit,
& in fine eius misericordiam deposcit. Et sæpe contingit, vt
illam non inueniat, quia cum debita dispositione non acce-
dit. Sicut ille infelix Antiochus, de quo dicitur: Orabat sce-
lestus dominum, à quo nõ esset misericordiam consequuturus.
2. Mach. 9. O peccatores, quod vobis modo prædicamus id Propheta Abia
2. Paral. 13. à montis cacumine ad Hebræos proclamabat dicens, Filij
Israel, nolite pugnare contra Dominum Deum patrum vestro-
rum, quia non vobis expedit? Attendite quod vos perditis, nec
proinde cõtra Deũ vestrum pugnare desistitis? Dies erit cum de-
siderabitis cum ipso reconciliari, & non obtinebitis, quinimo
ianuam

2. Ianuam clausam inuenietis. Illa misericordie ianua, quę nũc omnibus patet, qui ab oriente, & occidente venire voluerint. Ianua, inquam, illa, quam modo homicidę, adulteri, fures, & alij quam plurimi peccatores cũ clauē verę contritionis quotidie aperitũt, tunc clausa erit. Quid inſœlices illi ſentient, quãdo nullis precibus eis aperiat, quam obſtupefacti & abſq; ſpiritu manebũt ſicut D. Iob ſignificauit dicens: Oculi impiorum deficient, & refugium peribit ab eis. Cum quis malefactor mortis reus à iuſti-
 3. tix ministro fugiens eccleſiam petit: quod ſi primam eius ianuã clauſam inuenit, ad aliam properat, ſi illam ſimiliter obſerata reperit adhuc ſpem habet ſi forte patulam aliã inueniat. At vero poſtquam totam Eccleſiam circuiuit, & omnes ianuas clauſas inuenit animo delinquit, cernens neceſſariõ in iudicis mini-
 3. ſtri manus debere incidere. Hac ſimilitudine verba illa ſancti Iob egregie explicantur. Nam cum peccatores miſericordix ianuam, & pœnitentię ianuã, & pijs iſimorũ, dulciſſimorũq; viſcerum Ieſu Chriſti ianuam, denique interceſſionis omniũ ſanctorũ ianuã clauſam inuenerint, tunc oculi impiorũ deficient, & refugium peribit ab eis. Vbi illud, Et, cauſam denotat, & facit hũc ſenſum. Oculi impiorũ deficient, quia refugium peribit ab eis.

Iob. 11.
 Simile

Dicent enim: Dñe domine aperi nobis, & reſpõdebitur eis: Amen dico vobis, nescio vos. O Chriſte ſapiẽtia infinita, & cordiũ discretor. Propheta Iſaias ait, Agnouit bos poſſeſſorẽ ſuum. At bos dñm ſuũ nõ creauit, & tu qui has virgines feciſti aſeris te illas nescire? Ita imaginem vitare poteſtis, & deluſtrare, vt nec piator qui illam depinxit eam agnoſcat. Omiferi & peruerſi filij Adami, qui ſic vos vitiaſtis, & omni nõ corrupiſtis, ſicque animas veſtras ſcõdaſtis, quõd idem Dominus, qui vos depinxit, minime agnoſcit, vt vobis benefaciat, & remedium præbeat. Per Hieremiam
 3. comminans Deus Hebręos ait: Ecce ego inducam ſuper vos gentem de longinquo, gentẽ robuſtam, gentem, cuius ignorabis linguam, nec intelligas quid loquatur. Nec veſtras calamitates & miſerias intelligant, quando eis illas proponetis. Si magna exag-
 4. geratio eſt dicere apud illam gentem alienigenã pietatem illos inuenturos non eſſe, & ſi pietatem apud homines non inuenire tam moleſtum eſt tantoque dolore afficit, quid erit, quando apud Deum pietatem non inuenietis, & vobis dicat ipſe, Nescio vos?

Iſai.
 Hier. 5.

Ideo

Simile.**Prov. 8.****Psalm. 62.****D. Augus.**

Ideo concludit Dominus nos admonēs & dicens: *Vigilate itaque* 3
quia nescitis diem, neque horam. Hæc est clavis, cū qua tota parabola aperitur. Ingeſti beneficio vos donat, qui in vestris manibus preciosis, lapidibus capsam, idest, (*cofre*) refertam ponit, & deinde clauem vobis præbet, vt illā aperiat, & vt illis vtamini. Hæc parabola capsam quædam est mirifica mysterijs plena tanquam lapidibus pretiosis. Et clavis quæ hæc capsam aperitur, vt pretiosis illis lapidibus vti possimus, hæc vltima verba sunt: Fidelissimus amicus noster Iesus Christus in manibus nostris illam cōstituit, quis ergo deinceps dormire audebit, cum ille, qui nos a deo diligit, vt vigilemus admonet? Et præterea cum res ita conducibilis nobis sit, vt eadem summa veritas dicat: Qui mane vigilauerint ad me inuenient me. Attendite, quod dicit mane: Ne vigiliam in noctem differatis, siquidem perendinare, vt diximus, tam periculosum est. Ideo Regius David dicebat: Deus Deus meus ad te de luce vigilo. Primo diluculo, idest, cum primum ratione vtī incipimus vigilare debemus, vsq; ad mortis noctē in vigilia perseverantes. O gloriosa virgo Catherina, quomodo vigilauit cor tuum de mane pueritiæ tuæ, & quam præparata existi obuiam illi. Omnibus dicitur: *Ecce sponsus venit exite obuiam ei.* Cæterum quam plurimi illi obuiam non exierunt: nam hic cœlestis sponsus vna via venit, & ipsi alia ire volunt, vnde illi non occurrunt.

D. Augus. Diuus Augustinus ait: Christus est sponsus sanguinis, & per sanguinis viam, videlicet, crucis & ignominia venit, nos vero per viam voluptatum, & illecebrarum ire contendimus, vnde obuiam illi non eximus. Hæc tamen illi occurrit per viam plurimorum, & crudelium tormentorum, quæ pro eius amore æquanimi 34
 mo perpeſsa est. Et ideo plena gratia meruit illi
 occurrere in gloria. Ad quam nos perducatur Iesus Mariæ filius.

Amen.

In eodem Communi Virginū

Maxime pro Beata Clara Con-
cio Quarta.*Simile est Regnum cœlorum decem virginibus, quæ ac-
cipientes lampades suas &c. Matth. 25.*E A T V S Basilius super illa verba Psalmi: Sub Psal. 16.

umbra alarum tuarum protege me, asserit, alas, quibus suos Deus protegit, amorem, & timorem esse. Et est valde notandum sancto Regi non satis fuisse umbram vnius alę petere, sed ambarum simul umbrā postulauit. Nouerat enim, quam necessarium sit, vt ab his duabus virtutibus amore, scilicet, & timore anima cooperiatur & protegatur. Inter munera, & exercitia hominis Christiani, & ex eorum difficilioribus vnū est, nempe nonnullas virtutes, quæ inter se pugnare videntur inuicē connectere. Nam oportet simplicitatē cum prudentia cōnecti, misericordiā cū iustitia, humanitatem cum Christiana grauitate, Magnanimitatē cum humilitate, seueritatem cum mansuetudine, discretionem cū zelo glorię Dei, tandem timorem cū amore. Et has omnes virtutes scire copulare, & inuicem connectere, ita, vt alteram altera non offendat, nec lædat diuinę gratię ingens donū est. Ille summus artifex, qui hæc corpora inferiora ex contrarijs qualitatibus cōposuit, etiā has virtutes, quæ inuicem pugnare videntur connectere poterit, & in eodem pectore, & corde conseruare. Ita, vt idem homo sit prudens, sicut serpens, & simplex vt columba, quod sit rectus, & pius, sit grauis, & suavis, mansuetus, & seuerus. Et sicut Diuus Gregorius ait: vt ridens possit timeri, & iratus amari: denique, vt amore & timore plenus sit.

D. Greg.

Has duas virtutes intendit Christus Redemptor noster in hodierno sacro euangelio cordibus hominum imprimere, amorem, scilicet, sponsam se appellans. Nam certa res est quod amor nouę nuptorum, & qui nondum matrimonij amaritudines ponderum, & grauitatum eius degustarūt, dulcior & magis

tener

tener esse contingit, quam illorum, qui per assiduam conuersationem suimet obliti sunt. Dicens ergo æternus Dñs se animarum sponsum esse & nō maritū significare voluit quandā cordis teneritudinē, & extraneam dulcedinē, qua secundum nostrum modum exprimere vult nimium amorē, quē erga nos habet, vt cum hoc nos inuitaret ad hoc, vt cordibus teneris tanquam spon-
2. Cori. 11. sarum illum diligamus. Vnde D. Paul. ait: Despondi enim vos vni viro virginē castam exhibere Christo. Hoc est, sicut virgo casta, qua viro secundū cor suū despōsatur tenere illū diligit, sic ego vos despōsaui cū cœlesti viro Iesu Christo, vt illū tenere diligatis, sicut virgo casta spōsum suum diligit. Quis ergo tam lapideus erit, qui propriam vilitatē agnosces, & infinitam Dei maiestatem, & videns illum nō dedignari spōsum eius dici diuino illius amore nō flagret? Hęc sponsalia sunt, quidam nexus inter Deū & ipsam animā, adeo fortis & intimus, vt ex duobus spiritibus vnus fiat. Tantam vim voluntatis consensus habet, quando per sincerum, & purum amorē cum Deo cōuersatur & agit, vt cum illo ita vniatur q̄ desinens esse sua cōstituit Deum in plena, & totali possessione sui. Vnde D. Dionys. ait: q̄ amor a semetipso alienat amantē, & totum in rē amatam trāsformat, & ponit exemplum, in D. Paul. dicens: Paulus ille magnus, cum diuino amore flagraret excessiue, illius particeps virtutis fact⁹ sacro ore dicit. Vnio iam nō ego, viuit verò in me Christus. Ideo q̄, si de matrimonio corporali dicitur: Erunt duo in carne vna multo magis hic intima, & singularis vnitas debet reperiri. Quod si de altero matrimonio dicitur: Propter hoc relinquet homo patrē & matrē quid propter hunc diuinum sponsum relinqui debet? Vnde idē Dominus ait. Qui amat patrem, & matrem plus quam me non est me dignus, quinimo vobis dico nulli alij spiritui posse animam desponsari, præterquam ipsi Deo, inter quos tantum hæc vnitas esse potest. Nequit enim Angelo, aut Seraphim anima desponsari: nam inter animam, & Seraphim non potest hoc vinculum vnitatis operari, nempe vnus spiritus esse. Vnde Diuus Bernardus ait: illud autem scitote, nullum creatorum spirituum per se nostris mentibus applicari posse, ita, vt in illa infundatur. Bene potest Angelus inspirare animā, illuminare illam, adiuuare, fortificare, docere, & consolari eam, quæ sui munus neris sunt: at verò ipsam animam intrare, id quod theologi
D. Dionys. de
eius. non. ca
pt. 2.
Gene. 2.
Mar. 10.
Matth. 10.
D. Ber. ser.
5. sup. Can.
Magister. 2.
sent. dist. 8.
4
5
6
appel

7 appellat, illi animæ, hoc solus Deus efficere potest. Ideo Regius David dixit: Immittit Angelus Domini in circuitu timentiū eum. Immittit, id est, operatur in circuitu iusti, at interius intrare nequit. Est anima hortus cōclusus, in quem solus Deus intrat, & illam purificat, illuminat, & suo diuino amore inflāmat. Nubes obscura est ex se, & res vilis, quia ex terræ vaporibus generatur, at radius solis illam penetrās, pulchram reddit, lucidam & perspicuā, mox enim ex radiorum solis reflexione varijs coloribus pulcherrimis vestitur. Eodem modo, quamuis anima ex se vilissima creatura est, tamē verus iustitiæ sol, qui est Deus intrans in eam perspicuam, & pulchram nimis illam reddit. Alia virtus, quam hic Dominus intendit cordibus nostris imprimere est timor, hanc parabolam tam terrificam nobis proponens, in qua significare videtur, dimidiam Christianorum partem condemnari. Nam hic non loquitur Dominus de infidelibus, quia ipsi nunquam expectauerunt sponsum. Dicite, si vir magnæ autoritatis & fidei modo per ostium illud intraret, quem nullo modo posse mentiri cognōsceremus, diceretq; vnum ex astantibus hic forcipatum, id est (*Arenazado,*) & crudeliter concrematū esse moriturum, quis non maximo angore afficeretur, vnusquisq; secum considerans, Nunquid ille futurus sum? Quid si vir ille dimidiam hic astantium partem sic fore morituram testificaretur? quanto plus angustiaremur? Quod autem summa Veritas asserat ex decem virginibus (per quas fideles omnes significantur) quinque ex illis, quia fatuæ fuerunt, nec ad sponsi aduentum se præuenire nouerunt, extra cœlestes nuptias foris relictas esse, & æternis supplicijs punitas nos verò non obstupescamus? Equidē huius causa est, quia profunde id non consideramus, quia si, vt oportet considerarem, vtique sensus nostros custodiremus, vitam Euangelicam amplecteremur, nimia diligentia, & studio præcepta diuina obseruarem, summa promptitudine iniurias nobis illatas remitteremus. Hæc transitoria libentissime a nobis expelleremus, & denique vitam nostram diuino timore dimeteremur: quod vnum ex præcipuis signis est in ipsa anima Deum habitare. Cum magni Principis ianitor ad ostium stat, & nullū ingredi permittit absque eo, quod diligenter vnumquēq; per se sciscitetur, & examinet, quid sibi velit, & quosdam dimittit, nonnullis verò aditum præbet signum euidentis est, dominum in

Psal. 33.

Simile.

Simile

Simile.

tus esse. At verò cum ianitor abest, & fores omnibus patent, omnesq; facile ingrediuntur, signum est domi ipsum Dominum non esse. Similiter quando in Christiano diuinus residet timor & tamquam ianitor claudit sensus ne videant, ne audiant, ne tangant, ne deniq; gustent quicquid eislibet, nec praua desideria intrare permittit, signum est dominum domus, qui est ipse Deus intus esse. At verò quando Dei timor non adest, qui has operationes in homine efficiat, quinimo cernimus illum dissolutos sensus habentem liberum ingressum omnibus desiderijs præbere, signum est Deum intra ipsum non habitare. Ecce quam singulare donum timor Dei sit. Vnde habenti illum dicitur: Quam magnus qui inuenit sapientiam, & scientiam, sed non est super timentem dominum, timor Domini super omnia se supponit. Beatus homo, cui donatum est habere timorem Dei: Super quæ verba non tetis velim, quòd ubi nos hic legimus: Timor Dei super omnia se superponit, in còtextu Græco habetur: Timor Dei super omnia excellit in claritatem. In quo denotatur timorem Dei efficere homines claros, & illustres coram Deo. Consideremus ergo dilectissimi huius parabole severitatem. In qua summa veritas ore proprio asserit, ex Christianis, qui in hac sancta Ecclesia viuunt, quam plurimos esse condemnandos, ne quis nimium cõfidat dicens: Christianus sum. Hæc enim fatua confidentia, quam plurimos in peccatis detentos habet. Stupendum est id, quod proprijs oculis quotidie cernimus, videlicet, aues syluestres, vt nisos, & accipitres facilius tractari, & leniri, quàm aues domesticas vt gallinas & gallos gallinaceos. Et re vera ita contingit, facilius Iudæum, sine Turcam ad fidem catholicam conuertetis, quam Christianum à peccatis suis remoueat, aut concubinam relinquere illum faciatis. Nam cum Ecclesiæ domestici sint, & Christiani secuti viuere sibi videntur, sicut coturnices, quæ si caput cooperitum habeant securæ sibi videntur esse, ita Christianus peccator securus viuere sibi videtur, cū intellectum fide cooperitum habeat. Per immensam Dei charitatem dilectissimi vos obsecro, ne sic decipiaini, quinimo vestrum periculum, & damnationem perhorrete, vt hac via vos præparetis, & dum tempus suppetit remedium vobis adhibeatis.

Ait ergo Dominus. *Simile est regnum caelorum decem virginibus. Hanc rem publicam, quæ Deus in terra conseruat, decem virginibus similem*

Eccle. 25.

Simile.

Simile.

13 similem esse perhibet, hac similitudine nos docēs, quales, vt nos
 oēs essemus equā erat. Nā per vigintatē fides, & per denariū
 numerū decē pręcepta decalogi intelligūtur. Vnde Christianos
 decē virgines appellās significare voluit, eos simul fidē, & obser-
 uatiā decē pręceptorū profiteri, hoc est, qđ debent fidem cum
 operibus habere. Diuinus Apollolus magnū catalogū, & seriē
 sanctorū patrū texens eorū, qui fidem habuerunt, nō listit ibi,
 sed alterius addidit, dicēs, illos per fidē obtēperauisse Deo, &
 plurima bona opera fecisse, his verbis: Fide plurimā hostiā Abel
 quā Cain obtulit Deo. Fide Noe aptauit arcam. Iamq; obe-
 diēshic S. patriarcha erat, cū anno integro maxima angustia, &
 labore inclusus in arca fuisset, etiā diluuiō finito, & terrā sicā vi-
 dēs mense integro in ea cōmotus est, quousq; illi Deus pręcep-
 14 pit dicēs: Egrede de arca tu, & vxor tua, &c. Fide, qui vocatur
 Abrahā, obediuit, & exijt nesciēs, quo iret. Et de fidelibus patri-
 bus legis gratiā idē S. Apollolus ait: per quē (scilicet Christū) ac-
 cepimus gratiā, & Apollolatū ad obediendum fidei in omnibus
 gētibus. Hoc est, si Deus eius sacri euāgelij nos cōcionatores ele-
 git, & hęc gratiā apollolatus muneris nobis cōmunicauit, scitote
 hoc illū fecisse, vt prędicatione nostra gētes trahamus ad fidei
 agnitōnē, & simul ad obediētiā eorū, quę in ea nobis pręcipiū-
 tur. Hęc obediētia quōdam in primitiua Ecclesia adeo vigit,
 & in fidelīū cordibus tā generaliter regnabat, vt idē B. Apollo-
 lus omnes illius ætatis fideles sanctos appellaret. Vnde ait: Salu-
 tant vos omnes sancti maxime autē, qui de Cæsaris domo sunt.
 O tēpora felicissima, in quibus gens palatij sancta erat. Quod si
 illi, qui in regijs Palatij habitabāt sancti erāt, quales esēt, qui in
 cœnobijs, & in desertis vitā agebāt? Recte intellexistis, fratres,
 qđ dñs hic intēdat fideles decē virginibus cōparans, videlicet,
 (vt diximus) vt denotaret pręcipuū quod ab eis postulat, fidē
 & obseruantia decem pręceptorum esse. Quāuis plurimi hac
 tantū viuendi norma nō sunt contēti, sed diuini spiritus impul-
 su relinquūt mundū, & in sacras religiones se recipiūt, vbi ad ob-
 seruantiā multorū sancti euāgelij cōsiliorū per vota obligatur
 (quod maxime peculiare opus potentis manus Dei est. Mirabile
 est profecto, accipitrē in agro cernere itā refugum, id est, (cabare
 in v. & h. quina) vt hinc inde volitans quietari non possit. At vero
 postquam pedicis ligatur, & capitiū ei ponitur, quā mām fuetus

Hebr. 11.

Gen. 8.

Rom. 8.

Philip. 4.

Simile.

lenis & tractabilis manet, absque eo, quod ab vno loco mouen-
 tur. At mirabilius est cernere iuuenem in saeculo ita liberum, &
 solutum, vt nulli omnino subiciatur, & in temporis momento
 Spiritus sancti impulsu tactū, illi in monasterio clausum vide-
 bitis cū pedicis & capitis. hoc est, sancta religionis veste indutū
 & eius præceptis ligatū, agno mansuetiorē effectū. Scitote fra-
 tres, quod sicut sanctus Dauid Regijs indumentis exutus est, vt
 coram Arca Domini saltaret, ita vos oportet, qui ad perfectionē
 aspiratis omnibus pompis, & bonis temporalibus exui, vt sic
 expediti corā diuina celsitudine in sancta religione tripudietis.
 Non me latet, quod sicut nō defuit quædam Michol quæ Dau-
 idem subannaret, dicēs: Quam gloriosus fuit hodie Rex Israel,
 discooperiens se ante ancillas seruatorum suorum, & nudatus est,
 quasi si nudetur vnus de scurris: ita non deerunt amici, & cognati
 17
 ti, qui vos allicient, & seducant, dicentes, vilitatem esse cum diui-
 tes sitis, pauperes velle fieri, & cum liberē, voluptuosē, & splen-
 didē viuere possietis, tāto rigori, & asperitati subijci. At sicut Re-
 gius Dauid tunc viriliter respōdit, dicens. Viuit Dominus, quia
 Iudam ante Dominum, qui elegit me, & Iudam, & vilior hiam,
 plusquam factus sum, & ero humilis in oculis meis: ita oportet,
 vt his omnibus contradictionibus spiritus pro viribus resista-
 tis, & eas devincendo ab huius saeculi desiderijs exoluamini, at-
 que expediamini, & sitis serui fidelissimi Iesu Christi, & virtu-
 tum sectatores, quas, vt consiliū nobis proposuit, videlicet, pau-
 pertatem, obedientiam, & castitatem cum vinculis, & ligaturis
 i votorum. Nam virtutū exercitia, quæ ex voto fiunt, magis me-
 ritoria sunt, quam ea, quæ sine voto, & obligatione exercentur. 18
 Diuinus Apostolus cū in vinculis coniectus esset, dicebat: Pro-
 pter spem Israel cathena hac circumdatus sum. In quibus verbis
 gloriari videbatur, eo quod propter Christum ligatus esset. O
 beatum illum, qui etsi nondum ligatus, & incarceratus ab infide-
 libus propter fidei confessionem fuerit, ex propria tamen volū-
 tate in aliqua sancta religione abditus, & votorum eius cathenis
 circumdatus est, & ligatus. Et præcordis latitia videns se ita pro-
 pter Deum ligatū, dicit cum Diuo Paulo: Propter spem Israel
 cathenis his circumdatus sum. Cæterum perpendatis vellē vos,
 qui hanc hostiam & sacrificium de vobis Deo fecistis, aut qui il-
 lud facere intenditis scriptum esse: Omne, quod Domino con-
 secratur,

2. Reg. 6.

Act. 23.

Leuit. 27.

19 consecratur, siue homo fuerit, siue animal redimi non poterit. Quic-
 quid semel fuerit consecratum sanctum sanctorum erit Domi-
 no. Huius autem literæ spiritus est, quod illi, qui modo in lege
 gratiæ Deo se consecrarunt, ab ipsa diuina captiuitate non de-
 bent redimi, nec contaminari, aut infici, iterum ad seculum reuer-
 tentes, sed quod perseuerent. Quia, etsi ecclesiastes ait: De car-
 cere cathenisque interdum quis egrediatur ad regnum, hoc non
 est impossibile omnino: si quidem omnes, qui in diuinæ legis ob-
 seruantia perseuerant, & præcipuè qui in obseruatione promiss-
 forum se exercent, in morte ab hoc carcere exeunt, & ab his vin-
 culis absoluntur, vt cum Deo in perpetuum regnent, nisi forte
 aliquid necessariò purgatorij igne prius consumèdum sit. Oleum,
 quo virgines prudentes præuentæ erant, & quod imprudenti-
 20 bus, & fatuis defuit est illud, de quo Isaias dicit: Computrescet
 iugum à facie olei. Quod oleum est pietas & misericordia, cum
 qua anima à misero Sathanæ iugo, quod est peccatum eripitur.
 Vnde Diuus Chrysostomus ait: Hanc parabolam posuit Domi-
 nus, vt ostèdat, quia si cætera vniuersa virginitas habuerit, & ca-
 21 ruerit eleemosynæ fructibus cum fornicatoribus eiicitur. Idque
 merito: fornicator enim corporum, iste vero pecuniarum cupidi-
 tate vincuntur. Non est autem corporis, & pecuniæ, par cupidi-
 tas, sed acrior multò, atque vehementior corporum est. Quanto
 igitur imbecilliori reluctamur tanto minus si vincimur, venia di-
 gni sumus. Idcirco & fatuas appellauit, quoniam difficilioribus
 superatis faciliora perdidit. Hæc ille. Et ex eo quòd hæc vir-
 tus ad eò necessaria est, admonens nos Diuus Paulus, vt pluri-
 22 mis virtutibus nos ornemus prima, de qua sermonem fecit, hæc
 fuit, dicens: Induite vos sicut electi Dei sancti, & dilecti viscera
 misericordiæ benignitatem, humilitatem, modestiam, patientiam
 &c. Hinc & Diuus Thomas, perquam doctè decernit miseri-
 cordiam secundum se esse maximam virtutem, eamque inter om-
 nes virtutes, quæ ad proximum sunt esse potissimam, atque po-
 tioris actus. Et Oseas Propheta ait: Misericordiam, & iudicium
 custodi, & spera in Deo tuo semper. Quasi dicat, si hoc cares va-
 na est tua spes. Optimè sanctus Dauid hoc seruabat, cum dice-
 bat: Ego autem sicut oliua fructifera in domo Dei speraui, in mi-
 sericordia Dei in æternum, & in sæculum sæculi. Et non solum
 hæc virtus potioris est actus ad merèdum per illam nimirum coram

Eccle. 1.

Isai. 10.

D. Chryso.

homil. 79.

sup. Matth.

Coloss. 3.

D. Thom.

2. 2 q. 30. ar.

tic. 4.

ose. 12.

Psal. 51.

Hebra. 13. Deo, sed etiā ad reportandum ex dēmonibus victoriā. Et ita vbi nos legimus: Charitas fraternitatis maneat in vobis, & hospitalitatē nolite obliuisci, per hāc enim placuerūt quidā, alia trāslatio habet: Per hāc enim latuerūt quidam. Et sic est etiā in contextu Græco. Vbi denotatur charitatē fraternalē, & hospitalitatē scūtū esse, quo iusti ita cooperiuntur, & protegūtur, vt vix à dēmonibus cerni possint, quotidie, vt noceant, insidias parantibus.

Et de his omnibus virginibus ait spōsus *Dormitauerunt, & dormierunt*, videlicet, per totius vitæ tempus, quod Deus illis cōcessit. Nā siue grauiter, aut leuiter omnes delinquant. Ideo ne miremini cum in seruis Dei aliquos defectus videritis, quinimo mirari debemus, & ingentes gratias agere Deo, eiusq; bonitatem glorificare, cū absq; imperfectionibus, & miserijs quosdā viderim⁹. Nam dicite obsecro de quonā plus admiraremini, si capitalē fluiuium rapido cursu deorsum fluere videretis, aut aliū cernere retentū, & non dilabi: Equidē mirabilius esset cernere fluiuium nō dilabi. Omnes quasi aqua dilabimur, dixit quædam mulier Dauidi. Hoc est, omnes sumus quidā fluiuij, & per naturā corruptā ad malū propensi. Vnde plus admirandū nobis est si hominē in virtute constantem videamus, quā alium in peccatū prolapsū. Vt autem deorsum non defluamus misericordiarū pater, plurima gratiæ suæ retinacula, id est, (*presas*) ponit, eius siquidem præcepta, conciones, impulsus, flagella, deniq; beneficia omnia retinacula sunt quæ nos detinent, ne appetitū, & passionū nostrarum fluentia sequamur. Et nihilominus sensualitatis impetus tā magnus rapidusq; est, q̄ multihæc retinacula rumpunt, & laxis habenis vitijs se cōmittunt. De quibus absolute dicere possum⁹ q̄ dormierūt. Et quod terribilius est q̄ moleste ferūt si excitantur. Forte alicui vestrū somniasse cōtingit copiosæ pecuniæ thesaurum se inuenisse, & superuenit amicus, qui dormientem excitat, & indignat⁹ dicit: Age Dñe, quia à dulci & suauī somno me excitasti. Hæc & hæc somniabam. Cui ille: Non ne hoc figmentum esse vides? Recte noui id, quod somniabā figmentum esse, attamen ingenti gaudio afficior his somnijs. O peccator amens & cæce, hæc voluptates, pompæ, & conuiuia, quibus delectaris, somnia sunt, & ridiculę res, & graue molesteq; fers cū prædicatores suis concionibus, & proximis suis correctionibus, & monitis salubribus, ab hoc graui somno te excitare nituntur, quia his figmentis

a. Reg. 14.

Simile.

25 mentis & somnijs plurimum delectaris, & excitari nolles, vnde iterum sopiris, & somniare denuo incipis.

At quando non putas adimplebitur quod summa veritas hic dicit, scilicet: *Media autem nocte clamor factus est. Ecce sponsus venit exire obviam ei.* In media noctis clamore denotatur, q̄ cum homines non putant solet mors superuenire, & hora intrandi in strictum iudicium cum Deo. Vnde Diuus Paulus illam furi comparat, qui intempesta nocte, cum eius aduentus non suspicatur, nec sentiri possit aduenit, his verbis: *Ipsi enim scitis, quia dies domini sicut fur in nocte, ita veniet. Cum enim dixerint, pax & securitas tunc repentinus eis (scilicet peccatoribus) superueniet interitus, & non effugient. Id miseri tunc facient, cum illis quatuor rebus obsessos se viderint.* De quibus Beatus Bernar-

1. T. 5.

26 dus ait. *Quid horribilius morte? quid terribilius iudicio? quid miserabilius gehenna? quid iucundius gloria? Ibi timor amittendi gloriam illos anget, & timor in hæc tria horribilia incidendi. Et cum absq; oleo se repererint incipient tunc illud inquirere, & non inueniēt, quia in pœnam delictorum suorum non inquiret illud, sicut oportet.* Vnde Diuus Augustinus ait: *Cum vult improbus homo non potest, quia quando potuit noluit. Ideo per malum velle perdidit bonū posse. Et alibi dicit: Non facile inueniuntur in aduersitate praesidia, quæ non fuerunt in pace quaesita. Ideoque concludit Dominus dicens: *Vigilate itaque, quia nescitis diem neque horam.* Sicut nauis nauis instrumēta, id est, (las xarcias) tranquillo tempore parant, & reficiunt, ne inopinante in eos tempestas irruat.*

B. Ber.

D. Aug.

Simile

27 Canitur hoc sacrum Euangelium in hodierna solennitate Beatæ virginis Claræ: & est accommodatissimum huic festo. Quia, siquidem Euangelium non est quod de vna virgine tantum loquatur, sed de multis hoc recitetur vni, quæ sola fecit quod aliæ quam plurimæ non fecerunt, & quæ plurimarum merita fortita est. Postquam Diuus Paulus magnum catalogum texuit multarum rerum, de quibus gloriari posset, subdidit dicens: *Quæ quidem retro sunt obliuiscens ad ea, quæ sunt priora extendens me ipsum ad destinatum prosequor brauium supernæ vocationis Dei in Christo Iesu. Extendere se est seipsum excellere, & hominis limites pertransire in vitæ æternæ consequitione.* Hunc diuinum Apосто-

Philipp. 3.

Iob. 29.

lum gloriosa virgo Clara imitata est, excedens se ipsam, (*Y ha- 28*
zende se ma, que muger) diuino auxilio præuenta, & sicut in me-
 ritis se extendit, sic in præmio illam Deus extendit & prolongauit. Vnde cum Beato Iob dicere potuit: In nidulo meo moriar, & prolongabo dies meos. Congruè satis religio sancta nidus appellatur. Nam que admodum nidificat auis ex pennis, fœno, paleis, & alijs vilibus, & abiectis rebus: ita religio structa est ex rebus, quas mundus posthabet, & à se repellit, vt potè fame, subiectione, cilicio, & recollectione. Et quo plus quisque in hoc nidulo se mortificauerit, extendens, & prolongans seipsum, eò magis illum Deus prolongabit, hoc est, præmium augebit. Defunt verba, quibus explicari possit quantum hæc pia virgo in hac sacra religione se mortificauit, quam imitari vos dominæ religiofæ magna obligatione astringimini, siquidem in eius nido 29 estis. Mos erat legis antiquæ, vt virgines, quæ in templo cõmorabantur animalium pellibus, quæ in eodem templo Domino oblata fuerant, calcearentur. Et nunc par est, vt sanctæ, & Deo dicatæ virgines affectionum pedes cum memoria sanctorum exemplorum seruatorum Dei qui in eisdem religionibus, in quibus ipsæ commorantur Deo oblati fuerunt, quia hæc sancta eorum exempla per illas pelles significata fuerunt: & vestras affectiones in eis collocantes in eorum imitatione perseverabitis. Refert Valerius Maximus, quod vrbe Roma à Gallis capta, cū Vestales virgines simulacra deorum ex hostibus excepta traducerent, in oppidum Cere potissimum conuenerunt. Vbi Cæretani eos qui vna cum sacris æternoque Vestæ igne ad se profugerant, comiter hospitio susceperunt, donec à Gallis ciuitas per Camillum 30 liberata fuit. In cuius beneficij memoriam Romani præstiterunt vt omnis diuinus cultus cæremonia à Cære dicerentur. Ecce quantum Gentiles virgines reuerentur: & nunc æquum est, vt vos plurimum æstimemus, siquidem superni Imperatoris Iesu Christi sponsæ estis.

Valerius
 Max. libr.
 2. c. 1.

Cæterum, vt vos moneamus, & exhortemur oportet, dicentes,
Prudentes virgines aptate vestras lampades: ecce sponsus venit, exite obuiæ ei. Verè prudentes, quæ mundum propter Dominum reliquistis, & pro æternis temporales, & breues voluptates commutastis, & graue matrimonij onus à vobis repulistis, & duram seruitutem seculi pomparum propter libertatē spiritus abiectis, & no luistis

3 noluistis mortalis hominis ancillas esse, ut illi, qui iustorum vita
 est desponsaremini. Vtinam, atque iterum vtinam, quid reliquistis,
 & quid elegistis, perfectè intelligeretis: utique diuinam celsitudi-
 nem pro tam singulari beneficio glorificare, non saturaremini. Et
 siquidem prudentes estis, aptate vestras lampades. Hoc vnicum
 & singulare munus vestrum est. Ad hoc vos ibi recepistis, ob id
 Deo vos consecratis. Nulla alia vobis est cura, nec filios alere,
 nec viro placere, nec familiæ providere. Quid ergo respondebi-
 tis, si in vltima hora vestre lampades absque oleo repertæ fuerint?
 quam excusationem de hac negligentia reddetis? Studete ergo, ut
 in vestris lampadibus, amoris ignis, deuotionis oleum, denique
 bonæ famæ lumen non desit, & sic lampades vestras à terra leua-
 te. Res notata digna est, quod sermonem hic Dominus faciens de
 3 2 virginibus, dixit, lampades illas habere. At alibi de seruis loquens Luc. 11.
 dixit: Et lucernæ ardentes in manibus vestris. In quo significare
 voluit unum discrimen inter alia, quæ inter homines, & mulieres
 versantur esse, fœminas sicut lampades vitreas esse, fragiles, quæ
 quam primum offendunt, franguntur, & oleum effunditur. Ideo oportet,
 ut à terra leuatae sint coram sanctissimo sacramento, ut securiores
 sint. Ita fœminas, ne frangantur aliquo peccato, & deuotionis
 gratiæque oleum fundatur omnem terrenam conuersationem fu-
 gere oportet, & orationi simul, & contemplationi vacare stude-
 re coram Deo. Homines verò sunt sicut lucernæ & faculæ accen-
 sæ, quæ vim habent ad resistendum ventis. Itaque quamuis diu, no-
 ctæque per vicos accensæ portentur, non extinguuntur. Sic viri Apo-
 3 3 stolici discurrentes per mundum, & cum peccatoribus conuersan-
 tes ad illuminandum eos diuini amoris ignem conseruant, & san-
 cti exempli splendorem emittunt, & fortitudinem habent ad re-
 sistendum contradictionibus, quæ eis se offerunt absque eo quod
 extinguantur. Et siquidem corda vestra, o prudentes virgines,
 lampades fragiles sunt, vigilem curam adhibete, illas hoc modo
 conseruare. Attendite præterea, quod nocturnæ, quæ circum lam-
 pades volitant, soleant oleum lingere, lampadesque extinguere. Ita
 contingit ad monialium conuentus infernales nocturnas volitare,
 videlicet, homines sensuales, & profanos, qui à Sathana & à pro-
 prijs appetitibus impulsæ Christi sponsas contaminare nituntur,
 & oleum virtutis earum imbibere. O Christe Angelorum glo-
 ria, sponse dulcissime virginum, benedicta sit patientia tua, qui

sic pateris, vt tuæ diuinæ celsitudini tam ingens contumelia inferatur. At si ipsi non se emendauerint, certo sciant æternis supplicijs puniendos esse. Cauete ergo, o superni domini sponsæ, ne has noctuas accedere patiamini. Sed potius in omni integritate & puritate corporis & animæ conseruari satagite, vt plena gratiæ ingredi mereamini cum illo ad nuptias gloriæ: ad quam nos perducatur Iesus Mariæ filius. Amen.

I N C O M M V N I

sanctarum Mulierum, &

maximè pro Beata Anna

Concio Prima.

Simile est Regnum cælorum thesauro abscondito in agro &c. Matth. 13.



Act. 17.

Simile

Coloss. 2.

VO plus aliqua res hominibus necessaria, & in se pretiosior est tanto maiori cura, & sollicitudine ab eis inquiri solet. Hac ratione diuinus Apostolus Paulus, vt in Actibus habetur nixus est Atheniensibus persuadere, vt Deum qui summum bonum est, & nobis maximè necessarium totis viribus, & industria inquirerent, his verbis dicens: Quærere (scilicet, oportet) Deum, si forte attrectent eum, aut inueniant, quauis non longe sit ab vnoquoque; nostrum in ipso enim viuimus, mouemur, & sumus. Pisces, nisi in aqua non mouentur, neque aues nisi in aere volitant & astra in firmamento proprium esse, & locum habent, homines vero, neque moueri, nec viuere nec esse absque Deo possunt: vnde de illum diligenter inquirere maximè necessarium sibi est. Propterea Christus verus Deus in hac parabola, thesauro abscondito, & gemmæ pretiosæ se comparat, ad denotandum se esse thesaurum, qui animas nostras ditat, & gemma, quæ eas ornat, & pulchras efficit. Vnde diuinus Paulus verba de illo faciens ait: In quo sunt omnes thesauri sapientiæ, & scientiæ absconditi. Cum autem in Christo Domino omnes thesauri sint reconditi, nullus terrenus thesau

3 thesaurus sufficit ad satisfaciendum necessitatibus, quibus homo subiacet, præter ipsum. Nullus enim thesaurus visum tibi restituere sufficit, si cæcus es, nec ad vitam reuocare, si es mortuus, nec opem ferre in afflictionibus innumeris, nisi ipse. Quondam Hebræis duo celeberrima nomina fuerunt, quibus Deum appellabāt. Alterum Iehoua, alterum vero Sadai. Iehoua, id est, qui est, esse Deum infinitum significat. Sadai, id est, qui sufficit, sufficientiam, quæ in illo est, denotat. Primum nomē, scilicet, Iehoua, illi conuenit, quatenus rerum omnium principium est. Sadai verò ei adscribitur, quatenus vltimus earum est finis. Quia rationi vltimi finis competit, vt sit solus sufficiens ad perfectionem, & foelicitatem omnium. Vnde intelligetis quantum aberrant, qui foelicitatem extra Deum in creaturis inquirunt. Ideò Beatus

4 Augustinus ait: Quærite, quod quæritis, sed ibi non est vbi quæritis. Quomodo vita beata erit, vbi non est vita? Nam etsi aliquā delectationem & suauitatem in creaturis Deus constituit, hoc ita disposuit, vt hac saltim via homines excitarentur ad inquirendum suauitatem æterni gaudij, non autem, vt eis verum gaudium cordi præbere possent. Hinc Regius David cecinit, dicēs:

B. Augu.

Quam magna multitudo dulcedinis tuę Domine, quam abscondisti timentibus te. Perfecisti eis, qui sperant in te in conspectu filiorum hominū. Idest, si tantam dulcedinē, ò Domine, pulchritudinem, & gustum in creaturis posuisti, quod quidē omnibus commune fecisti, quanta erit dulcedo, pulchritudo, & gaudium quod te diligentibus seruasti? Propter cuius immensitatem nihil aliud sanctus Propheta facit, quā illud admirari quod verbis

Psal. 30.

5 satis exprimere nō poterat, dicēs: Quā magna multitudo dulcedinis tuę, &c. Vnde qui in creaturarū dulcedine tanquā in vltimo sine gradū sistūt, tā fatui sunt, quasi quialiquē inquirat, & quā primū vestigia eius offendit, satisfactus manet, nec vltius progreditur, vt illum, cuius vestigia illa sunt inquirat. Aut sicut ille, qui vmbra elegantē conspiciēs diceret: O quam elegans vmbra & ex illi^o aspectu gaudio superflusus nō se cōuerteret, vt illū cui^o est vmbra intueret, qui ipsam pulchritudine nimīū excellit. Hos appellat Spiritus sanctus (Hōbres por demas) & vanos, dicēs: Vani autem sunt homines, in quibus non subest sciētia Dei, & de his, quæ videntur bona non potuerunt intelligere eum, qui est, nec operibus eius attendentes agnouerunt, quis esset artifex.

Simile.

Sap. 13.

Non

D. Augu.

Non sic Beatus Augustinus faciebat, cum dicebat: Si tãta tribuis nobis in carcere, quid dabis in patria? Si tãta tribuis amicis, & inimicis, quid est quod reseruasti solis amicis? De quodam celeberrimo pictore legitur equã ita apprime depinxisse, vt equi prætereuntes illam intuentes hinnirent. Alter famosissimus pictor Zeuxis nomine, vvas à vite pendentes tanto successu, id est, (*Al proprio*) depinxit, vt ad eas aues aduolarent, veras esse existimantes. Dicite si iter vobis agendum esset, nunquid ad equitandum illam equam assumeretis? Minime. Non videtis ad viuum depictã esse? Quid nostra? dicetis, siquidẽ depicta tãtum est. Quod si fame confecti essetis, nunquid manum ad illas vvas mitteretis? Neutiquam. Quid? nonne omnes veras apparere dicunt? Quid nostra si re vera non sunt. Omnes mundi huius creaturæ quantumuis speciosa, pulchrę que appareant, sunt velut picture, quę et si exteriores sensus delectant, nullo profus gustu, satietate, siue requie animam afficiunt. Verum est tamen, quod sicut per illas perfectas imagines, & picturas, artificis excellentia dignoscitur: ita per excellentiam creaturarum conditoris excellentia cõspicitur, ex quo anima ipsa diuini amoris igne exardescit. Si eques amicus vester in domum vestrã diuerteret, & pro cubiculo, & lecto in stabulum illum reciperetis cum equo, & pro cibo paleas, & hordeum illi præberetis, quanta ignominia ille afficeretur? Quandoquidem, si equo ipsa sufficiant, nõ tamen equiti. Corpus & anima habent se sicut equus & eques. Anima est eques, corpus verò equus, & hæc omnia terrena paleæ & hordeũ sunt equo, id est, corpori duntaxat conuenientia, quia corpus tantum reficiunt & delectant, quæ animæ magis improporcionata sunt quam paleæ & hordeum equiti. Ingẽti ergo iniuria animã vestram afficitis, dum verum cibum, quo alitur, & verum thesaurũ, quo ditatur, qui est Deus non inquiritis. Sed sciatis oportet vnãquãquẽ rem in proprio loco inquiri debere. Nõ enim pisces in luco, nec lepores in fluuio reperiuntur, sed in aqua pisces, in luco lepores inueniuntur. Sic non reperitur Deus in voluptatibus, neque in dissensionibus, nec in ambitionibus seu cupiditatibus, ibi enim Deum inquirere, est in luco pisces capere, & in aqua lepores velle venari. Vt autem illum inueniatis, inquirendus est in pœnitentia, in ieiunio, in paupertate spiritus, & in sanctæ orationis studio. Hoc mystice significat quod

Simile.

cat quod sanctus Dauid cecinit, dicens: Ecce audiuius eam (scilicet maiestatem Dei in Arca foederis figuratam) in Ephrata, inuenimus eam in campis sylvæ. In Ephrata, id est, in abundantia Dei voces recte audiuntur, quia non est status, quantumuis profanus, & dissolutus, in quo diuinæ inspirationes non audiantur, quæ sunt voces, quibus cor Deus alloquitur. Cæterum vbi reperitur in Campis Sylvæ, videlicet, in vitæ poenitentis asperitate.

Hic est ager, de quo in hodierno sacro Euangelio dicitur. *Simile est regnum cælorum thesauro abscondito in agro.* Quia in hac sancta militanti ecclesia sub paupertate, fame, & laborum tolerantia hic thesaurus latet, tandem absconditus est vbi nullus omnino id cogitaret, nisi Deus ipse alleret. Fortè vobis contingit per agrum sæpe transisse, in cuius superficie nihil vidistis, præterquam ipsius terræ ariditatem, & deformitatem. Postea ingentē thesaurum inde educi videntes admirati dicitis: quis vnquā putaret talem thesaurum ibi absconditum esse? Similiter, quis diceret, sub fame, cilicio, paupertate, denique alijs rebus vilibus, & deformibus tani ingentem, & opimum thesaurum, qualis est Deus latere, nisi ipsemet proprio ore alleruisset. Beati pauperes spiritu, quoniam ipsorum est regnū cælorum: Beati qui lugent, quoniam ipsi contolabuntur? Hic est ager, quem illa pia mulier emit, de qua in Proverbijs dicitur: Consideravit agrum, & emit illum. Vbi ponderatione dignum est, illam prius eum considerasse quam emeret. Inter bonorum, & malorum emptiones hoc discrimē versatur, quòd mali (*Compran a carga cerrada*) (vt aiunt) quid emant non considerantes. Nam vitam consumunt, & ingentes labores atque afflictiones tolerant, vt res mundi emant: at verò quid tibi lucrentur mortem, videlicet, & gehennam non considerant. Rusticum, qui ad cœnam inuitatus ire renuit respondisse dicitur: Quinque iuga boum emi, eo probare illa. Ex quo patet, quod prius emit, quam illa experiretur. Hæc est peccatorum cæcitas. O miseri homines, cur non consideratis honores, voluptates, & diuitias, quas tanto labore & sudore emitis ad vestram damnationē esse? (*O sancta Maria (enora),*) quid peccatores tolerant, vt appetitus suos compleant, & hæc terrea obtineant (*Y todo lo dan por bien empleado.*) De Hebræis Propheta Oteas inquit: Super capita montium sacrificabant, & super colles accendebant thymiana. In quo denotatur, quanta defatigatione & lasi

Simile.

Matth. 5.

Prov. 30.

Luc. 14.

O/c. 4.

Psal. 54. & lassitudine, & cum sui dispendio iniqui Sathanæ deseruiunt. **13**
Hoc etiam sanctus David asserit, dicens: Die ac nocte circumda-
 bit eam super muros eius iniquitas, & labor in medio eius, & in-
 iustitia. Eleganter ait: In medio eius labor, quia etsi peccato-
 res in executione voluptatum suarum iugenti delectatione affi-
 ci videantur, intus tamen eos conscientia reuocet, & labor, at-
 que tristitia intus causetur. Quemadmodum intra pruna quæ inue-
 nies, cuius nucleus amarissimus est, quousque externus fructus dul-
 cedine quadam gustum afficiat: similiter peccata in superficie
 aliquam dulcedinem præferunt, intrinsecus verò omnia vanitas
 amaritudo, & afflictio sunt. Vnde in Apocalypsi dicitur: Non
 habet requiem die ac nocte, qui adorauerunt bestiam, & imagi-
 nem eius. Non ab re dicemus imaginem bestię peccatum esse,
 quia ipsa prima fuit, quæ hanc imaginem depinxit, & quotidie
 in cordibus hominũ depingere studet. Vnde sicut dicimus: Hęc
 imago est Michaelis, quia illam depinxit ita peccatum Sathanę
 (qui est bestia illa) imago dicitur, quia illa depingit. Et per Isaiã
 dicit Dominus: Ego ipse sum, qui deleo iniquitates tuas, & Re-
 gius David ait: Dele iniquitatem meam, & planum est non de-
 leri, nisi quod est depictum. Igitur si iniquitates delentur, depi-
 ctæ sunt, & de illis, qui bestiam adorant, & eius imaginem quod
 est peccatum inquit sacer textus, quod non habet requiem die,
 ac nocte. Hi labores pretium sunt, quo miseri suorum appetitum
 executionem emunt, & simul gehennam, non considerantes
 quid emant magis, quam si bruta animantia essent. Non sic ani-
 ma sancta facit, sed considerauit agrum, & emit eum.

Dicit præterea sanctum Euangelium: **Quem qui inuenit homo ab 14**
 se aufert. Statim, ut homo ille thesaurum inuenit, ne sibi furaretur
 illum abscondit. Vbi Diuus Gregorius ait: In præsentia etenim
 vita quasi in via sumus, qua ad patriam pergimus. Maligni autẽ
 spiritus iter nostrum, quasi quidam latronum obfidet. De præ-
 clari ergo desiderat, qui thesaurum publice portat in via. Hoc au-
 tem dico, non, ut proximi opera nostra bona non videant (cum
 scriptum sit: Videant opera vestra bona, & glorificent patrem
 vestrum qui in cœlis est) sed, ut per hoc, quod agimus, laudes ex
 terius non queramus, sic autem sit opus in publico quatenus in-
 tẽtio maneat in occulto. Hæc ille. Sic, ut nos Deus præmiare et ho-
 num in suffragia acciperet, id est, *Quærat electorum in votis. Hæc in*
 electione

Simile.

Apoc. 14.

Isai. 4.

Psal. 50.

**D. Greg. in
 homilia be-
 zis Euange-
 ly.**

15 electione prelati, aut in cathedræ provisione suffragandi mos
 est, tunc opus esset hominibus placere. At siquidem Deo non est
 habenda ratio præterquam de illis, quæ in nostris conscientijs in
 nenerit, vanitas ingens est de hominum iudicijs rationem habe
 re. Rationis strictæ tempore frater, cum solo Deo solus ingredi
 debes. Ideo illi soli placere, atque seruire studeas. Quid prodest
 si multi te cælum mereri proclamant, si tamen consciëntiam tuam
 corruptâ, & labefactatam Deus inuenerit? Ideoq; diuinus Apo
 stolus ait: Mihi autem pro minimo est, vt à vobis iudicer, aut ab
 humano die, qui autem iudicat me Dominus est. Quis tam stu
 pidus & amens esset, qui si preciosum lapidem inueniret, rustico,
 aut rudi homini traderet, vt illum appretiare? Quis ergo mūdo
 rusticior? qui bonorum operum valorem nō cognoscit? Ergo ne
16 gadeo stupidus, & amens sis, vt eius manibus virtutes tuas tradas,
 vt illas æstimet, & appretiet, sed potius in manus Dei illas statue
 qui eorum valorem scit. Qui æquatishastis certat, plus ad iudice
 ces, in quorū manibus brauium est, attendit, quam ad insipiētis
 populi dicta. Et siquidem credimus id, quod Regius David ait: **Psal. 137**
 Dominus de cælo prospexit super filios hominum, vt videat, si
 est intelligens, aut requirens Deum, deniq; qualiter pugnemus
 considerat, & quomodo pafsiones nostras debellamus, vt nobis
 coronam secundum merita nostra tanquā rectissimus iudex tri
 buat, in illum oculos nostros collocemus, & ei attentionē præste
 mus hominū sententias nō attendētes. Sic Propheta Hieremias
 clamabat: Tu autem Domine Sabaoth (scilicet, es) qui iudicas iu
 ste, & probas renes & corda, tibi enim reuelauī causam meā. Per
17 pendite verbū illud, Tibi, tibi Dñe rectissimo iudici, & non ho
 minibus reuelauī causam meam. Et, vt melius huius rei scopum
 attingatis, studete id facere, quod prudens viator dum longum
 iter agere parat, qui numos aureos, & selectos in crumenam mit
 tit, & in sinū abscondit. Pro impensis verò itineris, ad soluendū
 cauponibus, & stabularijs per diuersoria, aliā monetam æneā, &
 minutā separatim in alia crumena patēter portat. Sic vos gerere
 debetis discrimē statuendo inter obseruantia præceptorū, & cō
 siliiorum. Nā quod attinet ad præcepta vult Deus, vt publice illa
 obseruetis. Hæc est pecunia minuta, quā per huius mundi diuer
 soria impendere debetis, debita proximis vestris per bona exē
 pla soluentes. Vnde si quis alij alapam impingit, aut aliqua
 alia

1. Cor. 4

Simile.

Simile.

Psal. 137

Hiere. 17

Simile.

alia contumelia hic ab illo afficitur, obligatus manet taliter erga, & iniuriam sibi illatam se habere, vt omnes adstantes cognoscant, & etiam vtriusque cognati illum vindictam nō appetere: quin imo iniuriam ex animo illi remittere, & cum eo reconciliari velle. Cæterum quicquid consilij est, vt potè, cilicium induere, flagellis carnem reprimere, orationi prolixè vacare, ieiunia extraordinaria seruare, & huiusmodi alia, hæc abscondite, & secreto fieri opus est. Quia sunt aurei, qui in sinu absconditi gestari debent: quæ cum opus fuerit, vt reuelentur, quibus vix Deus nouit innotescant. Etiam abscondere hominem thesaurum, quem inuenit, ne illum perdat significat, quod si aliquam sanctam inspirationem, & bonum desiderium cordi tuo Spiritus sanctus impressit, ne ipsum secretum alijs reueles, quia si parentibus, aut amico dixeris, te velle mundo renunciare, & religionis habitum induere, ibique thesaurum illum libere possidere, obstabunt tibi ne id exequaris. Si dicis iniuriam tibi illatam velle remittere, nō deerit, qui obset, & ne tale facias admoneat, dicens ignominia esse, si honori tuo non satisfacias. Si dicis alienum te velle restituere, respondebit tibi coniux tua, & dicet: quod iam patrimonium alijs tuis relinques? Ideòque si thesauro ipso frui desideras illum absconde. Quondam Gedeon præcepit Deus, dicens: Tolle taurum patris tui, desolueque aram Baal, quæ est patris tui, & nemus quod circa aram est, luccide, & ædificabis altare Domino Deo tuo. Tolleque taurum, & offeres holocaustum. Et subdidit statim sacer textus. Assumptis ergo Gedeon decem viris de seruis suis, fecit sicut præceperat ei Dominus. Timens autem domum patris sui, & homines illius ciuitatis per diem noluit face- 20 re, sed omnia nocte compleuit. Quid convenientius afferri posset, vt dicas frater sancta desideria, quæ concepisti in ille seris (vt aiunt) in corde clausa seruare, ne alijs innotescant? Huius fortissimi, & maxime strenui ducis zelo Dei cincti industria nos docet, quam cautionem adhibere, & quantum perhorrescere debemus, ne domestici, aut familiares nostri pia desideria, & sancta proposita intelligant, ne nobis impedimento sint, quo minus illa impleamus. Cum Deus, o frater, ianuas animæ tuæ pulsauerit & obtemperare illi volueris, & altare Baal, quod in corde tuo erectum habes, destruere volueris, in quo sacrificia dæmoni offers, & alteram denuò erigere ad libandū Deo, ne id manifestes

Idolo

Jud. 6.

1 idololatriæ, sed quã primũ poteris id opere exequere nocte, cũ nemo videat, hoc est, secreto, & abscondite. Attende, quid idololatriæ illi fecerunt, postquam eis innotuit Gedeon altare destruxisse. Qui dixerunt ad Ioas: Produc filium tuum, vt moriatur, quia destruxit aram Baal, & succidit nemus: quid si illum destruentem & succidentem cernerent? Idem re ipsa hodie contingit, quòd tres quatuor vel socij, & amici tui murmurant, quia tecum aduersario tuo confœderasti, aut si humilitatis opus fecisti, quid si scirent, quod facere intendebas antequam illud exequutus fuisses?

Et præ gaudio illius vadit, & vendit vniuersa, quæ habet, & emit agrũ illum. O quanto gaudio, & lætitia innumeri tam viri, quã fœminæ se à bonis suis temporalibus expedierunt & deniq; vita multati sunt, vt hunc pretiosissimum thesaurum inuenirẽt, atq; obtinerent. Si hic, v. g. ager esset, qui iudicio humano nullius pretij seu valoris esset, & aliquis thesaurum ibi absconditum esse cognoscens, vniuersa bona, quæ possidet venderet, vt agrum illum emeret, alij quibus mysterium nõdum innotuisset illũ subsannarent, dicerentque: Quid rem tam vilem tanti appendis? Solus emptor lætus esset, quasi qui rectè nouerat (quan bien empleado erat todo) dũ modo ingentẽ thesaurum ibi latẽtem obtineret. Denique alij thesaurum educi intuentes, quam falsa, & inania eorum iudicia essent cognoscerent. Hoc modo infideles & tyranni Christianos subsannabant, & insanos illos esse putabant, videntes illos tam lætẽ, & iucunde terrenis bonis renuntiare, & æquo animo horribilia tormenta pro Christi amore tolerare. Vnde in inferno id fatentur dicentes: Nos insensati vitam illorum aestimabamus insaniam, & finem illorum sine honore. Ecce quomodo computati sunt inter filios Dei, & inter sanctos fors illorum est. Notabile quidem est, vt de hoc homine dicatur, quòd vadit, & vendit vniuersa, quæ habet, qui ne aciculam quidem retinuit, quin venderet, id est, (note queda ni con vn solo alfiler.) Heu dolor quàm pauci inueniuntur huiusmodi. Nonnullos reperies, qui rem sacram audiunt, conciones frequẽtant, sanctissimam eucharistiam accipiunt, assiduas preces fundunt, & simul proximis detrahunt, vicos perambulant, ludo, & aleis vacant, & effrenatè loquuntur. Hi non vendunt omnia, quæ habent, vt thesaurum hunc emant. In Numeris præcipiebat Deus Naza-

Simile.

Sapi. 5.

Num. 6.

rais, statim, ut eius cultui dedicarentur, vino & omni quod inebriare posset abstinerent. Et non tantum hoc illis est prohibitum, sed etiam sacer textus subdidit: Acetum ex vino, & ex qua libet alia potione, & quidquid de vna exprimitur non bibent. Vnas recentes, siccasque non comedent. Et rursus addit: Quicquid ex vinea esse potest, ab vna passa vsque ad acinum non comedent. (*Valame la beatissima Trinidad con tanta menudencia.*) Nimirum, ut Deus praeceperet, ne vnae passae, nec etiam acina, quae sunt granula earum comederentur? Maxime. Nam haec omnia poterant in memoriam vinum reuocare. Et ideo illis uti prohibuit ne saltem recordarentur illi eius, quod homines inebriat, & à se alienat. In quo significatum est, non solum hominem peccato inebriandum non esse, verum etiam fugere debere quicquid ad illud eum ferre potest. Quid prodest frater, si dicas: Non aliena rapio, non occido, si tamen ex alia parte iudicij temerarijs, & negligentijs erga domesticos, denique alijs quam plurimis miserijs plenus es? Quondam Sauli Deus praecepit dicens: Vade, & percutite Amalech, & demolire vniuersa eius, non parcas ei, & non concupiscas ex rebus ipsius aliquid. Qui, etsi plurima euertit quae Deus illi imperauerat, non tamen vniuersa. Ideo propheta Samuel dixit ei: Pro eo quod abiiecisti sermonem Domini, abiicit te dominus. O quantis haec sententia inferetur, quia, etsi ab aliquibus malis se continuerunt non tamen ab omnibus. Quid, dicito, tibi prodest non rapere, & non occidere, si alijs quam plurimis peccatis inuolutus es, ut pote passionibus tuis, & propria voluntate plenus? Nonne scriptum esse audiisti: Qui offendit in vno factus est omnium reus? Et tu soror sciens inuenem illum vicum perambulantem, te quoties intuetur concupiscere, nec vis hoc scandalum tollere, sed è fenestra cachinnos soluere: notum tibi facio, quod propter hoc tantum condemnaberis, quamuis alia peccata non commiseris. Omnia soror vendere debes propter thesaurum hunc, visum, confortia, & risum solutum propter illum, qui pro te totum se dedit. Hoc etiam in Leuitico significatum est, vbi Deus praecepit masculinum immaculatum sibi offerri. Itaque animal sibi immolandum non foemineum nec diuersorum colorum futurum erat: hoc enim significat immaculatum. In quo docemur,

1. Reg. 15.

1. Cor. 2.

Leuit. 1.

27 docemur, vt qui Deo sacrificandus est, nō debet esse effceminatus, ignauus, seu inconstans, qui mox terga vertat, sed fortis, viri lique corde. Et præcipiens Dominus, ne varios colores haberet hoc ad vnitatem exercitiorum applicari potest: nam oportet seruum Dei, vt vnum exercitium eligat & in illo perseveret. Et ita secundum Beati Bonaventuræ sententiã perfectionis culmen citò pertinget, sicut viator citò conficit iter, quanuis pedetẽtim incedat, si quotidie iter agendo perseverat. Et quemadmodum canis venatico, cui plures lepores occurrunt contingit, qui modo vnum, modo alium aggrediens nullum vsq; in finem sectatur, & sic nullum capit: ita D. Gregorius ait, animum hominis mentem que hinc inde vagantem piura appetendo, plura inquirendo nihil ad finem vsque perducere. Ideo Spiritus sanctus vnum quẽ
 28 que nostrum admonet, dicens: Fili, ne in multis sint actus tui. Et hoc est animal immaculatum esse: videlicet, vnus non autem versicoloris. Cæterum secundum propositum nostrum loquendo, quod animal versicolor non sit denotat virum iustum vnus duntaxat propositi, & desiderij esse debere, scilicet, placẽdi seruiendi quẽ Deo, & reliqua omnia desideria, & proposita, quæ huic nō ad stipulantur, & fauent, vendere debet, & se ab eis alienare, vt hunc thesaurum obtineat. ¶ Hoc sacrum Evangelium satis congrue in hodierna solennitate Beatissimæ Annæ canitur: siquidem cuiusdam fertilissimi agri domina ipsa fuit, in quo infiniti pretij thesaurus absconditus erat. Ager hic est sacratissima virgo Domina nostra, & thesaurus, qui in ea fuit absconditus, Christus verus Deus & homo est. Et Beata Anna hunc
 29 agrum, atque diuinum thesaurum possedit quando quidem sacratissimæ virginis mater fuit, & huius cœlestis imperatoris auia. Apud sacras literas quatuor Annas fuisse legitur. Prior Samuelis mater fuit, quæ vt sacra historia refert, vberrimis lachrymis benedictionis fructum, videlicet, Samuelem à domino impetrauit. Secunda Anna fuit mater Tobix, quæ etiam copiosis lachrymis filij sui absentiam profluxit. De Tertia fit mentio in Evangelio, vbi dicitur. Erat Anna prophetissa filia Phannuel, & hæc vidua vsque ad annos octoginta quatuor, quæ non discedebat de templo ieiunijs, & obsecrationibus seruiens nocte ac die. Hæc Sancta Fœmina Christum Redemptorem nostrum in vtris matris eius sacratissimæ cernere meruit, quando

D. Bonav.

Stimile.

Eccle. 11.

D. Grego.

1. Reg. 10

Tab. 10.

Luc. 2.

Semile.

illum obtulit in templo. Quarta Anna est hæc sanctissima ma-³⁰trona, quæ cæteras nimium excelluit. Contingit pretiosum ta-
petum è Flandria asportari, quatuor Annas habens (sic enim
præcipuæ tapeti partes dicuntur) & ementi illud mercator ait:
Ecce Domine, quam bona hæc prior Anna est: Ecce quam bo-
na secunda, & etiam tertia. Cæterum quarta hæc reliquis pre-
tiosior, meliorque est, quia perfectiores figuras, atque labores
habet. Itahæc gloriosissima Anna cæteris pretiosior est. Si
enim prior Anna assiduis lachrymis tam bonum fructum, qualis
fuit Samuel, à Deo impetrauit, hæc vltima plurimis etiam la-
chrymis dum annis multis sterilis esset, mirabiliorem fructum
qualis fuit Domina nostra obtinuit. Quod si secunda Anna To-
biæ mater lachrymis irremediabilibus filij sui absentiam luxit,
plus nimis hæc gloriosa Anna sanctissimi pueri Iesus, & eius
sacratissimæ matris absentiam luxit, cum propter impij Hero-
dis persecutionem in Aegyptum fugerunt, vbi per septem an-
norum spatium commorati sunt. In quibus, verbis humanis ex-
primi nequit, quid hæc venerabilissima mulier sentiret, quæ tam
in cœstitia afficeretur. Quod si tertia Anna meruit pretiosissimū
puerū Iesum in vlnis sacratissimæ matris eius cernere, hæc bea-
tissima Anna non semel, sed sæpe cum maxima reuerentia, dul-
cedine, & suauitate spiritus in suas benedictas vlnas suscipere
meruit. Hoc nomen Anna quadruplicia significata sortitur: sig-
nificat enim gratam, misericordem, pacificā & liberalem: & hæc
significata sunt secundū quadruplicem virtutem, quæ in coniu-
gata femina micare debet, vt Salomon in hodierna epistola as-
signat, quæ sancta illa mulier insignita erat. Prima est, vt sit viro
suo grata. Et ideo ait: Confidit in ea cor viri sui: scilicet, quia red-
det ei bonum, & non malum omnibus diebus vitæ suæ. Singu-
laris mulieris virtus est, sic se gerere erga virum suum, vt red-
dat ei pro malo bonum, non autem malum pro malo. Nam
hæc via sibi illum deuinciet, id est, (*le ganara la voluntad*) & vi-
ctoriam ab eo reportabit. Secunda virtus est quod sit erga do-
mesticos misericors, & humana. Ideo ait: De nocte surrexit, de-
ditque prædam domesticis suis, & cibaria ancillis suis. Tertia est,
quod pacem cum vicinis gerat. Ideo ait: Laudent eam in portis
opera eius. Quarta est, quod sit pia & liberalis erga pauperes.
Ideo ait: Manuum suarum aperuit inopi, & palmas suas extendit
ad pau-

Promer.

33 ad pauperem. Et hoc nomen Anna hæc omnia denotat, quæ omnia hæc gloriosa sancta perfecte habuit, vt secundum nomen eius, ita laus eius sit. De qua iure optimo verba illa dici possunt, scilicet, veni electa mea, & ponam in te thronum meum, in cuius visceribus tanquam in aula regia Deus maiestatis suæ solium, quæ eius mater sacratissima est, collocavit. Et quemadmodum regius thronus in aula varijs, & pretiosis auri, & serici tapetibus collocatur: ita æquum fuit, quod siquidem Beata Anna futura erat aula, in qua thronus Dei, scilicet, beatissima virgo locandus erat diuersis virtutum tapetibus ornata esset. Hanc igitur gloriosam foeminam dilectissimi, vt singularem patronam habeamus, siquidem mater est matris nostræ Mariæ virginis, & nostri fidelissimi fratris Iesu Christi avia: & in nostris necessitatibus eius patrocinium imploremus eam deprecantes, vt vna cum sacratissima eius filia domina nostra coram diuina celsitudine gratiam nobis obtineat, cum qua gloria impetratur. Ad quam nos perducatur Iesus Mariæ filius. Amen.

In eodem Communi sanctarum Mulierum, Maxime pro Beata Ehlabeth tertij ord. B. Francisci Concio Secunda.

Simile est Regnum cælorum thesauro abscondito in agro &c. Matth. 13.



BX præcipuis, & maioribus miserijs, & calamitatibus, quibus nos miser Adam filij subiacemus, vna est animi remissio, atque negligentia viam qua ad Deumitur, inveniendi. Hæc miseria Regius David carere optabat, siquidem tanta vi & efficaciam Deum deprecabatur dicens: Notam fac mihi viam, in qua ambulem, quia ad te leuavi animam meam. Quasi diceret: Obsecro te domine, vt viam, qua in cælumitur, mihi

Psal. 142.

Psal. 118.

demonstres, semitam, qua illac peruenitur edoceas me, quia n^o mio desiderio tecum in domo tua habitandi exardesco, & nollem viam, qua illuc pergitur, aberrare. Hoc eodē desiderio flagras alibi dicebat: vtinam dirigantur viæ meæ ad custodiendas iustificationes tuas in omni tempore. Vtinam quotidie simili spiritus feruore idem à Deo postularemus. Hanc esse decebat nostram priorem deprecationem, quam primum è lecto mane surgimus: videlicet: vtinam dirigantur viæ meæ ad custodiendas iustificationes tuas in omni tempore. Placeat tibi Deus meus mihi auxilium præstare, vt viæ meæ in tuæ sanctæ legis observantia semper dirigantur. Cæterum nostra peruersitas atque vâcordia tanta est, vt rei adeo nobis conducibilis vix recordemur. Deus autem, vt pius pater diuersos modos, variasque vias quærit, vt moueat nos ad hoc, vt exoptemus ad illum ire. Et videns nos terræ ita adhærere cupidos, se gloriamque suam diuersis rebus terrigenis comparat, vt saltim hac via corda nostra excitentur ad illum desiderandum: vt ex his, quæ animus nouit surgat ad incognita, quæ non nouit, ait Beatus Gregorius. Nam, si ludorum spectaculis, & alijs voluptatibus delectaris, aspice simile regnū cœlorum esse homini regi, qui fecit nuptias filio suo. Quod si thesauros ardentè affectas, attende simile esse regnum cœlorum thesauro abscondito in agro. Si emptiones & contractus diligis animaduerte simile esse regnum cœlorum homini negotiatori. O miserum illum, qui huiusmodi artificijs tantoque amore non utitur. Quid homines maiori ambitu, cura, & sollicitudine inquirunt, quam thesauros, & lapides pretiosos? His ergo Deus se comparat, vt ardentè illum inquiras, atque diligas. Ad nostræ tepiditatis confusionem referam quod dicit glossa in .3. Reg. 9. capit. de insula Ophir, ad quam serui Hiram cum seruis regis Salomonis se conferebant, vt aurum asportarent. Quæ insula auro abundat, tamen propter ferarum immanitatem, quibus inhabitatur in illam homines intrare non audent, nisi quam celeriter, & sic furtiuè terram leonum vnguibus effosam colligunt, & mox terga vertunt, & naues intrant: ex qua terra in fornacem missa aurum educitur. Quid amplius dici posset de auiditate, qua homines aurum inquirunt, siquidem, vt illud obtineant tam ingenti periculo se exponunt? Et denique illud obtinentes acriori fame inhiant, quam antea. Nam, vt

*D. Greg. in
homil. huius
Euang.*

*Gloss. supra.
3. Reg. 9.*

Eccle.

5 Ecclesiasticus ait, Auarus non implebitur pecunia. Et diuinus Plato ait, cor eius esse, sicut vas cancellatum, idest, *(agugrado)* quod aqua impleri nequit. Et ad hoc illud Esaiæ alludit, scilicet: Repleta est terra auro, & argento. Non dixit: repletum est cor avari auro, & argento, quia istis nunquã satiatur, nec adimpletur. Avari supplicium patiuntur, quod poetæ fingunt filiabus Danaï, apud inferos præscriptum esse, nempe dolium pertusum aqua implere, è quo tantumdem effluat, quantum infundatur. Inde originem traxit prouerbiū Dolium Danaïdum. Quod in auaros retorquetur, quorum auaritiæ nihil est satis. Si ergo seculi amor cum tanto vitæ discrimine, & periculo inter leones aurum inquit, quod nec satiare, neque adimplere cor valet, cur diuinus amor non inquitet

6 Deum, qui valoris infiniti thesaurus est, & qui solus corda nostra, etsi inter plurimos labores constituta sint, satiare atque ditare sufficit? Anima nostra capacitatem infinitam passiuam habet, eamque, nisi solus Deus nihil adimplere potest. In hoc sensu Diuus Augustinus exponit illud Genesios: Faciamus hominem ad imaginem, & similitudinem nostrã hoc est, secundum infinitatis meæ mensuram. Ideo Diuus Bernardus ait: Ad imaginem Dei facta est anima rationalis. Cæteris creaturis occupari potest, impleri non potest. Igitur dilectissimi omittite, omittite terrenum ipsum thesaurum, qui terræ scoria est, & ne tantum bonum propter ipsum perdatis. Quondam Israelitico populo Sanctus Moyses dixit: Cum introduxerit te Dominus Deus tuus in terram, pro qua iurauit patribus tuis Abraham, Isaac, & Iacob & dederit tibi ciuitates magnas, & optimas, quas non ædificasti, domos plenas multarum opum, quas non extruxisti, vinea, & oliueta, quæ non plantasti, caue diligenter, ne obliuiscaris domini Dei tui. In quo sanctus vir significauit tam ingentem humanam miseriam esse, quod ex bonis temporalibus à Deo acceptis solet homo occasionem sumere, vt benefactoris sui obliuiscatur, & quod eadẽ bona temporalialigant, impediuntque hominem ne creatori & benefactori suo, sicut decet, obsequatur, ideo qui illa relinquit optime sapit. Quinimo dico vobis, sepe improbos ditari, fauorẽ Dei nõ esse; sed potius quẽ dã supplicij tacitũ modum. Vnde Sãctus Moyses murmuranti

Ecclesi. 5.

Esaï.

*D. Aug. s. 10
Gene. 1.*

D. Bernard.

Deut. 6.

Exod. 16.

populo dixit: Dabit vobis Deus vespere carnes edere, & mane panes in saturitate, eo quod audierit murmurationes vestras, quibus murmurati estis contra eum. Ecce quomodo id loco supplicij illis contulit. Ergo dilectissimi thesaurum, qui corda vestra fatiet inquirete, cuius possessio amorem horum, quæ tantum dampnum vestris animabus afferunt, à vobis tollat. Nam bona temporalia non æstimantur nisi ab illis, qui spiritualia, & æterna non gustant. Vnde Diuinus Apostolus, vt singularis contèplatiuus, & quem cœlestia maximo gustu, & delectatione afficiebant, dixit: Quæ mihi fuerunt lucra hæc arbitratus sum propter Christum detrimenta. Veruntamen existimo omnia detrimentum esse propter eminentem scientiam Iesu Christi domini mei, propter quem omnia detrimentum feci. Ecce quomodo omnes mûdi huius res contèpserat, quia cœlestes degustauerat. 8

Philip. 3.

Ait ergo sanctum Euangelium: *Simile est regnum cœlorum thesauro abscondito in agro.* Hæc sacrosancta, & vniuersalis Ecclesia regnū cœlorū dicitur. Regnum appellatur, quia sceptrū in ea Deus tenet, atq; etiam in ipsa colitur. Cœlorū vocatur, quia cœlū dicitur à celando, & in hac sancta Ecclesia omnia diuina mysteria fide celata sunt. Vnde quod sanctus Iob de vitæ nostræ breuitate asserit possumus & nos de nobis metipsis affirmare, scilicet, quod transimus, quasi naues poma portantes. Qui poma in nauibus portant fœno, & paleis inuoluta ferunt, quæ nec oculis cerni, nec ore degustari possunt, eorū dūtætaxat fragrantia odorq; sentitur. At mox, vt ad portum appellitur, paleas nauis tollunt, & poma illa discooperiunt, quorum pulchritudine delectatur visus, & eorum dulcedine reficitur gustus. Sic nos dum per mundi huius mare nauigamus diuinis mysterijs, quasi pomis onusti perginus, eaq; tanquam paleis fide inuoluta portamus, quæ nec cernimus, nec degustamus, solum nos reficit odor, atque sustentat, videlicet, spes, in qua viuimus, sperantes quod aliquando hoc pretiosum pomum proprijs oculis intuebimur, atq; gustabimus. Idq; erit quando per mortem ab huius mundi naui discedamus, & ad portum cœli securū appulerimus. Vbi fidei paleis semotis videbimus Deum sicuti est, eritq; cibus noster æternus, ex quo gustum, & suauitatem ineffabilem capiemus.

Iob. 9.

Thesaurò abscondito. O Deus liberalitatis infinitæ, quid hoc Domine? Auarorum hominū propriū est thesauros suos nimium abscon-

71 abscondere, & vnā quāque thecarum septem (vt aiunt) clauibus obserare, septemq; nodos crumē inijeere. At domine tu, qui ipsamet magnificentia es, cur thesaurum tuum abscondis? Ad hoc respondeo thesaurum hunc Deum eiusque ineffabilem gloriam esse. Et dicitur absconditus, quia, etsi nimium de illo loqui velimus nihil erit in cōparatione eius, quod est in se. Vnde sanctus Apostolus, tanquam testis oculatus dixit. Oculis non vidit nec auris audiuit, nec in cor hominis ascendit quæ præparauit Deus diligentibus illum. Et quanuis Beatus Augustinus de hoc glorioso Apostolo ait, hunc thesaurum illum vidisse, quando (sicut ipse fatetur) raptus fuit in paradysum, cæterum quæ vidit nequiuit ore proferre. Quemadmodum, si in hoc templo quidam globus aureus esset, tam magnus, sicut ipsum

1. Corin. 2.

D. Aug. 1. de videndo Deum.

2. Cor. 12.

Simile.

12 templum recte ab ipso auri globus caperetur, cæterum per ostium educi non posset: similiter visio diuina, quando est in intellectu totam animam implet, at os exterius, quod est quasi ianua mentis illam non capit. Hoc est, verbis exprimi nequit. Præterea si sol tam magnus esset sicut firmamentum, & vniuersa terra plana esset, & crystallinis speculis strata, & sol refulgeret in specula illa, quem splendorem in illis efficeret? Quibus verbis id posset exprimi? Quanto ergo difficilius explicata erit ille gloriæ splendor, vbi diuinus sol refulget in tam innumera specula crystallina, vt pote Angelos, & reliquos beatos spiritus? Ergo iure optimo ille thesaurus absconditus dicitur, siquidem verba defunt, quibus eius magnitudo & excellentia explicari possit. Vnde Beatus Thomas ait: quod

Simile.

13 quanuis Beati Deum comprehendant, non tamen totaliter, id est, omnibus modis, quibus comprehendendi potest. Qui talis ac tantus cum sit ad illum tamen adipiscendum vix mouemur, vt tam minimam diligentiam adhibeamus, qualis est diuina legis obseruantia, nec saltim ad illum efficaciter desiderandum accendiamur. O detestabilem Christianæ gentis infantiā, qui talia credente sic illa contempnunt. Per imensam Dei charitatem dilectissimi vos obsecro, ne patiamini, vt de vobis tale circumferatur.

D. Tho. 1. p. q. 11. art. 7. ad. 1.

Quem qui inuenit homo. Plurimum hic notare oportet, hunc hominem inuenisse thesaurum absque eo, quod illum inquireret, quia non dicitur illum quæsiuisse, sed inuenisse. In quo ostenditur,

ditur, quod esse homo prædestinatus & vocatus nõ est propter eius merita, nec propter eius diligentiam, sed tantum propter infinitam Dei misericordiam. O quanta dilectissimi obligatione adstringimur nos, qui fidei dono insigniti sumus & in sacrosancta huius Ecclesie agro transpositi, ubi hic coelestis thesaurus inuenitur cum summa cordis exultatione, atque gaudio Deo pro tam singulari beneficio assidue ingentes gratiarum actiones referre. Ita Diuinus Apostolus nos exhortatur dicens: Cum gaudio gratias agentes Deo, & patri, qui dignos nos fecit in partem sortis sanctorum in lumine, qui eripuit nos de potestate tenebrarum, & transtulit in regnum filii dilectionis suae, id est, dilecti filii sui, in quo habemus redemptionem, & remissionem peccatorum. Perpetite amore Dei qualiter S. Apostolus dicat: Deo patri ut corda nostra quadam teneritudine molliret, consideratione hac, scilicet, quod Deus pater noster est. Nec satis illi fuit dixisse ut gratiarum actiones huic coelesti patri exhibeamus, sed insuper vult, ut ipsae gratiarum actiones gaudio plenae, sint nostrae gratitudinis, & bonae voluntatis signifiatiuum. Et peculiariter nos admonet, ut gratias illi agamus, qui in sancta eius ecclesia nos collocauit. Quo tempore in utero materno corpora nostra formata, & disposita erant, ut animae eis infunderentur, alia quam plurima similiter concepta, & disposita erant in uteris multarum infidelium foeminarum, ut pote Turcarum, Arabum, Indiarum, haereticarum, & aliarum infidelium. Et in illo instanti creauit Deus plurimas animas, & quasdam quidem infudit corporibus, quae Constantinopoli, & in alijs infidelium locis erant, tuam vero in Hispania corpori disposito in utero mulieris Christianae infudit, ut mox nascens huius coelestis thesauri, qui est Christus venam inuenires Baptismum gratia, & sanctificatione plenum suscipiens. Reliquae vero infidelium animae, quas Deus simul cum tua creauit hunc thesaurum non inuenerunt. Quo igitur obsequio tam singulari beneficio absque tuis meritis tibi exhibito Deo satisfacies? Quomodo si memoria illud tenes, a diuinis laudibus poteris conticescere? Qui exaltas me de portis mortis, ut annuntiem omnes laudationes tuas in portis filiae Sion, dicit Sanctus David. Inferni, & damnationis aeternae portae sunt peccata, & ab his diris portis nos Deus educit, ut ab eius laudibus nunquam cessemus. In portis filiae Sion. Filia Sion est haec sancta ecclesia, ut Zacharias ait: Dicit

Colo. 1.

Psal. 9.

Zach. 9.

17cite filia Sion. Et eius portæ sunt virtutes, per has enim ad cælum ingreditur. In his ergo portis Christianus stare debet, & ab illis Deum laudare, & glorificare. . . Videlicet in castitate, patientia, humilitate, misericordia, &c. Ab his inquam portis Deo gratias agere debet, qui illum à tanto malo eripuit, & tanto bono participem fecit. Sed, proh dolor, quam rari hodie inveniuntur, qui pro tam singulari beneficio, gratos se Deo exhibere sciant, quinimo quam plurimi voluntariè ad portas mortis, & inferni reuersi sunt, & exinde acutas peccatorum, iniuriarum que sagittas quotidie in hunc summum benefactorem iaciunt.

Thesauro inuento, ait sacer textus, *Pro gaudio illius vadit, & vendit vniuersa, quæ habet & emit agrum illum.* Perpendite qualiter
 18dicat: *præ gaudio illius vadit.* In quo significatur gaudium ipsum, quo affectus est, vires, animumque illi præbuisse ad hoc, vt quicquid possidebat venderet. Nunquam homo satis mundo eiusque vanitatibus renuntiat, nisi postquam gaudia spiritus degustare cœpit. Et ita de iustis ecclesiasticus ait: in mandatis eius
 Eccle. 39. epulabuntur. Et in contextu Græco habetur: In mandatis eius lætabuntur. O ineffabilem Dei bonitatem. Omnes te domine hierarchiæ cœlestes, nec non omnes iusti terræ collaudent, qui tantam suauitatem, & dulcedinem amicis tuis communicas, vt obseruantia cœlestium tuorum mandatorum plus lætentur, & gaudeant, quam si splendidissimis epulis vescerentur. Et hoc beneficio illos Deus donat, vt præ gaudio vadant, & vendant vniuersa, quæ habent, hoc est, vt illo gaudio animari, omninò
 19expediantur ad hunc cœlestem thesaurum recipiendum. Nam eius diuinæ celsitudini placet, vt thecam expeditam & vacuam ad hos thesauros suscipiendos illi præbeamus, sicut Sanctus Eliseus viduæ præcepit, vt vasa vacua quæreret, vt eius deprecatione oleo adimplerentur. Et cum primum viduæ vasa vacua defuerunt etiam oleum cessauit. Nonne Deus, qui precibus eius sancti prophætæ oleum illud creabat vasa etiam creare poterat? Maximè. Cæterum non omnimodè operari vult, sed, vt nos etiam concurramus, & aliquã diligentiam ex parte nostra exhibeamus. Ne autè cōquereremur, quod nobis deesset, in quo eius diuina dona reciperemus, dedit nobis Deus tantæ capacitatis cor, vt si annis centum millibus viveremus, & gratia diuina quotidie
 in no-

Psal. 62.

in nobis accresceret, possemus magis, ac magis cor dilatare, & ad hanc nunquam adimpleretur, quin imo id quod Sanctus David asserit quondam populo Hebræorum Deum dixisse nobis etiam dicere: scilicet: Dilata ostium & implebo illud. Vendere omnia non significat, necessario cuncta, quæ possidetis vos vendere debere, quasi sine hoc thesaurus obtineri nequeat. Sed significat, quod lege Dei in statera una, & quicquid possidetis in alia statera posita firmissimum propositum habeatis potius rem omnem familiarem, quam possidetis, comburere, quam legis diuinæ vel saltem vnicum præceptum transgredi. Ita, vt cum propheta regio dicere possitis: Dilexi mandata tua super aurum & topazion. Etiam dicere possumus, quod si fructus homo, nec domus, nec vinea, nec corporis adhuc nec animæ sunt proprie dominus dici potest secundum portio-
nem, quæ corpus ipsa informat, quia hæc omnia ab ipso, vel potius illi possunt relictum est, vt solius voluntatis, quæ libera potentia est dominus sit. Hæc eius peculium est, & cui-
cunq; sibi libuerit donare potest: quod si per amorē illam Deo tribuatur, tunc reddit omnia quæ habet propter cælestem thesaurum. Felix qui rem suam ita expendere nouit. Nam sicut ignis temperat, & adurit, ita voluntas nunquam est ociosa, sed temperat amorem. Quod si Deum non diligit mundum debet diligere, deo summopere expedit nobis in diuino amore illam collocare, ne in mundi amore collocetur & pereamus. Et cum hæc sit propria res familiaris hominis peculiariter illam deponit Deus dicens: Fili præbe mihi cor tuum. Non vineam, non domum, aut agrum, non primogenituram, non denique dignitatem à te petit Deus impetans vt hæc dimittas & vt ostiatim Eleemosynam petas. Nam hæc omnia cum benedictione Dei possidere, & illis vti potes. Sed melius, quod in te est à te Deus deponit, voluntatem scilicet.

Prover. 23.

O gloriosa Elisabeth, quæ seruo totam cor tuum cõditori tuo tradidisti. Duæ foeminae sanctissimæ Elisabeth nomine extiterunt. Altera legis antiquæ tempore, quæ filium B. Ioannem Baptistam habuit, altera verò in lege gratiæ quæ loco patris Beatū Ioannē Euangelistā coluit, quæ à primis aetatis suis annis, vt peculiatem patronū, & aduocatam habuit. Et cum D. Ioannes piscator sit e profundo maris mundi huius illam piteatus est vt in fer-

23 ferculo Dei illam poneret. Hanc benedictam foeminam adimple-
 plesse dici potest, quod per Esaiam dixit Deus, scilicet: Recedi-
 te, recedite exite inde, pollutum nolite tangere, exite de medio
 eius, quia è medio Babyloniae fugit. Pauperes sunt in littore Ba-
 byloniae, quae est mundus, & ideo facilius ab eo exire possunt,
 Nobiles & diuites sunt paulò interius. At vero principes & Re-
 ges sunt in medio Babyloniae, & ideo difficilius illum solent re-
 linquere. Hæc tamen sancta & pia foemina cum filia Regis ef-
 fet, in profundo & medio Babyloniae erat, & exinde gloriosus
 Ioannes eius patronus, vt egregius piscator illam eduxit. Et
 cum sit aquila adiuuit eam, atque subleuauit, vt altissime in diui-
 na contemplatione volaret; vbi pretiosissimum thesaurum Ie-
 sum Christum inuenit. A quo hanc vocem audiuisse fertur: Si
 24 vis esse mecum ego ero tecum, quæ à pueritia sua feruentissime
 Deum diligere coepit. Et credite mihi fratres valde necessarium
 esse vt à prima rationis ætate, ita vos viuere incipiatis, (*Que to-
 me luego Dios possession de vosotros.* Vnde in Prouerbijs dicitur: Pro-
 uerbum est: Adolescens iuxta viam suam etiam cum senuerit
 nō recedet ab ea. Et hinc mysterium intelligetis, videlicet, quod
 referens Sanctus Marcus quomodo Christus Redemptor noster
 maledixit ficulneæ, quia ad illam appropians non inuenit fru-
 ctum nisi folia tantum, idem Sanctus Euangelista ait, non enim
 erat tempus ficorum. O iustorum regula, & vere magister Chri-
 ste fili Dei, si nondum tempus fructus est, cur huic arbori sic ma-
 ledicis, quia ficos non habet? Si ficorum tempus esset & illas nō
 haberet non miram si illam malediceres. At cum ipsius fructus
 25 tempus nondum sit, cur hoc facis? In hoc diuina sapientia signi-
 ficauit se velle, vt homines bonorum operum fructum ferant,
 etiam intempestiue, & cum nōdum tempus est reddendi illum.
 Vt cum reddendi illum tempus opportunum fuerit quo illum
 dare tenentur reddere sciant. Maledixit Dominus ficulneæ, cū
 nondum fructus tempus esset, forte quia cognouit tempore fru-
 ctus ficus habituram non esse. In quo significauit plurimum
 oportere ad hoc, vt quis bene operari sciat quando tenetur, in
 pueritia quando nondum obligatione astringitur id opere exe-
 qui incipiat. Et formidandum valde est, quod ille, qui hoc fru-
 ctu caret quando puer, postea quando vir ob induratum cor fac-
 tudinem, & denique quando senex opera fructifera non opera-
 bitur

Esai. 52.

Proue. 22.

Marc. 11.

Ezech. 28. 32

E-34
Simile.

Num. 26.

bitur. Vt ex sacris literis constat saepe Deus populum suum numerare praecepit. In quo eximium amorem, quo illum prosequeretur ostendit. (Veluti qui paucos aureos habet, nunquam illos supputare satiatur) quavis ille, vt rebellis, huic maximo Dei amoris gratiam referre nesciuit. Et est valde notandum, quod in Numeris praecepit Deus hunc populum numerari dicens: Numerate omnem summam filiorum Israel a viginti annis, & supra. De filiis Leui dicit ibi sacer textus: Fuerunt omnes, qui numerati sunt, viginti tria millia ab vno mense, & supra, qui non sunt recensiti inter filios Israel, nec eis cum ceteris data est possessio. Quodnam mysterium est hoc? Vt praeciperet Deus numerari gentem populi a viginti annis, & supra, & solum qui de tribu Leui essent, quia futuri erant ministri Dei ab vno mense, & supra numerarentur? Dico in hoc Deum nobis significare velle, & nos docere discrimen, quod versatur inter seruire mundo, & seruire Deo. Vt homo mundo seruire sciat parum refert, si sero incipiat, cito enim doctus euadet. Caterum, vt Deo seruire cognoscat debet a primæua ætate incipere, & nimiam curam adhibere, quia vult Deus apprimere seruire. Hinc intelligitis, quæ decepti viuatis, qui filios habentes, in palatium illos ducitis, prouidendo illis de magistris, & ducibus, qui seculi vrbantatem eos doceant. A dea vero, quæ ad Dei seruitium attinent dicitis paruulos esse, & quod postquam creuerint id discant. Ne tam immites & crudeles in filios vestros sitis obsecro, siquidem antequam illos gignatis diuitias temporales illis inquiretis, at postquam nati vobis fuerint, & ad rationis usum deuenti curate, vt spirituales diuitias possideant, quibus in æternum beati sint. Hæc sancta Fœmina a prima uæ vitæ suæ ætate tam fixas in virtute radices misit, quod vsque in vitæ suæ metam vberimum bonorum operum fructum reddidit, & sic meritis plena, & gratia insignita meruit de hoc mundo transire ad gloriam. Ad quam nos perducatur Iesus Maria filius. Amen.

In eodem Communi sancta- rum Mulierum, Concio Tertia.

*Simile est regnum cælorum homini negotiatori, quæ-
rit bonas Margaritas, &c. Matth. 13.*



Vòd Christus Dei filius sanctã Ecclesiã spõsam
suã hominì negotiatori, & institori cõparet in-
gentẽ admirationem infert. Quid domine? Non
ne cõgruẽtius hominì ingenuo, à negotijs expe-
dito, à curis & sollicitudinibus alieno illã assimi-
lares? Nunquid (*Tan buen pecho os haçen*) & a deo
grati negotiatores tibi sunt? Quinimo ni fallor, si erga alicui⁹ gẽ-
tis gen⁹ rigidũ, & seuerũ te ostẽdisti, erga eos fuit flagellis è tẽ-
plo illos eijciẽdo & fures illos appellãdo, vt apud Matthæũ ha-
bet. Vbi dicitur: Intrauit Iesus in tẽplũ Dei, & eijciebat oẽs vẽ-
dẽtes & emẽtes in tẽplo, & dixit eis: Scriptũ est: Domus mea do-
mus orationis vocabitur, vos autẽ fecistis illã speluncã latronũ. *Matth. 21.*
Et Oseas propheta de huius cõditionis gente ait. Chanaã, in ma-
nu eius statera dolosa, calũniam dilexit. Per Chanaan non intel-
ligitur hic gẽs illa idololatra, quæ per ingressum filiorũ Israel è
terra promissionis fuit expulsa. Ita quod Chanaã nomẽ sit pro-
priũ: nõ enim est hic p̃priũ sed appellatiuũ significãs mercato-
rẽ. Sicut etiã in illo Prouerbiorũ: Sindonẽ fecit, & vẽdidit, & cin-
gulũ tradidit Chananeo, id est, mercatori. Sic quã plurimi ex pri-
scis, & modernis expositõibus hunc Oseæ locũ elucidãt, quib⁹
etiã & Chaldaica translatio ad stipulatur. Vbi habetur: Ne sitis
sicut mercatores, in quorũ manibus sunt bilãces, dolosæ rapinæ
studentes. Huiusmodi ergo gẽti domine tuã sanctam Ecclesiam
cõparas? Quin etiam Sanctus Dauid ait: Quoniam non cognoui literaturã,
introibo in potentias Dñi, Dñe memorabor iustitię tuę solius. *Psal. 70.*
Vbi alia translatio habet. Quoniam non cognoui negotiationẽ,
introibo in potentias domini. Potentiæ Dei exteriorẽs Angeli & sancti
appellantur, quia sæpe cum illis tanquam
cum

cum instrumentis suam potentiam, & voluntatem exequitur. Et dicuntur exteriores Dei potentiae: nam interiores sunt eius memoria, intellectus, & voluntas. Ait ergo Sanctus David magnam spem se habere in has potentias introeundi, videlicet, inter Angelos & sanctos se fore collocandum, quia cum regni sui statu contentus vivens non cognovit literaturam, id est, emptiones, & venditiones, nec contractus seu negotiationes exercuit. Igitur negotiatorum aliquem esse periculosa res est? Ad hoc respondeo negotiorum genera duplicia esse. Quaedam sunt corporalia, quaedam vero spiritualia: Negotia corporalia solent animae periculosa esse & nociva. Et de his Regius David loquitur. De quibus etiam Ecclesiasticus ait: Difficile exiit negotians a negligentia. Alia negotia sunt spiritualia, & haec bona sunt & necessaria, in quibus optimus quisque Christianus se debet exercere. De his ergo loquitur hic dominus dicens: *Simile est regnum: caeli ut homini negotiatori.* Primum quod Christianus habere debet est, quod sit homo. Scitote dilectissimi ex precibus mundi huius penurias vnam esse videlicet, hominum. De Diogene Cynico legitur aliquando in medio fori se statuisse, & summo voce proclamasse: Heus homines, heus homines. Ad quem cum plurimi homines convenissent, ille dixit: Nō voco vos. Cui cum illi dicerent: Nūquid homines nō vocasti? ille respondit, An ignoratis nō omnes, qui homines appellantur homines esse? Et verum quippe dixit. Idem philosophus, cum aliquando lucernam accensam gestans ambularet in foro clarissima luce quasi aliquid quaerens rogantibus, quid ageret, hominem, inquit, quero. Cui illi eum dicerent: Ecce quā plurimi homines praetererunt ille respondit: Tam vi deo haec animalia, ceterum ego non reputo hominem esse praeter illum, qui secundum regulam rectae rationis vivit. Hi verò tam pauci sunt, quod in foro non inveniuntur, vnde oportet eos eum lucerna inquirere per angulos. Hoc Sanctus Hieronimus melius cognovit cum dixit: Aspexi terram, & ecce vacua erat, & nihil intuitus sum & non erat homo. Quid sancte propheta terram vacuum dicitis? Nonne fluminibus, plantis, animalibus, quam plurimis denique aedificijs abundat, quomodo ergo asseris, vacua erat & nihil? Quando theca panem, indumentis, aut aliquid huiusmodi in se non continet dici solet, haec theca vacua est. Cur vacuum esse dicitis? An ignoras aere plenam esse, cum non desit vacuum in natura? Verum est (dices)

Eccle. 26.

Diog. Cyni.
v. 1. 1. 1.

Hiere. 4.

Simile.

7 cæterum, quia non continet in se illud, propter quod fabricata fuit, vacua esse dicitur. Itaque vacuum dicitur illud, quod sine caret, propter quem id factum est. Vnde quia terra facta fuit, ut iusti, & serui Dei eam colerent, & iusti in ea non erant, dicit sanctus Propheta: Aspexi terram, & ecce vacua erat, & nihili, intuitus sum. Quasi diceret, aperui oculos, & consideravi, & iustos in terra non vidi. Vnde exponens se addit: Intuitus sum, & non erat homo. Quid? nonne quo tempore sanctus Propheta hoc dicebat: In numeri homines in mundo erant? Dico illum homines iustos appellare, qui secundum rectam rationem viuunt, nec a suis proprijs passionibus duci patiuntur. Vnde Sapiens ait: Deum time, & mandata eius serua, hoc est omnis homo. Vt secundum translationem Septuaginta interpretum: In hoc consistit omnis homo.

8 Et qui hoc caret, immerito homo appellatur. Contingit in scena aliquem pastoris personam agere, rustico habitu indutus, horrido capillo, cum baculo in manu & pera post tergum, & crassa Minerua loquendo: accede, & dicit illi: Frater, si quidem pastoris habitum portas, nunquid quomodo agni pascendi, & qualiter ouium scabies sit expurganda nouisti? Respondebit ille, Domine, ego verus pastor non sum, sed eius personam habitu mentito ago. Ita quam plurimi sunt, qui nomen, & personam hominis præ se ferunt, & à planta pedis vsq; ad verticem, homines apparent, in vultu, in sermone, in ingressu, &c. At verò si illos interroges, vtrum proximorum compati sciant, num secundum propriam rationem viuere, num per legem diuinam gubernare se norint: hi, si verum fateri velint, ingenuè dicent, & fatebuntur se nescire, quid est compati, siue duci ratione, aut diuinæ legis obseruantiæ magis, quam si bruta animantia essent. O miseræ creaturæ, quæ sic vestrammet naturam contumelia afficitis, & cum rationales sitis, yt bruta animantia, quæ proprijs appetitibus ducuntur, viuitis. Ante quam primus homo peccaret, non legimus aliud ei nomen inditum fuisse, nisi hoc tantum nomē homo. Nusquam facer textus illum carnem appellat, nec etiam de corpore eius sermonem faciens carnem illud vocat, sed hominem, vt patet in Genesi, vbi dicitur: Formauit Dominus Deus hominem de limo terre, & hoc nomine illum appellabat, quia priusquam peccaret ratione agebatur. Cæterum post peccatum idem Dominus illum carnem appellat, dicens: Non permanebit spiritus

Eccle. vlt.

Simile.

Gene. 2.

Gene. 6.

Sanct. ij. pars.

d d

meus

meus in homine in æternū, quia caro est. Huius ratio est, quia ¹⁰ sicut domus denominationem accipit ab eo, qui plus in ea imperat, sic quoniam ante peccatum ratio in homine imperabat dicebatur homo, id est, res quæ ratione ducitur. At vero post peccatum, quia caro imperat, & spiritus illi obtemperat caro appellatur. Hinc Sāctus David de hac misera creatura sermonem faciēs ait: Omnis homo mendax. Quare ò sancte Propheta mendacem illū appellas? An quia plura mendacia dicit? Satis superque satis mentitur: cæterū nō tantū de oris mendacio loquor, sed etiā de mendacio operis. Omnis homo mendax, inquā, quia non est conformis prototypo, & imagini, ad cuius similitudinem formatus fuit. Fecit enim Deus illum ad imaginem & similitudinem suam. At si eius dicta, facta & negotia consideretis, tam abominabilis vobis apparebit, quòd obstupefacti dicetis: Hæc cinea ¹¹ Dei imago est? Voco ego illam diaboli imaginem. Non est secundum eius exemplar, qui illam formavit. Nimis à Deo dissidet, nimis infecta, & labefactata est peccatis. Hoc est illud: Omnis homo mendax. Nolo inquam dicere hominem Dei imaginē propter peccatum deperdere. Veruntamen tam fœdata manet, quod idem Dominus ait: Nescio vos. Ideo sanctus Hieremias dicit: Intuitus sum, & non erathomo. Nam, vt diximus hominē esse in hoc sensu est, iustum esse. Vnde per Ezechielem dixit Deus: Vos greges mei, greges pascuę meę homines estis, & ego Dominus Deus vester. Hoc est, vos, qui tanquā oues meę diuinis verbis meis pascimini, & vt pastorem me agnoscitis & me sequimini, voci ac præceptis meis obtemperando homines estis: quia illi, qui hoc non faciunt iure homines dici non debent, sed ¹² bestia. Ecce quid per hæc verba significetur.

Simile est regnum cælorum homini. Et sequitur, *Negociatori.* Negociator, id est, negans otium. Huiusmodi Christianum quēlibet esse oportet. Cuncta quæ Deus cōdidit, proprias habet operationes ergo indecens est, vt solus homo otiosus sit, quinimo inter ea, quæ subterfugere debet, vnum est otiositas. Ob duplicem enim rationem omnibus odio habenda est, & quia omnium malorum origo est, tum vero quia omni bono ianuam claudit. Nam cum nulla sit virtus, quæ labore non comparetur, proinde, q̄ homo omnē laborem exosum habet generali instrumēto caret, cum quo omnes virtutes obtinentur. Quis ergo summo odio

- 13 odio non prosequetur otium, cum hæc duo tam ingentia mala secum afferat? Dicite, quæ maior calamitas alicui vrbi contingere posset, si duas portas habens, alteram, per quã omnia pariter bona sibi intrarent, alteram verò, per quam omnia mala ingrederentur, bonorum porta semper obserata esset, malorum vero semper pateret? Quid damnatorũ calamitati, & miseriæ similis posset excogitari, quibus ianua patet, per quã omnia mala sibi intrant, & clausam habent, ne aliquod vnquam bonum ad se possit ingredi? Huiusmodi ergo hominis otiosi anima est, quæ ad omnia mala ianuam patulam habet, ad bona vero clausam. Quis ergo dilectissimi hæc audiens rem tam perniciosam à se repellere non studet, & cū summa diligentia rem salutis suæ agere? Prouerbiū vulgare est, omnia cum tempore pertransire: quod
- 14 autem res corporeæ sic pertransiant nihil mirum, cum corporeæ sint. Caterum, si spiritualis profectus cum tempore transit hoc profecto ingens malum est. Quia res corporeæ quamuis amittantur recuperandæ sunt, quando cœlo & terra purificatis corpora nostra reformata apparebunt. Itaque quanuis modo ætate ipsa vites corporeas, & pulchritudinem vultus amittas, & oculorum lumine priueris, & dentes tibi cadant, tunc perfectiora illa recipies. At verò si tempore elabente spiritualis profectus simul pertransit, irrecuperabilis est. Quod si dicas, ad hoc diuinam prouidentiam diem post diem fecisse, inuitans nos, vt quod hodie non fecimus cras operemur, ad hoc tibi respondeo, verum esse nos posse hodie operari, quod heri non fecimus. At vero hodie recuperare non possumus quod
- 15 heri amissimus absq; eo, quod de nouo aliquid perdamus. Nam faciendo hodie quod heri à nobis faciendum erat, quod hodie eramus facturi, amissimus, nam peculiarem fructum quotidie reddere debemus. Ideò per Ecclesiasten Spiritus sanctus nos admonet dicens: Quodcunque potest facere manus tua instanter operare. Duo asserit. Primum, vt quicquid potes opereris. Alterum verò vt sit instanter. Et idem Spiritus sanctus hanc diligentiam laudans alibi dicit: Vidisti virum velocem in opere suo, coram regibus stabit, neque erit ante ignobiles. Quasi dicat: Quemadmodum diligentia, arte & negotijs corporalibus impetrant homines gratiam apud Reges, & sibi familiares sunt, & plurimum ab eis æstimantur, vnde dedignatur

Simile.

Ecc. 9.

Pro. 22.

cum gente vili & abiecta conuersari: sic vir in virtute diligens, & studiosus coram diuini Regis conspectum agnam acceptationem comparabit, primasque tenebit, & ideo demoniorum societatem & consortium fugiet. Et siquidem Christianus homini negotiatori similis est, oportet, vt res estimare sciat secundum earum pretium & valorem: aliter enim res viles plurimi pendet, & e contra res pretiosas vilipendet. O gloriose Apostole Paule, benedicta sit altissima Dei maiestas, qui te sic illuminauit, & docuit, vt vilitatem mundi rerum agnosceres: & quam indigna res est, vt tanto laborum pretio emantur, quanto mundani eas comparate solent, siquidem tam ex animo dixisti: Omnia arbitratus sum, vt stercorea. Sicut, qui sterquilinum intuetur, in quo excrementa, & sordes quam plurimæ congestæ sunt, claudit oculos, & nares, & citò pertransire festinat, ne tam turpe spectaculum cernat, quod ingentem foetorem ex se emittit, & ad nauseam eius aspectus intuentem prouocat: ita diuinus Apostolus ait, mundi res sterquilinum foetidum, & abominabile sibi videri, & ne illas intueretur, seu odoraretur, fugam parare studebat. O quam stupidi negotiatores peccatores sunt: siquidem tanto sudore, labore, & angustia mundi huius stercorea emunt, quibus laboribus, & adhuc minoribus diuinæ gratiæ thesaurum comparare possent. De qua Sapiens ait: Omne aurum in comparatione illius arena est exigua. Iure optimo profectò, aurum, & reliqua temporalia arena dicuntur, quæ grauis nimis est, & parum valet, nec fructum reddit. O quam ingens pondus reges cum regnis suis, & principes, diuitesque seculi cum suis honoribus, & pecunijs sustinent. Quod si propter has nãnias diuinam gratiam amiserint, quam illi in inferno inuenientur? Vtique plane etsi sero tunc conspicient, quomodo omnia sunt arena arida grauis, & sine fructu, & dicent, quod alij ibi iacentes proclamant: Quid nobis profuit superbia, aut diuitiarum iactantia quid contulit nobis? Ergo dilectissimi, oculos vestros aperite, ne sitis tam stupidi negotiatores, pro tam sublimi pretio rem adeò vilem, infrugiferam, & onerosam, quæ animam deprimit ne ematis, & quæ occasionem præbet, vt eius relictio amittatur, in æternumque pereat. Attendite, quid vobis sanctus Isaias dicat: Quare appendistis argentum non in panibus, & laborem vestrum non in saturitate? O infani, qui cum tanta afflictione & angustia famem æternam emitis. O vos miseros,

Philip. 3.
Simile.

Sap. 7.

Sap. 5.

Isai. 55.

19 **S**erōs, qui res vanas huius sæculi tãti appēditis, & pro bonis eter-
 nis, si quid à vobis postulatur, difficillime donatis. Hoc Diuus **D. Chryso-**
 Chrysoſtomus admiratur, dicens: Si quidam lapidarius quosdã **Simile.**
 pretiosos, quosdam vero pseudolapides tibi venderet, & pretio-
 sos fallorum pretio tibi appenderet, nonne magno beneficio in
 hoc te donaret? Nonne gauderes pro pretiosis tantum, ac profal-
 sis lapidibus soluere? id que si acceptare nolles, nonne vt ingens
 amentia tibi imputaretur? Maximè. Quid ergo à te deposcit
 Deus, nisi tantum, vt diligentiam & studium, quod adhibes, vt
 bona terrea obtineas, id ipsum adhibeas, vt cœlestia bona cõpa-
 res, quæ sic absq̃ue dubio impetrabis? Hoc sanctus Isaias insinua-
 uithis verbis: Cõuertimini, sicut in profundum recesseratis filij **Esai. 31.**
 Israel. Hoc est eodem met affectu, quo fallaces sæculi huius vni-
 20 **S**obras quæ fuisistis, quærite lapidem pretiosum, qui sum ego, & la-
 bores, quos patiebamini, vt bona illa caduca impetraretis pro-
 pter me sufferte, & inuenietis me. Tu autem ò miser hoc facere
 respuis: meritò ergo insanum te prædicamus. Ecce damnũ, quod
 homini prouenit ex eo, quod ignorat, vt optimus negociator ap-
 pendere & estimare res secundum proprium valorem. Alterum
 damnum est, quòd res pretiosas vili pretio vendit. Rem, quam
 plus in promptu habet ad vendendum, propria anima est. Vix
 delectatio, honoris respectus, aut quælibet mundi nãnia incipit
 apparere, quin venalem illam promat. Quò mentem habes, o te
 infœlicem, quando talia agis? Quid? cum hac merce tam pretio-
 sa nõ te geris, sicut rusticus cum venali lignorum strue se habet?
 Quam si quis emit, & per viam incedenti alter occurrit, vt eam **Simile.**
 21 **E**mat, ille respondet, (*Señor vendida va*) mihi parce, quia illam vē-
 dere nequeo. Hoc duntaxat frater cum anima tua nõ facies? Cur
 dæmoni, aut mũdo tibi occurrenti, vt animam tuam pro aliqua
 voluptate, aut lucro emat non dices: Parce munde, parce dæ-
 mon, quia Dominus meus Iesus Christus inæstimabili pretio
 videlicet, eius sanguine pretiosissimo eam emit? Sic Diuus Pe-
 trus in sua Canonica ait: Scientes, quòd non corruptibilibus au-
 ro, vel argento redempti estis, sed pretioso sanguine, quasi agni **1. Petr. 1.**
 immaculati Iesu Christi. Etiã hominem negotiatorẽ scire oportet
 quòd sicut in mundi cõtractibus plurimũ lucri comparatur,
 (*Vendiendo al fiado*) quam statim soluẽdo, sic in negotijs spiritua-
 libus plurimum lucri fit, (*Vendiendo al fiado.*) Ideo frater, noli in

D. Aug.
Hebr. 10.

hac vita retributionē accipere pro seruitijs Dei amore exhibitis
sed potius cū Beato Augustino proclama: Domine hic vire, hic
seca, vt in æternum parcas. Hoc Diuus Paulus docet cū ait: Pa-
tientia vobis necessaria est, adhuc enim modicum aliquātulum
qui venturus est veniet, & non tardabit. Iustus autem ex fide vi-
uit. Hoc est iustus in hac vita retributione temporali à Deo sibi
exhibenda nō vivit sed spe alitur. Nōnulli mercatores sunt, qui
bus quia modicus census est, id est, (poco caudal) negotiantur, & vē-
dunt (a negocio pagar.) Alij sunt ditissimi, & hi omnia in diem ven-
dunt, id est, (todo lo fian.) Similiter in sancta ecclesia nonnullos ho-
mines videas tam modici pensus, & ita virtute vacuos, qui nisi
mercede soluta nihil omnino faciunt. Et hoc forte nonnullis ec-
clesiasticis, contingit qui nec concionari, seu sacramenta admini-
strare volūt, nisi mercede proposita. Alios Dei seruos virtute di-
uites cernas, qui omnia in diem vendunt, vel saltem finem præci-
pium in lucro, & præmio huius vitæ nullatenus constituunt. In
1. Pet. 3. vbi nos legimus, vt nos offerret Deo mortificatos qui-
dē carne, viuificatos autem spiritu, alia translatio habet: Vt nos
offerret Deo (scilicet Christus) mortificatus autem carne viuifi-
catus autem spiritu. Huius conditionis sacrificia nostra debēt es-
se, nē pe cordis mortificatione oblata, ab omni cupiditate aliena
& spiritus viuacitate. Hoc est feruore maximo facta ab omni va-
nitatis seu lucri scoria purificata.

Simile.

1. Petr. 3.

Psal. 76.

Dicit præterea: *Quæriti bonas Margaritas.* Nō solum quemlibet
Dei seruū fidelē, hominē, atq; negotiatorē esse oportet, sed etiā
bonas Margaritas cōtinuō debet inquirere, quousq; vnā pretio-
sam inueniat. Et modum quo quæri debeat Rēgius David insi-
nuat dicens: Deum exquisiui manibus meis nocte. Hæ duæ ma-
nus sunt intellectus, & voluntas. Intellectu debet se homo exer-
cere in contemplatione excelsorū Dei attributorum, vt pote sa-
piētīe, bonitatis, pulchritudinis infinite, &c. Volūtate verò hūc
Deū amādo. Et est valde notandū S. Prophetā nō dicere: Deū
exquisiui manu mea, sed, manibus meis, quia nō fat est eius per-
fectiones contēplando, illū intellectu quærerere si postea volūtati
locus non conceditur, vt illū diligat. Ius est, vt publicano, id est,
(ab porta (guero) portoriū soluatur de cōmeatib⁹, & obsonijs, id est
(de las prouisiones) quæ pec ciuitatis ostia portantur. At verò si ipse
portorius omnē cōmeatū sibi vfurparet, & nihil ad forū perue-
nire

Simile.

25 nire concederet planū est, q̄ omnes vrbis cives fame perirent. Intellectus animæ nostræ ostium est, per quod diuinorum mysteriorū notitia ingreditur, quæ animæ cibus sunt. Quapropter si ratio quæ portorius est quicquid per intellectum ingreditur sibi usurpat, qualis voluntas manebit, nisi ieiuna, debilis, & vacua? Ergo necessarium est, vt volūtati locum cōcedat, ad hoc, vt mysteria, quæ ille præmeditatus est & cognouit ipsa diligat, amplectatur, & cū eis reficiatur: alioquin fame peribit. Et ideò S. Prophetā inquit: Deū exquisiui manibus meis? Et addidit, Noctē. In quo significatur ad hoc spirituale negotiū itā seruos Dei oportere sensus habere obseratos, præcipue visum, vt pene nō videāt magis, quā si noctu esset. Qui pisces stagni sui ne pereāt vult, curam adhibet, vt omnes canales, per quos aqua defluere posset
 26 obstruantur. Sic animæ nostræ, quæ tanquam stagnum est, quo sanctæ cogitationes, & pia desideria velut pisces enatare debent sensus obstruere oportet, ne virtutis & gratiæ aqua dilabatur, in qua hi pisces conseruātur. Sed tamē, vt ipsis cōseruatis gratia ad augeatur, qua gloria obtinetur. Ad quam nos perducatur Iesus Mariæ filius. Amen.

Simile

In eodem Communi sanctarum Mulierum Concio Quarta.

Simile est Regnum cælorum thesauro abscondito in agro &c. Matth. 13.



Thesaurō, & gemmæ in hodierno sacro Euangelio Dominus se comparat, quæ homines auide eximiaque cura atque diligentia inquirunt, licet inter cœlestem & terrenum thesaurum plurimum intersit vt ab omnibus theologis comprobatur. Quod etiam ex verbis Philosophi. 1. libr. Posteriorum colligitur dicentis: Omne, quod est per essentiā, maius est & perfectius omni eo, quod est per participationem. Sol nanque, stellæ atq; luna claritatem habent: sed quæro, quis eorum maiori pollet? Respondebis, Sol. Quæ igitur de causa? Quia solis claritas sibi met

In. 4. d. 49.
 & Scot. in
 1. d. 1.

tialis est, claritas verò, qua stellæ & luna lucent, ex solis participatione eis prouenit. Etiam mel per se dulce est, dulcedo enim eius sibi essentialis est, ideò que, aquæ melle mixtæ dulcedinem excellit, quia eius dulcedinem illi cõmunicat. Huiusmodi seculi bona sunt, quorum claritas, dulcedo, & denique omnis perfectio non ex se, sed ex summi boni Dei Opt. Max. participatione dimanat. Ideò que Deus essentialis verusque thesaurus est, qui solus animam ditare, satiare que valet. Bona tamen corporalia, quæ exigua sunt corpori, non verò animæ competunt. Nam, vt idem Philosophus affirmat: A proprio obiecto potentia simpliciter recipiunt suam perfectionem. Potentia visua non suauis concentu, sed specioso colore gaudet. Auditus è contra non pulchro colore, sed sonora voce delectatur. Si enim oculis omnes mundi suauis concentus, & musicas obijcias, minimè eis satisfacies: ipsi nanque dulces musicæ harmonias (quod quidem est aurium) non vident. Dic ergo, mundus, & quæ in se continet, sunt ne animæ nostræ obiectum? Minimè quidem. Sed plus aberraret qui animam hoc mundo gaudere, illiusque gustu delectari assereret, quàm qui oculos suauis concentu refici diceret. Ex hoc infertur, quàm ingens fatuitas eorum sit, qui tanta cura & sollicitudine huius seculi bona, & thesaurum inquirunt, & erga res spirituales inquirendas, vt potè ipsum Deum, qui vera satietas & salus est tam tepide se gerunt. Si quidam pictor imaginem depingens oculos imperfectos relinqueret, dato, illa imago suum defectum sentiret, quid faceret? quo se conferret? Nunquid regias domos, quæ thesauris abundant, peteret? Minimè gentium: quia principes ipsi quatenus diuites eius desiderio satisfacere nequeunt. Sed potiùs in domum & officinam proprii artificis se conferret, ab eo que summis precibus contenderet vt eam perficeret. O ergo rationalis creatura, à quo, dicito mihi, esse quod habes accepisti? Nescis imaginem per manus Dei te esse depictam? An ignoras te imperfectam esse, & plurimum tibi deesse, vt perfectionis tuæ fastigium pertingas? Hoc verè appetitus tuus præ se fert, atque manifestat, qui nunquam satiatur, nec contentus viuit, imò semper anhelat, & plura appetendo suspirat. Disposuit enim diuina prouidentia, vt ipsa met necessitas per eius ianuas te introduceret, & ad illum ire compelleret, & ideò noluit te ab initio ditare. Non quia par-

cus,

*Arist. 2. de
Anima. 7.
20. Ethic.*

Simile.

5 **cus**, sed quod amoris tui auidus est: non, vt pauper esses, sed, vt te humiliaret, non, vt egenus esses, sed, vt te secum haberet. Ergo, o homo si pauper, si cæcus, & denique egenus es, cur te non confers ad artificem, qui te depingere cœpit, vt quod tibi deest perficiat? Ita Regius David faciebat, cum diceret: *Manus tuæ fecerunt me, & plasmauerunt me, da mihi intellectum, vt discam mandata tua.* Quasi diceret: Fateor Domine manus tuas me totum in circuitu fecisse: cæterum hoc opus nondum perfectum est: quia animæ meæ oculi inter alia imperfecti sunt, vt sciam, quid me facere oporteat lumine careo. Vt tibi Domine seruire sciam illud mihi tribue. Et sicut huic Domino stat vltimam perfectionem intellectui donare, eodem modo voluntatem, & reliquas potentias perficere. Ecce frater, quantum

6 te oporteat illum inquirere, quia dato ab eius diuina & magnifica manu plurima dona recepisses, adhuc multo maiora recipere potes. In Prouerbijs dicitur: Est quasi diues cum nihil habeat, & est quasi pauper, cum in multis diuitijs sit. Hoc est vnum discrimen inter alia, quæ inter iustum, & peccatorem versantur, videlicet, quod iustus etsi diuitijs spiritualibus sit plenus, semper tamen pauper sibi videtur. Et vt mendicus diuino conspectui se se offert, quasi micæ deposcens, quæ ab splendida Dei mensa cadunt. Peccator verò, cum re vera egenus sit paupertatem suam non considerans, remedium sibi non inquit. Notandum est valdè, quod duabus primis parabolis thesauro, & gemmæ cõparans se Dñs, de thesauro inquit, illũ quendã hominem inuenisse: & nõ dicit prius eũ quæsiuisse. De gemma verò ait, eam hominẽ quæsiuisse, & inuenisse. In quo hic cœlestis Dñs significauit à multis se inueniri absque eo quod inquiratur imò ipsum eos quærere, & ab alijs inueniri, quia illum quærũt. Iter agente Diuo Paulo, vt Iesum Christum in suis persequeretur, absque eo quod illum quæreret, è cœlo Christus descendit, illumque inuenit, atque ad se conuertit. Latro etiam Christum in cruce inuenit, & paradisum lucratus est absque eo, quod illum quæreret. Et Samaritana etiam præter opinionem Messiam inuenit, qui illam illuminauit, atque conuertit. Alij verò ipsum Christum inueniunt quia quærunt, quem admodum Magi: quem quia summa cum diligentia quæserunt in Bethlehemitico præsepio inuenerunt. Et Beata Mag-

Psal. 118.

Prouer. 13.

Ecol. 33.

Galena, quia summo studio illum quaesuit, in domo Simonis Leprosi inuenit, ubi peccatorum veniam obtinuit. Hoc nobilibus maximum quidem solatium est. Nam cum salus nostra praecipue a diuina voluntate dependeat. (Vnde Diuus Paulus referens illa Moysi verba, scilicet: Miserebor cui misertus sum, & misericordiam praestabo cui miserebor, addidit, dicens: Igitur non volētis, nec currentis, sed miserentis est Dei,) posset quis anzi, dicens: Quis scit, an fors illa foelix super se cadet, videlicet, & Deus eius perquam suauis misericordia illum protegat? Ne quis simili praemeditatione animi deliquitum patiat, sit omnibus notum, duplicem viam seu aditum ad misericordiam Dei patere, alterum solius gratiae & misericordiae diuinæ, alterum verò gratiae Dei, & per optimam hominis industriam atq; diligentiam. Quod si tu frater, ex illis non es, quibus absque proprio labore, & industria gratia diuina aduenit: alia tamen tibi rellat via, scilicet, vt studio & diligentia illam quaeras, vt inuenias, & studeas similis esse homini negotiatori, quaerenti bonas Margaritas. Scito frater, quòd quamuis vterque, videlicet, tã Deus, quam tu, salutem tuam operaturi essis, & praecipue erga ipsam Deus operetur, cæterum tantam curam & studium adhibere debes, vt illam consequaris, ac si praeter alicuius adiutorium eam impetraturus esses. In Iosue habetur, muros Hierico suprema Dei potentia corruisse, & nihilominus praecipit Deus Iosue, vt septies cum militibus suis circuiret ciuitatem, & vt sacerdotes clangerent buccinis, & tunc muri corruerunt. Itaque nec militum clamoribus, nec vrbis lustratione muri ceciderunt, sed solius Dei virtute. At verò hoc medio, & diligentia illos solaequare disposuit. Quondam Gedeoni Deus praecipit, vt milites formidolosos, & timidos ab exercitu segregaret, eligeretque viros fortes, & bellatores, & qui ad aquas ducti non proni, sicut canes aquam lamberent, sed genu flexo biberent. Post hanc vero experientiam non hastas illi fregerunt, non gladios euaginauerunt, aut armis luserunt, sed hostes Deus perterrit, suisque victoriam dedit. In Genesi habetur Iacob Patriarchæ tot Angelorum obuiam fuisse, quòd illis visis dixit. Castra Dei sunt hæc. Et quanuis omnes superueniebant, vt illum custodirent ille nihilominus festinabat populum ordinare, & muneribus fratrem Esau praenuebat, Deumque summis precibus exorabat, vt ab eius fratre

Ios. 6.

Ios. 7.

Gene. 32.

fratre eum eriperet, ac si studium illud præcipuum medium foret, vt ab illo saluaretur. Quid amplius, quæso sanctus Patriarcha faceret, si nõ ad eius præsidium Angeli aduentarent? His, & similibus euentibus, quos sacra Scriptura commemorat, nobis significatur, quòd quamuis salutis nostræ Deus præcipuus autor sit, & qui gratiam animæ infundendo eam iustificat, attamen vult, vt omnem diligentiam homo adhibeat, ac si solus homo ipse propriæ salutis autor esset. Propterea diuinus magister regnum cœlorum homini negotiatori comparat, qui ab emporio in emporium quærens bonas margaritas migrat, quia optimus quisque fidelis à ieiunio, in ieiunium, à valetudinario, in valetudinarium, à carcere in carcerem, ab egeno in egenum, & à sancto exercitio in sanctum exercitium migrare debet, tanto feruore, & spiritu, ac si per illud duntaxat saluandus esset. Etiam erga humana negotia tâta rectitudine, & puritate se gerere debet, vt nihil præter ipsum Deum in illis quærare videatur. Cum Ietro sacerdos Madian veniret, vt viseret Moysen, videns vniuersum populum ad illum conuenire, huius causam scire exoptans, sanctus Moyses dixit: Venit ad me populus quærens sententiam Dei. Et alius interpretes hic transtulit: Venit ad me populus ad quærendum Dominum. Quia, etsi vt causas agerent properabant, ita tamen res suas agebant, vt in illis Deum quærerent. Quanta ergo maiori obligatione Christianus ad hoc faciendum adstringitur, qui cœlesti doctrina edotus est?

Exod. 18.

Præterea, sicut diues mercator quædam frustra & indicia panis non melioris ad ostium ponit, vt signum sit quod mercator est: intus verò exactas, atque pretiosas merces custoditas habet: sic Christianus tenetur facere opera exteriora exhibendo, vt Christianus esse dignoscatur. Ad hæc tamen studere debet in interiori animæ suæ receptaculo alia exactiora opera, & virtutes reconditas habere, quam quæ exterius exhibet. Ita vt de eo possit affirmari quod in Canticis sponsus de dilecta ait, scilicet: Quam pulchra es amica mea, quam pulchra es absque eo quod intrinsecus latet. Hic est mundus quæ prudentissimus quisque negotiator obseruare debet, vt in humilitate conseruetur. Nam hypocrita similis est vilium mercium institori, quæ dicimus (*Bahouero*) qui omnem mercem in propatulo affert.

Simile.

Cant. 4.

affert: Thesauro & margarita (quæ idem significant) inuentis. 34.

Dicit præterea, Quod vendidit vniversa, quæ habuit, & emit agrum illum. Si pauper, & egenus dicat: Quo pater regnum cælorum emam, qui nihil hic possideo? Ad hoc respondeo, quod præcipiens Deus in lege veteri, vt dona in sanctuario sibi offerrentur inter alia pretiosa, quæ ibi sanctos Moyses eius nomine assignauit, vt potè aurum, & argētum, hyacinthum, & purpuram, etiā pilos caprarum enumerabit, ad significandum ipsum ab homine non petere plus quàm possideat. O benedictus, & glorificatus sit talis Deus. Ingentes gratias dilectissimi eius diuinæ celsitudini agite, qui tam paruo munere gaudet. Nam si aurum, vel argentum vobis deest, vt pro æterna vita illi offeratis, bonis dumtaxat desiderijs, atque pijs cogitationibus per caprarum pilos significatis satisfactus manet. Quamuis etiā dicere possumus his verbis: *Omnia quæ habet*, alia intelligi, quæ miserimi hominis propria sunt his bonis temporalibus: nam hæc bona propriè sua non dicuntur. Si cui diuersorium aliquod intranti cum vasis & patinis argenteis sibi ministraretur, qui postea è mensa surgens in sinu vasa illa reponderet, volens secum asportare, vtique caupo diceret, hic homo delirat. Illique diceret: Nonne cernis hæc vasa tibi apposita esse dumtaxat, vt in mensa illis vtereris? nunquid tua non esse ignoras? Vel inuitus hic ea relinques: nam ad seruitium viatorum parata illa habeo. Huiuscemodi sunt omnia, quæ homines in hac vita possident: siquidem peregrini & viatores sunt. Vnde Diuus Paulus ait: Non habemus hic ciuitatem permanentem, sed futuram inquirimus. Et cum in humanæ vitæ diuersorium se recipit homo, mundus, 16 qui est caupo ei ministrat vineam, domum, & agrum. Ingens profectò hominis amentia esset, si diceret: Volo ex diuersorio hoc ista mecum portare. O amentis, an ignoras ad seruitiū & ministerium viatorum hæc omnia cauponem habere, & cum eadem ipsa domo, & vinea, atque agro, auo, atque parentibus suis satisfecisse, & tibi, filijs atque nepotibus tuis satisfactoriū? Ergo hæc propria hominis dici nequeunt. Quod igitur peculiū vendet homo ad hunc thesaurū atq; margaritā comparandā? Dico rē quandā tā propriā nos habere, vt neq; ipse Deus particeps ei⁹ sit, nempè peccata. Quia, vt Dñs ait: De corde exeūt cogitationes malæ, homicidia, adulteria, fornicationes, furta

falsa

Exod. 35.

Simile.

Hebr. 11.

Matth. 15.

27 falsa testimonia. Quis ergo tam vilem mercem emet? Si quodam
 nundinarum die in medio fori aliquis se collocaret & mensam
 cum torali seu mappa sterneret stateram in manu habēs, & que-
 situs quid cum tanto apparatu venale haberet, responderet: Pec-
 cata venalia habeo, nunquid aliquis esset, qui, vt talem mercem
 emeret crumenzæ manum admoueret? Auertat à nobis Deus tā
 diram mercem. O Patris misericordiarum ineffabilem clemen-
 tiam, ipse enim est, qui tam horrēdas merces à peccatore emit.
 Habet in sancta Ecclesia Deus ministros, & exercitores suos, vi-
 delicet, confessores, ad quos peccatores properantes, per veram
 confessionem, & reliqua necessaria, eis peccatorum remissio cō-
 ceditur, & lapidem pretiosum, quī est Deus, eiusque gratia cō-
 parāt. Agite ergo dilectissimi dum tempus suppetit ad hęc di-
 28 uina Telonia cum ipsa pestifera merce properate, & hoc tā sin-
 gulari, & admodum vobis necessario beneficio vtimini. Etiam
 dici potest, & iure optimo illū, qui verus negociator est, & cun-
 cta, quæ habet, vendit, omni cura studere, non solum à se expel-
 lere grauia peccata, sed etiam omnes, vel leuissimas imperfectio-
 nes. Plutarchus in libello, quem scripsit ad dignoscendum pro-
 fectum in virtute, vltimum signum, quod ponit est, quod vir stu-
 diosus nullam culpam exiguam esse reputat: nam studet in om-
 nibus perfectissimum se exhibere. Ad hoc autem appositisimā
 similitudinem affert, dicens: Velut qui in agro parietem ex-
 truit, vt prædium sapiat, quācunq̃ue materiam absque delectu
 congerit, nec lapides perpolire studet, quòd si aliquem casu per-
 politum offendit inter alios informes cum lutea materia miscet
 29 & interferit, quia non amplius studet quam vallare, & obstrue-
 re, Ceterum qui eximium ædificium extruere intendit, vel lapi-
 des etiam fundamentales, vt sint exquisiti curat, & ne vngue qui-
 dem transuerso à regula & perpendicularo deuiant, & etiam vt la-
 pides superioris ædificij perpoliti sint. O quot Christiani sunt,
 quorum vita est similis parieti rudi & illaborato, qui miscent sa-
 cra profanis, pia opera cum mille imperfectiōibus, legem Dei
 cum suis ambitibus, & secularibus curis, preces cū auimi distra-
 ctione, sacro & profano mixtum parietem extruuntur: quia am-
 plius non intendunt, quam vallare & obstruere, & Christiani vi-
 deri. At verò iusti, qui superna spe alantur, & cœlestē fabricam
 virtutum extruere nituntur, omnia perpolita, & speciosa habere,
 student

Simile.

*Plutar. lib.
 de profect.
 virt.*

Simile.

student, & leuissimos etiam defectus à se remouere contendunt. 20
Et hoc est, vendere vniuersa, quæ habent, dummodo cum pretiosa Margarita maneant. His duabus parabolis præmissis addidit Dominus tertiam nimis terrificam dicens.

Iterum, *Simile est regnum cælorum sagenna missa in mare, &c. vsq; ibi: Erit fletus & stridor dentium.* Ex hac parabola fit manifestum quantum salutem nostram sitiât Deus, qui (vt aiunt) nullū nō lapidem mouet, id est, omne mediū intentat, vt nos ad se trahat. In duabus siquidem prioribus parabolis amore tanti boni nos ducere conatur. Et quia multi timore plus mouentur, ideo hæc horrenda inferni supplicia ob oculos ponit, vbi in æternum peccatores punientur, qui hic Deum inquirere noluerunt. De quibus Regius David ait: Introibunt in inferiora terræ, tradentur in manus gladij, partes vulpium erūt. Id est, quia nō se disposuerunt, vt Deum tãquam proprium, & verum thesaurum possiderent, ab infernalibus vulpibus possidebuntur. Et quia hæc valde necessaria omnibus erant, illos interrogauit Dominus: *Intellexistis hæc omnia? dicunt ei, etiam.* Vtinam sic à nobis intelligantur. Et concludit statim, dicens: *Ideo omnis Scriba doctus in regno cælo: nō similis est homini patri familias, qui profert de thesauro suo noua & vetera.* Hoc est: siquidem tale præmium bonis, & tale supplicium malis paratū est, Scriba doctus, hoc est, peritus cuius munus est homines ad illud bonum inclinare, & vt malum fugiant efficere, è sapientiæ suæ thesauro, tam veteris, quam nouæ legis res exhauriet ad terrendum homines, vt peccatum fugiant, & ad ex-

hortandum eos, vt virtutem fecerent, vt gratia pleni
gloriam obtineant: ad quam nos perdu-
cat Iesus Mariæ filius.

Amen.

IN

IN DEDICATIONE
 ne tēpli, Maximè pro festo
 Portiunculæ ordinis Fratrum
 Minorum Concio
 Prima.

Egressus Iesus perambulabat Hierico. Luc. 10.



BEATVS Gregorius Nyssenus in tra-
 ctatu de vita Moyli, cuidam sibi proposi-
 ta quaestioni satisfaciens, videlicet: quæ
 nã esset meta, finis, & culmẽ perfectionis
 Christianæ vitæ, ait: Aliqua esse, quæ præ-
 scriptos, certosq; terminos habent, vt quã-
 titas cõtina, & discreta. Nam nouenarius
 numerus, nonã vnitatem, vt terminũ ha-
 bet: similiter denarij numeri decima vnitas meta & finis est. Illi⁹
 etiã colũq terminus est summitas, qua terminatur. At virtus hu-
 ius cõditionis nequit esse: qa rerũ bonarũ naturã sortitur, quarũ
 cõditio & natura est, sine & meta carere, nisi in earũ contrario:
 quemadmodũ vita, quæ ex se perduraret, sed terminatur re sibi
 cõtraria (nẽpe morte.) Nam cũ media & fines cõmensurentur,
 & eiusdẽ naturę & qualitatis sint, nequit vita terminari, in re eius-
 demet naturę, quia mediũ est vita, & quicquid eiusdẽ naturę est
 vita est, & vita alia vita finire non potest. Ergo si terminatur ab
 eius cõtrario terminatur, morte, scilicet. Vnde quoties hanc vitã
 mortale dicimus, impropriũ nomen illi tribuimus, ceterũ mor-
 tale illã appellamus, qa res adeò cõtrarias habet, quæ illã termi-
 nare valent. Ita Christiana virtus in eiusmet natura terminum
 non habet, quia rerum bonarum naturam sortitur. Vnum termi-
 num habere potest, & sibi contrarium, nempẽ, vitium, tamẽ vir-
 tus ex se nulla tantę perfectionis culmen pertingere potest quin
 perfectior esse possit. Vnde iure dicere nõ possumus, in hac mi-
 serissima vita hominẽ perfectũ, nec vitã perfectã, nisi in compara-
 tione,

D. Grego-
 Nissenus

Philip. 3.

tione alterius minus perfectæ. Et ita hic gloriosus Doctor pro
 certo habet vitæ huius perfectionem plus desiderium proficien-
 di dici debere, quàm metam, & culmẽ perfectorum operum. Ita
 enim te habere, ait, vt ad vltiora semper in virtute ac bono ve-
 lis ascendere, id ipsum forsan humanæ naturæ perfectio est. Ad
 hunc sensum exponuntur illa Diui Pauli verba: Non quòd iam
 acceperim, aut iam perfectus sim, sequor si quomodo cõprehen-
 dam, in quo & comprehẽsus sum à Christo Iesu, fratres ego me
 non arbitror comprehendisse. Vnum autem quæ quidem retro
 sunt obliuiscens, ad ea verò, quæ sunt priora extendens me ip-
 sum. O quoties in tam breui sermone diuinus Apostolus eadẽ
 verba relumit, & inculcat dicens, nondũ perfectionis culmen se
 attigisse, sed quòd intendebat pro viribus id obtinere, (*Hasta ha-
 zer mas que ombre*) Hoc enim significat: Extendens me, id est, ex-
 cedo me ipsum. Quòd si Diuus Paulus, quem Deus ita sublima-
 uit, hoc ita de propria virtute sentiebat, quid dicere poterūt, qui
 quo ipse peruenit, nondum peruenerunt? Denique omnes iusti
 quotquot ex diuina contemplatione, bonitatis, atque celsitudi-
 nis infinitæ Dei maiorem notitiã consequuntur, tanto plus vir-
 tutes suas, operaque imperfectiora reputat. Vnde Diuus Chry-
 somus dilucidans carmen illud Psalmi. 38. Confitebor tibi
 quoniam terribiliter magnificatus es, scilicet, in corde meo, mi-
 rabilia opera tua, & anima mea cognosceat nimis, ait: sanctũ Da-
 uid in illo verbo, terribiliter, alludere ad id, quod euenire solet il-
 lis, qui in turribus valde sublimibus sunt constituti, & inde pro-
 ni ingentem profunditatis abyssum versus terram specularunt,
 quibus oculorum lumen pene deficit: caput euanescit, capilli eri-
 guntur, & carnes contremiscunt, & timore correpti intra se ipsos
 se recipiunt. Ita iusti in excelsa contemplationis turri constituti
 infinitam Dei celsitudinem ex eius operibus, & effectibus miri-
 ficis contemplantes, obstupefacti manent, & refugiũ quæren-
 tes ad humilitatem se se conferunt, ex illa suprema Dei cog-
 nitione propriæ vilitatis notitiam deducentes, & quam parũ exhi-
 bere possunt secundum nimiũ quod eius diuinæ celsitudini de-
 betur. Et est notandum, quòd vbi nos hic legimus: Anima mea
 cognosceat nimis, alij transtulerūt: Anima mea cognosceat nimis.
 Et sic est in contextu Græco, & sic etiam legit Beatus Hilarius.
 In quo ostenditur, quàm præsens, & perseverãs sit iustorum no-
 titia,

D. Chryso-
hom. 1. de
incompre-
hen. natura
Dei.
Simile.

6

7 titia, quam de Deo habent, siquidem cognoscunt, & cognoscēt.
 Ex hac feruidissima Dei cognitione sanctorum desideria oriun-
 tur magis, ac magis diuinæ celsitudini seruiendi. Ex quibus de-
 siderijs feruidissimi effectus in illis nascuntur: & vnus duntaxat
 horum actuum vehementissimorum plus efficit ad seipsum an-
 nihilandum, & mortificandum, quā plures actus remissi. Qui
 etiā vno vehemētissimo actu citius in homine virtutis habitus
 gignitur, quā multis remissis, & tepidis. Obliquus ensis me- *Simile*
 lius citiusq; dirigitur, si versus partem contrariam semel nimis
 flectatur, quā, si sæpe paulatim & leuiter dirigatur. His heroi-
 cis actibus Beatissimus, P. N. Franciscus assidue incubebat. Nā
 cum ieiunijs & disciplinis aliquando carnem suam affligeret de-
 mon ad cellę eius ianuam pulsans dixit ei: Francisce, Francisce,
 8 Francisce, attende q̄ quamuis Deus erga peccatores misericors
 est, ceterū, qui rigidis disciplinis se occidit misericordiā coram
 ipso nō inueniet. Quibus auditis sanctus vir quandā grauissimā
 carnis tentationē sensit, quo plane cognouit dæmonē verbis suis
 dulcibus, & subdolis tanquā tartareo flatu illā flāmam excitauis-
 se. Qui mox habitū exuens acerrime totū corpus flagello per-
 cussit, deniq; flagellādo lassatus sic nudus à cella exiuit, & in ni-
 uis aceruo (erat enim hyems) se volutauit, & per lōgam tēporis
 moram ibi iacuit. Tam ingentem victoriam hęc vehemēti dun-
 taxat actu cōparauit, q̄ deinceps à carnis cōcupiscētia nusquā
 illectus fuit. Quo quidem actu castitatis habitum genuit; per
 quem etiam actum meruit, vt castitatis maxime peculiare do-
 num illi deus infunderet. Dæmon verò visis singularibus serui
 9 Dei diligentijs, quas adhibuerat ad vincendum illam tētationē
 formidolosus deinceps mansit. Postea verò sancto viro orationi
 vacanti, in forma Angeli lucis dæmō iterum apparuit, illum ad-
 monens, ne a deo vigilijs, & orationibus, tamq; prolixè incum-
 beret, sed somnum caperet, & corpori quietem cōcederet, vt sic
 incolumis conseruaretur, & annis plurimis deo seruiret. At cum
 dæmonis illusionē hanc esse cognosceret; ab oratione cito surre-
 xit, & nudauit se hyemis tēpore, & sic quodā incredibili seruire
 exiuit, & ad quosdā rubi tribulorūq; frutices se contulit; & tū
 diu in illis se volutauit, quousq; per totum corpus sanguis de-
 fluebat. Et secum loquens dixit: Præstat tibi sic vulneratus, &
 punctus esse, vt dolores, quos Christus pertulit sentias, quam in

delicijs vitam degere, sicut versipellis ille tibi cōsulebat. Ad eō¹⁰ gratus & acceptus hic feruidus actus Deo extitit, quod subito lux magna de cælo fulsit, & inter vepres, & spinas in quibus se volutabat, quāsdam purpureas, candidasque rosas pulcherrimas vidit, & quēdam Angelum dicentem sibi: Francisce vade protinus in Ecclesiam, quia cælorum rex Iesus Christus, & eius mater sacratissima, cū ingenti Angelorum multitudine te expectant. Et cum miraculose indutum se inueniret, duodecim rosas candidas, & totidem purpureas colligens incredibili lætitia affectus delubrum petijt, per viam angelorum ministerio optime stratam, atque ornata, & Ecclesiam deuotissime ingressus ineffabilem filij Dei maiestatem cōtinuo aspexit, & matrē eius sacratissimam cum ingenti Angelorum multitudine. Et quauis idem Dominus prius in eodē templo cum illo sancto comita¹¹ tu, pio viro apparuerat, eiq; dixerat: Frācisce non desideria tua, & quantū animarum salutem sitias, tunc benignissime illum appellans admonuit, vt ab eo aliquod beneficiū pro hominū salute peteret. At vir sanctus adiutus patrocinio sacratissimę matris cuius opē implorauerat, supplex petijt, vt omnibus Ecclesiā illā introeuntibus concederet veniā & indulgentiā omniū peccatorū suorū quorū confessionem sacerdoti fecissent. Cui Dominus respōdit: Francisce rē magnā petisti, sed maiora tua desideria impetrare merentur. Id libentissime tibi concedo: hac tamē lege, vt vicarium meum adeas, & ab eo indulgentiā nomine meo postules. Et habita à summo Pontifice facultate, in hac secunda apparitione vir pius illi has rosas profunda humilitate obtulit, ab eoq; summis precibus efflagitauit, vt indulgentiē diē assignariē¹² dignaretur. Illumq; assignauit à vespere calendarū Augusti (cū B. Petrus Apostolus ab Herodis vinculis mirifice fuit absolutus) vsq; ad vespere sequentis diei. Et ita secundo indulgentiam illam concessit, atque confirmauit nocte illa, qua sanctus vir illum vehementissimum mortificationis actum exhibuerat. Ecce quam grati Deo sint feruidi iustorum actus, & desideria. Huius etiam planū exemplū in S. Daniele Propheta habemus, qui assiduæ trium hebdomadarum orationi vacans, sine intermissione lacrymas fundēs, & ieiunans, profunda mysteria, quę Deus illi reuelauit meruit cognoscere. Vt ipse testimoniū præbet his verbis: Ego Daniel iugebam trium hebdomadarū diebus, panē

73 desiderabilem non comedi, & caro, & vinum non introierunt
 in os meum. Et post hoc ieiuniū venit Angelus, qui dixit ei: Da-
 niel vir desideriorū, intellige verba, quæ ego loquor ad te. Et cū
 tremulus esset, iterū dixit ei Angelus: Noli timere vir desiderio-
 rū pax tibi, cōfortare, & esto robustus. Quem post quā Angelus
 cōfortauit illi quam plurima mysteria, & visiones Deus osten-
 dit. Et est valde notandū in his reuelationibus Sācto Danieli, &
 B. P. Frācisco factis peculiarē mentionē desideriorū eorū fecisse
 Dominū, cognoscētē, q̄ quāuis hi sancti viri pro ei⁹ amore, &
 seruitio multa operabātur modicū eis videbatur respectu illius,
 quod facere desiderabāt. Ex quo patet, vt diximus sanctorum
 perfectionē in hac vita plus consistere in proficiendi desiderio,
 quam in meta, & summa operū perfectiorū. Hæc desideriorum,
 14 & actuum feruidorum materia optime quadrat cum sancto Euā-
 gelio hodierno. In quo agitur de diligentia, feruore, & desiderio
 quo Zacharus tenebatur videndi Christum mundi Redēptorē.
 Qui præ turba non potens præcurrens ascēdit in arborem syco-
 morum, vt videret illum, quia inde erat transiturus. Hic breui-
 ter sancti Euangelij exordium dilucidetur, vsque quo hic homo
 propriæ salutis cupidus velociter in arborem ascendit. O quam
 feliciter incipit qui feruide bene operari exorditur. Quādo ol-
 lam carne refertam igni admouetis, curam adhibetis, vt quam
 primum ferueat, vt spumet, & sordes emittat. Ita tyrones in vir-
 tute oportet in principijs feruore nimio spiritus exordiri ad ma-
 los habitus eradicandos, & ad bonos gignendos. Vnde in Canti-
 cis dicit (pona) Adolescentulæ dilexerunt te. Adolescentulæ
 15 sunt animæ recēter, & denuō ad Deum conuersæ. Et in hoc ver-
 bo, Dilexerūt, magna emphasis cōtinetur. Nāq; singularis amor
 in eo significatur, quasi diceret: Dilexerūt te nimis, id est, feruen-
 tissime. Nihilominus, vt hi feruores quodam moderamine fiant
 oportet ne natura ipsa nimīū lassetur, & impossibilitetur ad pro-
 cedendum vltius in exercitijs pœnalibus, & ad spiritualia dif-
 ficiliter exercenda. Quia, vt in Proverbijis dicitur: Substantia fe-
 16 stinata minuetur, quæ autē paulatim colligitur manu, multiplicā-
 bitur. Sic in spiritualib⁹ diuitijs cōtingit. Ex eo enim, q̄ nōnulli
 hominū aliquos incautos excessus in ieiunijs, vigilijs & alijs spi-
 ritualibus exercitijs fecerunt, postea fit, vt nunquam ieiunare
 possint. Et propter agritudines tam remissæ & leni manent,

Simile.

Cant. 2.

Prov. 13.

Ezed. 9.

que vnam quidem horam in orationis & cōtēplationis studio, impendere volunt. Legitur in Exodo, q̄plaga illa grandinis, quæ super Aegyptum cecidit, læsa sit linum, & hordeum, eo q̄ esset vitens, & linum iam folliculos produceret. Triticum autem & far non sunt læsa quia serotina erant. Itaq; linum, & hordeum qui, intempellivè pullularant grandine læsa deperditaq; sunt. Et ita experimento compedimus quamlibet tempestatem, & tētionē virtutē destruerē, quæ absq; prudentia, & cōsilio fuit facta, & sine modo acquisita, ita concite, vt sine ratione & iudicio exerceri videretur. Quæ verò mature, serotinè, & prudēter acquiritur quāvis nō sine feruore, hæc modū habet, vt sit perseverans, & etiam, vt de bono in melius procedat.

Prov. 6.

Et cum venisset ad locum suspiciens Iesus vidit illum. Perpēdite obsecro quanta cum modestia, & gravitate summus animarū nostrarum magister incedebat, oculos in terra defixos ferēs, ad nostram confusionem & ignominiam, qui per viam incedentes tā sublimes, & dissolutos illos ducimus, quod occasionem præbemus, vt mors per eos in animas nostras ingrediatur. O miseri mortales, qui ne pulvis seu festuca vobis noceat oculos clauditis rebus autem, quæ maximum nocumētum animabus vestris adducere possunt illos non obseratis? Claudite eos fratres, ne tanto periculo vos exponatis. Aduertite in Prouerbijs dici: Sex sunt, quæ odit Dominus, quorum vnum est oculus sublimis. Ingens profecto miseria est, vt tam attente res huius seculi speculari cōmoremini, tāquam si pictores essetis eas ad efūgiem deducturi. Et ita crediderim ego nonnullos ad tantam stragem, & corruptionem deuenisse, vt quod Ecclesiastes de se ipso confessus est, de se ipsis dicere possint: scilicet: Omnia, quæ desiderauerūt oculi mei, non negaui eis. O amentes, amentes, Deus mentem vobis restituat, vt vestram miseram sortem agnoscatis? Nonne miseri aduertitis, ad hæc, quod magnum peccatū admittitis, magno præterealabori vos exponere, si quidem verissimum est, nō satiari oculum visione? Et velle hominem alere eum, qui nunquam satiatur, ingens dementia, & labor simul est. O vtinam cæcos vos fingeretis, quot damna deuitaretis. O in quot præcipitia hi pessimi duces corda nostra trahunt, & in quot, quantaq; obscuritates, & conscientia tenebras splendidiore corporis nostri partes nempe oculi nos inducunt. Democritum Philosophum

Democrit.

19 phum eruisse sibi oculos, legitur, ne cerneret ea, quæ iudicio suo
 verum visum auferre videbantur. Non ego vos fratres meos ad-
 moneo, vt oculos vestros eruatis, sed vt caute prudēterq; seram
 illis obijciatis, ne occasionem præbeant, vt æterna dei beatifica
 visione priuemini. Hac prudentia sanctus Iob vtebatur. Et ita *Iob. 3. 2*
 vbi nos legimus: Si secutus est oculus meus cor meum, id est, Nō
 est secutus oculus meus cor meū, cōtextus Græcus, & Paraphra-
 sis Chaldaica habent: Si sequutum est oculos meos cor meum:
 & sic legit etiā B. Hieron. In quo significatur, qd si aliquando cor
 iusti inclinatur ad aliquod malū, oculi illud sequi nolunt, nec id
 intueri, ad quod se inclinat cor, ne illud deniq; desideret. Et quā
 do oculi aliquid illicitū intuetur cor illos nō vult sequi, ne quod
 oculis placet cōcupiscat. Fœlix ille, qui sic se gubernat, & gerit
 20 talis enim in seruitio Dei longum peregit iter. Non sic impij nō
 sic, quinimo mox, vt cor suum ad aliquod malū inclinatur, ocu-
 li post ipsum illud speculantur, idq; gratum oculis cōsiderantes
 statim corde concupiscunt. O Christe omnium nostrarum ope-
 rationum regula rectissima, quanta domine cum modestia, & re-
 stitidine oculos tuos direxisti. Nostra domine corda pro tua
 pietate & clementia dirige, vt sic nostros gubernare discamus.

*Suspiciens Iesus vidit illum, & dixit ad eum: Zachæe festinans descen-
 de, quia hodie in domo tua oportet me manere.* O verba suavissima,
 quod nam est saxum, quod vos audiat, & amore nō liquefiat? qd
 vniuersalis omniū rerū dominus terræ vermiculo dicat: Hodie
 in domo tua oportet me manere? Ad quid dñe tibi domus pecca-
 toris est opus? Solet quis per quā familiari suo dicere: Dñe ne-
 cessitas tua mea est, & ad eò illā sentio tantāq; curā adhibebo,
 vt remedium illi præstem, ac si propria esset. *Necessitas Zachæi*
 erat, & dicit bonus Iesus, qd erat sua. Nā reuera tanta animi æqui-
 tate illi remedium adhibuit, sicut si sibi met open ferret, dato qd
 in illa spiritali Zachæi necessitate cōstitutus esset. O Benedi-
 cta, & glorificata sit talis charitas, & amor. Omnia nostra dilectis-
 simi cœlestis Dominus tāquā propria habebat. Et ita vbi apud
 Sanctum Lucam nos legimus, qd loquente illo cum discipulis di-
 xit eis: Qui non est aduersum vos pro vobis est, alij venterunt:
 Qui non est aduersum nos pro nobis est. Et sic est etiam in con-
 textu Græco. O vtinam vera charitas in nobis regnaret, vtique
 proximorum necessitates, vt proprias haberemus, eisq; vt tales

remedium adhiberemus ad nostri capitis imitationem, & forte, 20
 vt illis succurreremus nostrarū obliuisceremur. Sic enim Diuus
 Paulus nos exhortatur dicens: Nemo quod suum est quærat, sed
 quod alterius. Et post pauca exemplum de seipso nobis præbēs
 ait: Non quærens quod mihi vtile est, sed quod multis, vt salui
 fiant. *Et festinans descendit & excepit illum gaudens.* Exponatur totū
 euangelium ad literam. Animaduertite fratres, quam cito hic
 peccator conuersus est, & quantum properabat, vt pietatis ope-
 ribus incumberet. D. Augustinus in libris de ciuitate Dei rem
 notabilem asserit, de qua multi admirātur, videlicet quòd quan-
 tumuis protoparentes nostri foelices atque beati in paradiso ef-
 sent, & quantumuis nostram miseriam deplorare debemus, ad
 huc nostra fors aliquo modo eorum sorte foeliciores est, propter
 periculum, cui illi subiacebāt prolabendi, & in certitudinem re- 23
 medij, si prolaberentur. Et propter certitudinem salutis, & reme-
 dij quā in nostro statu habemus, si forte prolabimur. Quia sup-
 posito, quòd remedia, quæ hominū peccata in Dei bonitate ha-
 bere poterāt, nō fuerūt eis reuelata, nisi post peccatum, quando
 Deus serpēti dixit: Ipsa cōteret caput tuū: qualiter foelicitas illa
 protoparentibus nostris admodū grata esset cū se ruendi pericu-
 lo subiacere cernerent, & omni fere remedio se destitutos viderent.
 Nā illi (cum alias sapientissimi essent) nō ignorabāt ab illo
 foelici statu decidere posse, & omnino securos non esse, & quā-
 uis securos esse se existimare vellent non illos sinebat illa cōmi-
 natio Dñi, qui dixerat Adamo: De ligno sciētij boni, & mali ne
 comedas. In quacunq; enim die comederis ex eo morte morie-
 ris. Igitur in tāto periculo se cōstitutos cernētibus, & si forte ca- 24
 derēt remediū, vt exurgerēt ignorātibus, hoc profecto satis erat
 ad minuēdum nimis & perturbandū illam cōsolationē, quā ibi
 habebāt. Ideo, D. Augustinus ait, miseriam nostrā eorū foelicitate,
 beatiorē esse, quia ad eò propinquū certūq; habet remediū (si
 forte ceciderimus) & quia spe diues est. Et quāuis hic nollet sta-
 tus laboribus, & miseris plenus sit inter ea tamē cōsolari nos de-
 bet. Id quòd D. Chrysostomus ait: scilicet filiū Dei labores, &
 ærinas, famē, & persecutiones in seipso posuisse, vbi ab Angelis
 adorarētur. Et ita considerandū vobis est angelos ante præsepitiū
 prociētes, nō tantū Deum hominē factū adorasse, sed etiā nouā
 gloriā, quā in lacrymis, frigore, & paupertate eius intuebatur.
 Etiam

1. Cor. 10.

D. Aug. 11
lib. de Ciuit.
cap. 12.

Gene. 3.

Gene. 2.

D. Chryso.
hom. 1. sup.
epi. ad Ephe.

23 Etiamq; consolari nos debet, si spiritualibus miserijs subiacere nos cernimus, q̄ maior miseria ad maiorem pietatē Deū inuitat. Vnde B. Chryſostomus elucidās verba illa: In dispēsatione plenitudinis tēporis ait: Tēpus aptū, & plenū, de quo S. Apostolus loquitur, vt mūdus redimeretur, tūc esse, quādo ad eū statum ille peruenisset, vt iustitia Dei illū patinō pollet. Vnde quo maior miseria erat, eo cōgruētius tēpus erat & opportunius, ad maiore mītericordiā faciendā, quam hucusq; facta est, nec fiet. Agite ergo peccatores ne formidolosi & meticulosi sitis, & siquidē tā certum tāque propinquū remediū habetis eo sicut Zacharus vtimini. Postquā S. Isaias mētione fecit abominationū Hierusalē, & quā inuerecunde Hebræi dicebant: Flagellū inuudans eū tranſierit nō veniet super nos, quia posuimus mēdaciū sp̄ no-

26 stram, & mendacio protecti sumus, statim addidit: Idcirco hæc dicit Dñs Deus, Ecce ego mittā in fundamētis Sion lapidē lapidē probatū, angularē, &c. Qui crediderit non festinet. O Dei bonitatē immentam, quod tēpore quo illi corruptissimi, & sceleratissimi homines plus de merebātur eis dicatur: Idcirco, &c. Hoc est, quia vos tā iniqui estis, ideò hoc tāto beneficio vos Deus vult donare, vobisq; remediū prestare, si eo vti velitis, videlicet, vni genitū filiū hominē factū ad vos mittere. Nō enim pijsim⁹ De⁹ vestra demerita, quin potius misericordiā suam respicit. Vbi est valde notandū, quod referens D. Petrus hæc verba prophete sic ait: Ecce pono in Sio lapidē, &c, Qui crediderit in eū non confundetur. Et B. Apostolus Paul. eadē verba allegās, sic legit: Dicit enim scriptura: Omnis, qui credit in illum non confundetur.

27 Vbi plane constat vtrumq; pro festinet, transtulisse: Non confundetur. Et quidem sententia mea erga hoc est, sacros Apostolos in his verbis prophete spiritū expotuisse. Nam ille, qui cœlestē auxilium expectans festinat, & lassatur, hoc illi provenit ex modica spe, & confidentia. Cæterum qui longanimitate quadam in diuina misericordia sperat signum est, illam impetrandi spem habere, & hic nō confundetur. Vnde idem est, ac si diceret. Qui has Domini promissiones crediderit, certus sit, quod non confundetur, nec eius spes vana erit. Quasi dicat: Ne festinetis, quia mora, & retardatio Domini est, vt ad maiora beneficia spiritualia recipienda vos præparetis. Quis ergo hæc audiens spe diuinae protectionis plenus ad ianuas tam pijs paris pulsandū non

D. Chryſost.
in epist. 1. ad
Ephē.

Isai. 28.

1. Petr. 2.

Rom. 10.

2/ab.34.

prophetabit? Quis in suis tentationibus cum Sancto David nō²⁸ clamabit, & dicet: Effunde frameam, & conclude eos, qui persequuntur me. Dic animæ meæ salus tua ego sum? Hic Sāctus rem sumit per metaphoram à quodam homine debili, qui ab hostibus agitatum se videns, sub cuiusdam nobilissimi principis protectione sese recipit, qui viriliter casum proferens ad tutandum clientem procedit dicēs: Ego protector tuus, ego salus tua sum, ne formides, neq; paueas hæc mea dextera te eripiet. Similiter peccator, & adhuc maiori cum fiducia sub Dei potestate confugere debet, quando quidē tam paratus est, vt libentissime nos defendat, q̄ non expectat, vt nos illum inquiramus. Sed ipse potius ad nos sicut ad Zacharū se confert, in cuius domo discubuit, & cum eo manducavit. Hæc est charissimi temporū nostrorū felicitas, videlicet, ad miseras nostras tam propinquum remediū habere. Vnde Sāctus Ioannes Baptista prædicare incipiens vt Sanctus Matthæus refert, prima verba, quæ protulit, hæc fuerunt, scilicet, pœnitentiam agite, appropinquabit enim regnum cœlorum. Vbi alij translulerunt: Appropinquauit enim regnū cœlorum. Et sic est in context. Græco, & sic legit etiam B. Hieronimus. Et idem Sāctus Euangelista alibi de initio prædicationis Christi domini nostri loquens, eisdem verbis fuisse exorsum eō commemorat, dicens: Pœnitentiā agite appropinquabit enim regnū cœlorum, vbi etiam alij translulerunt: Appropinquauit enim regnum cœlorum. Et sic est in contextu Græco & in translatione Syriaca. O ineffabilem Dei pietatem, quanto desiderio flagrans remittendi peccata mundū ingrediebatur, siquidem ipsemet, & per eius præcursorem, vt omnes pœnitentiam agerent³⁰ mox inuitare incepit, & nō solum eis annunciabat, regnum cœlorū appropinquaturū, sed q̄ certo certius haberent, iam appropinquasse. Hoc enim sibi vult, appropinquabit & appropinquauit, & si hominibus placet regnum cœlorum, vt proprium habere possunt dummodo quod facere tenentur exequantur. Felices terq; quaterq; aures quæ talia audiunt. Evigilate ergo dilectissimi, ne ad tā foelicia nuntia dormiatis sed potius vitia prouerbis à vobis expellite, & maximo cum spiritus feruore pœnitentiā agite, vt diuina gratia insigniti gloria in æternum perfrua mini. Ad quam nos perducatur, &c.

Matth. 3.

Matth. 4.

In eadem Dedicatione Tēpli

Concio Secunda.

Egressus Iesus perambulabat Hierico &c. Luc. 19.



Nter celeberrima nomina, & titulos, qui apud sacras literas Deo Opt. Max. adscribuntur, vnus est, Miseratorē, & misericordem illū appellare. Sed quæro, cū misericordia in hominibus significet interiorē hominis habitū, miseratio autē actū dicit externū (est enim miseratio miserentis actio) in Deo verò misericordia solum sit secundū effectū, non tamen secundū passionis affectū, vt Sāctus Thomas determinat, quid miserator, & misericors in Deo significare potest? Dico misericordiā in Deo bene velle significare, seclut a passione tristitiæ) quæ in deo esse nequit) Miseratio autē in illo esse benefacere, & quia verē & realiter bene vult, & benefacit miseris, vocatur Miserator, & misericors. Ex his verò, in quibus diuina & ineffabilis misericordia magis relucet, vnū est, videlicet, cū ipse animā à peccati laqueo eripit. Vnde Regi⁹ Dauid canebat: Misericordia tua magna est super me, & eruisti animam meam ex inferno inferiori. Et, id est, Quia eruisti, &c. Ex his verbis colligitur duplicē infernū esse, superiorē alterū, alterū vero inferiorē. Superior dici potest hic aer caliginosus, in quo nūc dæmones patiūtur. Et ideò D. Paulus illos appellauit, Principes, potestates, & rectorēs tenebrarū harū. Nā vt venerabilis Beda dicit: Vbicūq; sunt cū secū habeāt culpā secū habēt & poenā. Et sicut ager, aut febricitans, eisdē passionibus angitur si iaceat in eburneo, ac si in ligneo lecto iaceret, ita dæmones vbicūq; sunt eodē supplicio torquētur. Etiā infernū, superior dici potest illius cōsciētia, qui in peccato lethali iacet in quo quædā assidua amaritudo, & cruciatus inhabitat. Et misera anima nisi opportune resipuerit remediū sibi adhibēs ab hoc superiori culpæ inferno, ad inferiore in poenæ descendat. Et hæc est illa magna Dei misericordia, vt cū homo à peccato in peccatum ingenti impetu per tam periculosam labinam ruat illum Deus eripiat ex inferno inferiori. Quod si obiecias: Nondam

D. Tho. 7.
p. q. 20. artic. 1.

Psal. 35.

Beda.

prolapsus fuerat in infernum, quomodo ergo ab illo fuit ereptus? Quia sine dubio prolaberetur, nisi Deus infinita eius pietate, vocans, & iustificans illum eriperet. De hac ineffabili Dei misericordia in hodierno sacro euangelio singulare exemplum nobis proponitur, in quo de eximia Christi Redemptoris nostri pietate agitur, qua publicum quendam peccatorem vocauit, atque cōuertit. Et dispositionem, quā in hoc homine inuenimus ad beneficiū tam singulare recipiendum, est, vt refert sacer text. quia quærebat videre Iesum quis esset. Faustum foelixque principium ad inueniendam diuinam gratiam est eius desiderium. Vnde in Prouerbijs dicitur: Si quæseris sapientiam, quasi pecuniam, & quasi thesauros effoderis illam, tunc scientiam Dei inuenies. Quando venator videt canem plus solito properare, & rectum tramitem festine sequi, statim cognoscit prædæ vestigia semitamque inuenisse, & spe illius incipit letari, similiter homo tunc letari potest cum viderit animam suam feruide properantem, vt Deum inquirat. Sed o Dei bonitatem incomprehensibilem, Te omnes coeli Hierarchiæ, necnon iusti terræ Domine collaudent. Quia cum omnibus bonis maius perfectiusque sis, maiori desiderio inquiri non petis, quam quo pecunia, quæ omnibus bonis minimum est inquiritur.

*Proh. 2.
Simile.*

D. Ambr. Ethic Zachæus, qui Querebat videre Iesum: Non poterat præ turba, & ascendit in arborem sycorum, vt videret illum quia inde erat transiturus, Vbi Beatus Ambrosius ait: Nemo potest videre Iesum constitutus in terra. Vt amoris oculis Deus videatur oportet, vt à terra homo separetur, & proprias affectiones ab ea remoueat. In lege præcepit Deus dicens: Omne, quod reptat super terram abominabile erit vobis, nec assumetur in cibū. Si ergo in lege veteri animal, quod super terram reptabat abominabile erat, quāto plus abominabilis erit homo, qui cū conditus sit ad illā celestē beatitudinem res terreas, vt animal brutum amplectatur? Primus, qui summa cū auiditate terram colere, & edificare cœpit in orbe, fuit Cain, vt in Genesi habetur. Et quia voluit in hac peregrinatione, tanquam perpetuus habitator cōmorari, cœlestem habitationē amisit. Ne autē sicut & ille, ita tu patriā illā perdas, nullatenus, sicut & ille sedem, affectionemque tuā in terra constituas. Quantumuis enim frater plures diuitias possi-

Leui. 11.

Genes. 4.

Iob. 1.

possi-

7 possideas, verè quod Sanctus Iob ait, tu asserere potes: Scilicet: Nudus egressus sum de vtero matris meæ, & nudus reuertar illuc. Molendinaria rota in gyrum continuo vertitur, at quantumuis gyret, & gyret, nihilominus in sero est vbi erat in mane absque vlla loci mutatione. O quam meritò in filios Adæ hoc potest retorqueri. Nam re ipsa contingit, qui nimium laborem impendentes mundum gyrent, maxima cum animi perturbatione, vt diuitias, & honores adipiscantur anhelantes, quando verò eorum negociationes, & gyri in morte sistunt, in eodem prorsus statu se inveniunt, in quo mundum ingressi sunt. Nam pauperes, & nudi intrauerunt, & sic sepulchrum ingrediuntur. Ergo prudentia magna est, hæc terrea, vel saltem eorum affectionem omittere, antequam ab eis deserantur, & sint nobis occasio, vt diuinam gratiam propter ipsa amittamus, & summum bonum, quod inquirimus, non inueniamus. Nam quemadmodum inter planetas ille, qui terræ propinquior est, frequentius lumen amittere solet, (vt pote Luna,) & cornua habet; similiter in Sancta ecclesia ille, qui per affectionem terræ propinquior est, frequentius gratiæ splendorem amittere, & superbiæ, atque præsumptionis cornua acquirere solet.

Simile.

Simile.

Vt Dominum Zachæus cernere posset: *Præcurrens ascendit in arborem sycamorum*. Animaduertite huius probi viri profundam humilitatem. Qui cum alias ex præcipuis, & magnatibus ciuitatis Hierico esset, de quo Sanctus euangelista ait: *Hic erat princeps publicanorum, & ipse dives*. Hos humanos respectus, nempe honorem & diuitias non attendens, sicut puer reptando arborem ascendit, vt quod exoptabat obtineret. O quanta confusio est considerare id, quod in mundo hodie agitur. Quot bona opera homines prætermittunt, eo duntaxat quòd auctoritatem suam amittere videantur. Quidam iniurias sibi illatas remittere nolunt, ne ignaui, & effeminati videantur. Nonnulli verò elemosynam facere prætermittunt, quia magno apparatu, & numerosa famulorum comitante caterua incedere volunt, quibus videtur id non facere ignominiam esse. Et plurimæ dominæ rem sacram audire omittunt, quia pedissequam non habent, quod eorum auctoritati maximi facere sibi videtur. Longum profecto

his

hic esset recensere peccata, quæ contra diuinam celsitudinem
 committuntur, vt propriæ autoritati homines satisfaciant.
 Oculos vestros charissimi in hoc Zachæo, principe & diuite ob
 secro collocate, attendite quem admodum sua propria authori-
 tate posthabita instar pueri cum humilitate profunda in arbo-
 rem ascendit, vt paruuli ad similia spectacula reptando ascende-
 re solent, siquidem Christiani estis, euangelica doctrina edo-
 cti quam adhuc ipse non audierat. Sanctus Iacobus in sua Ca-
 nonica diuites exhortatur dicens: Glorietur diues in humilita-
 te sua. O præclarum Apostoli consilium. O quam pulchrum
 ornamentum diuitibus est humilitas. Quasnam enim imagi-
 nes, & figuras cælaui cælestis sponsus in murænullis aureis, ni-
 si vermiculatas? Murænullas aureas, inquit, faciemus tibi, ver-
 miculatas argento. Vbi ait sponsus vermiculos argenteos su-
 per aurum se positurum. Tu ergo, ò homo, si aurum possi-
 des, hoc est, diuitiarum abundantiam: da operam, vt in his diui-
 tijs sint effigies vermiculorum. Id est cognosce te esse vermicu-
 lum te ipsum deiciens. Sic se vermiculum agnoscebat Rex
 David, de quo dicitur: David sedens in Cathedra sapientissi-
 mus ipse est, quasi tenerimus ligni vermiculus. Hoc est, cum
 alias Rex potentissimus esset, sapientia propria se humiliabat,
 & tanquam terræ vermiculus (qui nullam vim nullamque re-
 sistentiam habet,) sic se existimabat, & cum hac profunda hu-
 militate, humanam pompam & authoritatem contemnens re-
 galibus indumentis exutus coram arca Domini saltauit. Que in
 cum Michol subsannaret dixit illi. Viuit Dominus, quia
 ludam & vilior fiam plusquam factus sum, & ero humilis in
 oculis meis.

*Et cum venisset ad locum suspiciens Iesus vidit illum, & dixit ad eum
 Zachæe festinans descende, quia hodie in domo tua oportet me manere.
 O liberalissime Domine attende, quòd occasionē peccatoribus
 præbes inique agēdi, siquidē tā præpropere peccatorē ad eò ma-
 gnū ad tuā amicitia recipis? O proditor peccandi occasionem in
 hoc tibi nō præbes, sed potius emendādi, & pœnitendi, si meā
 bonitatē rectè contemplari nouisti? Et cur Domine apud illum
 te cōfers, & cū eo māducas? Quia volo, vt in eodē loco, vbi doli
 & lucra exercebantur, pietas mihi meisque discipulis ab eo
 exhibeatur. Vt singulare beneficium quondam Hebræis per
 Oseam*

1. Ioh. 10

Cant. 1.

2. Reg. 23.

2. Reg. 6.

33 Oseam promisit Deus dicens: Et erit in loco, vbi dicitur eis: Non populus meus vos, dicitur eis: Filij Dei Viuentis, vbi septuaginta interpretes transtulerunt: Et erit in loco, vbi dictū est eis: Non populus meus vos, &c. & ita legit Beatus Theodoretus.

Osee. 12.

Vbi quod est de futuro propter prophetiæ infallibilitatem, de præterito vertunt. Nemo itaque de peccatoribus quantumvis deprauatis, dum in hoc mundo est diffidat, siquidem hi, de quibus Sanctus Propheta testificatur dicens, quod non erant populus Dei, iā illos appellat nō tantū, populus Dei, sed etiam filios eius charissimos, & maxime delicatos. Hanc mirificam mutationē idem Dominus per Itaiam promisit dicens: Glorificabit me bestia agri, Dracones, & struthiones, quia dedi in deserto aquas.

Isai. 43.

Vbi per bestias varia peccatorum genera significantur, qui per diuinam gratiam conuersi sunt. Et dicit hic, Filij Dei viuentis, vt intelligatur illos orphanos non esse, sed patrem vnum habere, qui eos protegat. Quod autem hic ad rem facit, est verbum illud in loco. Placuit enim Deo in eodem loco glorificari, in quo offensus fuerat. Fœlices illi, qui locum, quem proprijs peccatis fœdauerunt, postea lachrymis irrigant, & alijs quam plurimis virtutum operibus ibi vacant. Ita regius David se facturum pollicebatur dicens: Lauabo per singulas noctes lectum meum, lachrymis meis stratum meum rigabo. Nec tantum locum ipsum, sed etiam tempus, quo solitus erat homo Deum offendere inuigilare debet in eius diuino seruitio illud impēdere. Ita Sanctus Rex in memoriam reuocabat quæcunq; in loco, & tempore illo contra diuinam celsitudinem admiserat, & compūctus lachrymis dissoluebatur. In loco dilectissimi, vbi nō populus Dei fuistis, operam date, vt filij Dei viuentis efficiamini. Diuinus magister Zachæum in domum eius ducit, vt vbi illum offenderat, ibi ille ei seruiret.

Psal. 5.

Festinus descende, ais illi: quia Deus in seruis suis diligentiam, & festinationem requirit, pigritiam autem, & desidīa odio habet. Et *Exceptit illum gaudens*. Animaduertite fratres quomodo Deus plus nobis donat, quam quod exoptamus. Zachæus videre Iesum tantam exoptabat: nec solum hoc impetrauit verum etiam exceptit illum in domum suam. O quantæ confationi nobis est, cernere quāta cū agilitate hic peccator præcurrit, & primæ Dei uocationi respondeat, ipsi verò tā surdos nos exhibeamus

mus

Apo. 3.

mus ad tot clamores, & impulsus diuinos. In Apocalypsi expo-
 nit Dominus modum, quem seruat, dum nos vocat, dicens: Ec-
 ce ego sto ad ostium, & pulso. Siquis audierit vocem meam, &
 aperuerit mihi ianuam, intrabo ad illum, & coenabo cum illo.
 O dulcissima miseris peccatoribus verba, & omni consolatio-
 ne plena, & vnū quodque per se magna ponderatione dignum.
 Ideo q; incipit Dominus dicens: Ecce. Quasi dicat: Attendite,
 magnum quippe est quod volo vobis dicere: Etiam, Ecce, dili-
 gentiam denotat, quahic diuinus Dominus nos accersit, & quo
 modo, vel vnico duntaxat temporis momento non retardatur.
 Secundum verbum est, Ego. Non satis illi est Angelos mitte-
 re, sed ipsemet cum sit omnium Dominus non dedignatur pec-
 catorem accersire, & cum pace, & amicitia illum inuitare, quan-
 do ille de seipso plus oblitus est. O benedicta & glorificata sit
 talis misericordia. Quis est, qui ad hostem suum se conferat, & in
 propria eius domo illum requirat, vt illi beneficiat? Tertium
 verbum est, sto. In quo significatur, quanta cura Deus salu-
 tem tuam agit. Attende, quod stat, quasi viator transiens, quod
 si cito ei non respondes forte abibit, & te relinquet. Ad ostium
 ait, ergo extra ipsam animam est, & ianua, quæ est voluntas clau-
 sa est. Quod si foris Deus est, qualis misera anima erit? Et pul-
 so. Pulsare est sæpe percutere, & pluresictus impingere. For-
 te iudicis ministrum quidam malefactor fugiens, ad monaste-
 rium se confert, & ianuam clausam inueniēs, desiderium intran-
 di magnum, quo affectus est, significans, iterum atque iterum
 tintinnabulum pulsat, nec modum seruat, in quo eius intrandi
 desiderium dignoscitur. Et siquidem Deus ipse ait: Sto ad
 ostium & pulso, satis in hoc demonstrat quantum desiderat ad
 ipsammet animam ingredi, non propter suam, sed propter
 tuam vtilitatem. Et addit: Siquis aperuerit mihi ianuam, intra-
 bo ad illum. O celi, & terræ potentissime domine has seras cō-
 fringere vtique & ianuam ipsam solo æquare potes, cur ergo
 ais: Siquis aperuerit mihi? Cur libero hominis arbitrio id relin-
 quis? Velit, nolit peccator, vel ipso inuito ingredi. Id minimè
 faciam (ait Dominus) nolo homines, vt bruta animantia in cœ-
 lum trahere, sed vt me diligant, mihi que libenter obediant, ma-
 iori merito atque gloriæ eorum. Et quare Domine tam in sin-
 gulari loqueris dicens: Siquis aperuerit mihi? Cur in commu-
 ni

Simile.

19^o ni non loqueris? Quia scio paucos fore, qui mihi aperire velint.
 O rem sanguineis lachrymis deplorandam, vix dæmon pulsat
 cum multi maximo eorum cum dispendio mox ei aperiunt,
 Deo autem pulsanti & intrare contendenti, vt maximis bene-
 ficijs animam donet (Ipse enim dicit: Cœnabo cum illo & ip-
 se in eum) vix inuenitur qui aperiatur, fere omnes hoc in poste-
 rum differunt, vsque quo miseri procrastinabitis? Quis vos se-
 curos reddidit in posterum ipsum fore, quando quidem forte cras
 vita vobis terminabitur? Quod si certo certius vobis esset vitam
 vestram tam citò finiendam non esse, cur naturam ipsam labe-
 factari propter deprauatam consuetudinem vultis? Certum est
 si parieti clauum figatis, & primo ictu tam fixus manet, vt vix
 extrahi possit, si iterum, atque iterum ictus ei impingatis fixior
 20^o manebit, difficiliusque diuelli poterit. Lethale peccatum ad-
 misisti o frater, vocat te Deus, vt per veram pœnitentiam ab eo
 exeas, cur id opere non exequeris? Pater (dices) id molestè
 fero, adeo nanque fixa anima mea est, quòd nequeo hoc nego-
 tium dimittere. Cras iterum percutis, alterum peccatum admit-
 tens, quodlibet enim peccatum est tanquam ictus, qui plus
 animam figit, & inharere malo facit, quomodo postquam
 plures ictus acceperit illam euelles? Huiuscemodi ille est,
 qui dicit: Vltèrius facilius emendabor, quasi qui diceret: Post-
 quam assiduis, & pluribus ictibus hunc clauum trudero fa-
 cilius illum euellam. Memini quendam nobilem iuuenem
 mihi dixisse, quòd cum aliquando à quodam concionatore
 hanc similitudinem audiret, se conuertit, pœnitentiam agens,
 21^o & deinceps in melius vitam mutauit. O vtinam, æternæ dei
 celsitudini placeret, modo his verbis meis efficaciam præsta-
 re, vt hac eadem hora, cum eadem similitudine fructum in
 cordibus vestris efficerent, antequam Diuinus furor vos ra-
 piat. Viri Niniuitæ propter metum (duntaxat) mortis tem-
 poralis illam celebrem pœnitentiam, quam sæpe audistis, ege-
 runt. Quid faciamus nos equum est, vt ab æternis tormentis eri-
 piamur? Cæterum neque inferni minæ, neque gloriæ promif-
 sum nec assidua flagella, quibus nos Deus assidue affligit, suffi-
 ciunt, vt nos sibi deuinciat. De Dæmone ait sanctus Iob: Indura
 bitur, quasi lapis, & stringetur quasi malleatoris incus. O appo-
 sitissimam similitudinē. Quemadmodum enim multis ictibus
 incus

Simile.

Iob. 41.

incus

incus nō mollescit, sed quo plus malleo impetitur eo durior red-
ditur: sic homines inuenias cor Sathanæ habentes, qui quo plu-
ribus iētibus impetūtur eō duriores, & obstinatiores redduntur.
Eia ergo fratres, nolite amplius diuinæ voluntati resistere. Attē-
dite interim Deum rem arduam seu difficilem à vobis non pete-
re, nec vt præstetis hinc vos exire oporteat. Rem petit, quā hic
exhibere potestis, nēpe omnium peccatorum vestrorum verum
dolorem & firmissimum propositum deinceps nunquam rein-
cidendi. Ideo protinus id opere exequimini quandoquidem tā
opportuna occasio vobis suppetit, & an cras illam habebitis
prorsus nescitis.

*Et cum viderent homines murmurabant dicentes quod ad hominem
peccatorem diuertisset. Ecce quomodo humana malitia adhuc in di-
uina bonitate murmuris occasione inuenit, perperam iudicans
quod cœlestis magister, & medicus infirmo communicaret: vt il-
li salutem conferret. Auertat à nobis Deus linguas iniquas, quæ
omnia subvertere nitūtur. Quemadmodum mensæ Regiæ chi-
ronomō adest, id est, (vn trinchant) cuius munus est aues, quæ ap-
ponitur in frustra diuidere: ita principis tenebrarum mensæ chi-
ronomones ad sunt, videlicet, detractores, qui proximorum fa-
mam ita seuē trucidant, quousque omnia ossa eorum commi-
nuant. Hi similiter, quibus non satis fuit id quod paulò antea do-
minus fecerat vidisse, nempe verbo duntaxat visum cæco resti-
tuisse, quominus peruerso corde ei detraherent. Qui manū egro-
tam habet non ob ideam amputat, nec illi obest, nec eam despi-
cit, imò id occasio est, vt vnctionibus illam leniat, eiq; medea-
tur, in sinumq; eam mittit, vt quiescat, consolidetur, & sanetur.
Ita pijsimus Dominus peccatores secum habebat, quos leniter
trahebat, cum eis agens, & manducans. Illi verò peccata sua nō
considerantes quōdam contemptu Zachæum peccatorem appel-
labant. Quando Deus præcepit Moyse, vt se conferret ad incre-
pandum Pharaonem dixit ei: Mitte manum tuam in sinum tuū.
Quam cum misisset in sinum protulit leprosam. Sic quoties-
cunq; de aliorum peccatis verba facere volueritis, prius in sinū
vestrum manum mittite, equidem dico vobis quod leprosam eā
proferetis. Tot enim deplorāda, & dolenda in vobis inuenietis,
vt confusione nimia de alienis miserijs sermonem faciatis. Præ-
terea quid de ipso peccatore Deum facturum scitis? An ignora-
tis,*

Simile.

Simile.

Exo. 4.

25 tis, quod, vt imaginem perfectissimam pictor deprimat prius carbone eam delineat? Inscius vero sic denigratam & informem imaginem intuens nihili æstimat illam, quia ignorat artificis sapientiam, nec prorsus scit, quid artifex desuper imponere habeat, quousque vltimam ei manum pictor imposuit. Tunc inscius ille contemplatus imaginem in admirationem rapitur. Ita nonnullos in peccatis prolabi Deus permittit, vt se humiliant, & vilipendant, & denique Deus humilitatis fundamento plura dona spiritualia superimponit. Ita que homines in peccato iacentes sunt veluti imagines carbone delineatae, postea vero, per veram poenitentiam conuersi sunt veluti imagines pulchrae, diuersis coloribus, vmbri, & picturis illustratae. Et tu, vt inscius es, peccatorem ita denigratum cernens illum cõtemnis, 26 quem forte Deus in ictu oculi vt Angelum pulchrum reddet.

Simile.

Quis vnquam putaret Zachæum hunc, qui tot tempora in defraudandis proximis consumpserat, in temporis momento talem mutationem in eius statu, & conscientia facturum, vt verè Christo domino domi suæ diceret: *Ecce dimidium bonorum meorum Domine do pauperibus?* In his verbis eleemosynæ circumstantiæ, quas habere debet, vt sit calificata, & omnibus numeris absoluta in summam redactæ sunt. In particula, *Ecce*, promptitudo, & celeritas, qua debet impendi, significatur. Nam vt Diuus Paulus ait: *Nõ ex tristitia, aut ex necessitate, hilarem enim datorem diligit Deus.* Ille, qui eleemosynam erogat hoc duntaxat respectu, qui a viri nobiles illam petunt, ex necessitate erogat. Et si quidem propter hos non autem propter Deum illam impedit mercedem à Deo se recepturum nõ speret. In verbo, *dimidiũ*, multorum parcitas taxatur, quibus aliam erogare, aut panis buccellam impertire, satis esse videtur. Non sic Zachæus faciebat, sed dimidium bonorum suorum pauperibus erogabat, quia oportet, vt quod amore Dei impenditur copiosum, bonumque sit. In verbo, *meorum*, significatur ex proprijs bonis eleemosynam esse debere. Nam aliena, si possibile est dominis suis debent restitui. In verbo *Domine*, significauit Zachæus se omnia amore Dei erogare. Et similiter omnis, qui eleemosynam facit agere debet ad hoc, vt meritoria sit. In verbo, *do pauperibus*, etiam docemur, quod ea, quæ diuites alijs diuitibus duntaxat propter vanitatem, & humanum lucrum impendunt, nec est eleemo-

2. Cor. 9.

In Dedicatione templi

lyna, nec Deuseam gratam habet. Est valde notandum, quod in 28
grediente Domino huius publicani domum, statim ipse exclama-
uit in hæc verba prorumpens: Quasi diceret: O Deus meus,
qui tuo ingressu præcordia mea ita adussisti, cor meum dilata-
sti, atq; manus meas expandisti, vt deinceps in pauperes pius, li-
beralisque sim. Hic est dilectissimi vnus ex præcipuis effecti-
bus, quem Deus operatur cum animam inhabitat. Tam Dei,
quam dæmonis munus est corda plasmare, quanuis diuersimodè.
Nanq; Deus mollia, & compassiua illa format. Dæmō verò
lapidea illa facit, & cum hostes & inimici inter se sint fidelitate
in muneribus sibi inuicem non seruant, idest, (*No se guardan fide-
lidad en los officios*) Nam sæpe contingit, vt cor lapideum, in car-
neum Deus conuertat. Nonnunquam verò Dæmon carneum
cor in lapideum conuertit, quemadmodum cor Iudæ prodito- 29
ris, quod aliquando carneum fuerat, dæmon in lapideum ver-
tit. Et fur erat, & loculos habebat. Huius verò Zachæi cor lapi-
deum erat, & in carneum illud Deus conuertit. Ideo fratres in
manibus huius cœlestis artificis corda vestra collocate, vt si la-
pidea sunt, ea mollia, carnea, & compassiua faciat. Ait Iesus ad
eum: *Quia hodie salus domui huius facta est.* In quo docet Dominus,
quomodo in bonis Zachæi operibus, tota eius familia compla-
cebat. Quemadmodum quando Dominus domus iniquus est,
est manifesta occasio, vt tota eius familia similis ei sit, e contra
quando probus est, exemplum de se præbet, vt omnes eum imi-
tentur. Et existimo Sanctam Ecclesiam propter hæc verba, in
dedicatione templi hoc sacrum Euangelium proponere, in
quo vniuersalis templi dedicatio repræsentatur in eodem Chri 30
sto vero Deo & homine fundata, extra quam non est salus. Et
in ea per veram obedientiam vera salus & gratia impetratur,
qua denique gloria perfruamur. Ad quam nos perducatur Iesus
Mariæ filius. Amen.

¶ **P R O** quacunq; communi calamitate sine pestis, siue bel-
li, siue famis, siue pluuiæ penuria, multa notatu digna in omni-
bus concionibus Rogationum, quæ in nostro Dominicali volumi-
ne habentur, inuenies.

¶ **I N** omnibus voluminibus nostris multa notatu digna de
morte

31 morte scripta sunt, ex quibus quam plurimæ conciones funerales confici possunt, præter has quatuor, quæ hic inferius habentur. Facile autem illa reperies, si ad tabulas in litera. M. attendas.

CONCIO PRIMA

Funeralis.

Amen dico vobis, quia venit hora, & nunc est, &c.

Ioann. 5.



CH R I S T V S Redemptor noster, de duplici mortuorum genere in hac sacrosancta Euangelij historia agit. De mortuis, videlicet, secundum spiritum, & de mortuis secundum corpus. Statim in ipsius Euangelij primordio agit, quam mortui homines absque Deo iaceant, & qualiter hanc vitam, quam propria culpa amiserunt, recuperare possunt: in fine vero agit de mortuis secundum corpus, ibi, scilicet ubi ait, omnes qui in monumentis sunt, &c. Inter omnes creaturas solus homo ex duabus naturis inter se differentibus, videlicet, corpore, & anima compositus est. Vnde ipse solus duplicem vitam habere potest. Non est homo, veluti Angelus, qui vitam spiritualem solum vivit, nec sicut brutum, quod vitam sensualem duntaxat agit: sed potius hæc omnia comprehendit. Ex hac duplici vita, quædam adeo potens & prope divina est, quod proprium esse homini tribuit ad quod fuit conditus. Hæc est spiritualis, & gratuita animæ vita, quæ in possessione ipsiusmet Dei consistit. Et ita Moyses quondam Israelitico populo dixit. Elige ergo vitam, ut & tu viuas, & diligas dominum Deum tuum, atque obedias voci eius, & illi adhæreas: ipse est enim vita tua. Alia vero vita, quæ corporalis est, adeo pauper & mendica est, quod nequit per se solum hominem in eius præcipuo esse sustentare. Itaque hominem vivere, & sine Deo vivere non est vivere, sed mori. Quod si vivere est, bestialis vita potius quam humana

Deut. 30.

Psal. 31.

Rom. 7.

Psal. 13.

Psal. 56.

dicenda est. Nam homo sine Deo, vt Sanctus David ait est sicut equus & mulus, quibus non est intellectus. Et quamuis illam externam hominis imaginem gerit, vt pote illos pedes illas manus, illam carnositatem, &c. In executione tamen appetituum bestiae similis est. Quoniam si iustos etiam, qui viuunt secundum Deum adeo caro opprimit & captiuat, quod inquit Diuus Paulus: Video aliam legem in membris meis repugnantem legi mentis meae, & captiuantem me in legem peccati, quae est in membris meis, & exclamans subdidit: Infelix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius? quid erit de illis, in quibus Deus non habitat? O Magne Deus, vtinam mortaliu oculi aperirentur vt se intuerentur quales sine te sunt, quam deformes & foetidi. Mirum profecto est cernere iuuenem, elegantis pulchrique aspectus, corporis delineamentis optime dispositum, & quantumuis pulcher speciosusque sit, adueniente tamen morte ab illa pulchritudine, & elegantia priuatur. Quid cause est? Quia anima a corpore abest quae illam pulchritudinem corpori communicabat. Si ergo (*tanta falta haZe vna criatura a otra*) vt ex eo quod anima abest, in tantam corruptionem & deformitatem deuenit corpus, quantum Deus creaturam iuuabit (*y que falta hara. su ausencia della?*) Si absque anima tale corpus manet, absque Deo qualis anima erit? Quam deformis, pauper, egena, misera, quam denique foetida erit? Et ita vbi nos legimus: Omnes declinauerunt, simul inutiles facti sunt, alia translatio habet: Omnes foetuerunt, simul inutiles facti sunt. Et alibi vbi nos legimus: In vmbra alarum tuarum sperabo donec transeat iniquitas, verbum, Hebraeum, quod hic est etiam calamitatem significat. Et sic potest transferri: Donec transeat calamitas. Vbi maxima nocumenta, quae peccatum infert significantur. Deformior namque est peccatoris anima, qui plura peccata admisit ipso daemone. Quia daemon secundum naturalia, cum sit Angelus, pulchrior ipsa anima erat, & propter vnum duntaxat mortiferum peccatum, quod admisit adeo deformis mansit, quod nullus illum intueretur, quin animam exhalaret. Quanto ergo deformior anima erit, quae cum ex se adeo pulchra non sit, sicut ille, non vnum tantum, sed plura peccata admisit? Equidem existimo, quod si peccator se intueri posset metu periret. Sanctus

Isaias

6 **I**saias sub nomine, & titulo Babylonice ciuitatis vastata animae peccatricis abominationem exponit dicens: Orientur in domibus eius spinæ, & vitiæ, & erit cubile draconum, & pascua strathionum, & occurrent demonia. Contemplamini obsecro hominem a deo iniquum, & deprauatum, in cuius pectore, & anima ne vestigium quidem amoris, seu timoris Dei, neq; vlla prorsus verecundia inhabitat, sed potius proprijs passionibus omnino deditus est, quæ Babylon deuastata, quod bestiarum receptaculum huius anima facta est? Dicit præterea: Et occurrēt demonia, scilicet, tanquam ad propriam possessionem, & hereditatem. Quia Diuinus Apostolus ait: Si quis non habet spiritum Christi hic non est eius: ergo si nō Christi, cuius, nisi demoniorum. Idem Sanctus Propheta Isaias animam sanctam vireto florido odoriferoque comparauit dicens: Pōnit solitudinem eius, quasi hortum domini. Ex his duabus diuersisque locis planè colligitur, discrimen, quod versatur inter desertum aridum, & bellijs refertum, & inter viretum apprime cultum, irrigatum, & varijs floribus vestitum, aliquantulum inter iustum & peccatorem id ipsum versari. Hoc Diuus Augustinus in quodam sermone deplorat dicens. Quid tibi prodest o homo domum bonis refertam habere, si iniquitatibus repletus es? Quid miser plus æstimas in theca diuitias potius, quam in anima reconditas habere? Haud vis in hac vita rem malam possidere, non vineam in fructuosam, non domum inueteratam, non pallium scissum, non caligam repectatam, vnicam verò animam, quam habes quamquæ tibi Deus donauit, ratione cuius hæc omnia possides, hanc corruptam esse fers? Obsecro te (ait ille) quod præponas animam tuam caligæ tuæ. Cum quidam Philosophus ab alio inuitaretur, & dicumberet, videns domum valde ornatam, & mundatam, & illum, qui eum inuitabat in compositum & turpem esse, veritus, vt spueret, & nullum turpiorem locum intus facie illius, in eam exspuit. Ita hi miseri peccatores, conspici, & illud merentur, quia cum alia omnia munda velut habere, se ipsos tantum fetidos volunt. Confundamini ergo dilectissimi rem tam pretiosam, quæ est anima, in qua tantam pulchritudinem Deus posuit, tam vilipendere, & ita deturpare. Dicite quomodo core pictor afficeretur, qui postquam euidam imagini depingendæ insudauit, & omnem operam adhibuit, vt tangenti

Isai. 34.

Rom. 8.

Isai. 51.

D. Aug.

Simile.

Ezech. 16.

Plat. l. 9. de
repub.

Ezech. 37.

fui vires in ea experiretur, postea, labefactam oblitam que cerneret? Quid etiam Deus sentiret (dato poenae capax esset) videns imaginem quam ita apprime depinxit, & quae tanti ei stetit tam deturpatam, & infectam labe? Quo affectu per Ezechielem de hoc conqueritur idem dominus dicēs: perfecta eras in decore meo, quem posuerā super te, & habēs fiduciam in pulchritudine tua, fornicata es, vix, vix tibi, ait Dominus Deus. Et nō tantū apud sacras literas ostenditur, quam iniqua res sit peccatū, & quomodo peccatores spirituali vita sint priuati, sed etiam Plato rationis tantum lumine ductus dixit: Nihil aliud est peccare, quā collo sibi vincula circumdare. Et quemadmodum qui funem collo ligat, & se suspendit, vita corporali se priuat: ita qui graui scelere ligatur vitam spirituales sibi adimit, & mortuus manet. Et de his mortuis dicit dominus: *Quia venit hora, & nunc est, quando mortui audient vocem filij Dei, & qui audierint uiuent.* Refert Sanctus Ezechiel, quomodo ab spiritu domini ductus fuit in campum ossibus aridis, & vetustis plerum, cui praecepit Deus, vt illis prophetaret. Qui virtute verbi diuini confusus, non haesitauit neque dubitauit vidēs ossa arida, sine cute, carne, neruis, & absque medulla esse, & vnum quodque hinc inde dispersum. Et illis prophetare decernens, coepit, vt optimus Rhetor attentionem captare dicēs: Ossia arida audite verbum Domini. Quo prophetante accesserunt ossa ad ossa, vnumquodque ad iuncturam suam, & super ea nerui, & carnes ascenderunt: & extenta est in eis cutis de super, & ingressus est in ea spiritus & reuixerūt, steteruntque super pedes suos. O Munde, munde campus hic mortuorum ossibus plenus tu es. Peccatoribus nāque siccis, & absque medulla deuotionis propter peccatum refertus es. Et quemadmodum illa ossa diuisa erant, & seiuncta, sic peccatores discordes sunt, & nullus in propria iunctura est, quia nullus secundum proprium statum viuit, nullus inquam eorum qui in peccato sunt. Nam neque nobilis, vt nobilis, nec peritus, vt peritus, neque praelatus, vt praelatus, nec clericus, vt clericus, nec monachus, vt monachus, nec coniugatus vt coniugatus viuunt, dum in peccato lethali sunt. Quia propter ipsum fines excedunt ipsius, quod eorum status postulat: omnes nāque absque charitatis neruis sunt. Et sicut ossa illa carne exuta erant, ita illi omni tenentudine & lenitate pietatis & compansionis carent. Nam sibi inuicē non cōpatiū

atur plusquam canes felibus. Et pelle carere, quæ eos protegat, est
 omni verecundia, & timore carere. Ingens profectò calamitas est
 homines peccatores esse: cæterum tam dissolute, & libere pecca
 re, quod videntur gloriari carnales esse, vltiores, tyranni, & super
 bi, hoc peius profecto est, & aliorum peccatorum pœna. Et ita
 vbi nos legimus in Esaia: Abscondi a te faciẽ meam in paraphra *Esa. 57.*
 si Chaldaica habetur: Abscõdi maiestatem meã ab eis. Hoc est, in
 suorũ peccatorũ pœnã permisit, vt meam infinitã celsitudinem
 nullatenus timerent, aut reuererentur, quæ verecundia erga Deũ
 deperdita, nec erga homines habetur, vnde hi miseri expoliati,
 atque excoriati manent, videlicet, improbi sibi esse non tan
 tum contenti, sed etiam suis publicis peccatis alios prouocan
 tes, vt improbi sint. Ceterũ sicut Sancto & zechiele nomine Dei
 23 illis ossibus aridis prophetante reuixerunt, ita peccatores diu
 num verbum audientes vitam recuperare debent. Ossa arida au
 dite verbum domini, quia quauis ad eò arida sitis, verbum Dei
 mirificum fructum in vobis efficiet. Nã sicut illic sonus, & com
 motio facta est, & ossa ad ossa accesserunt, sic verbum filij Dei
 corda vestra commouebit, vt proximis vestris reconciliemini,
 & mox fortissimis charitatis neruis ligabimini, & carnem le
 nem, & teneram, videlicet, pietatis viscera habebitis, & honesta
 tis, atque verecundiæ pelle operiemini. Itã, vt merito dicatis, eru
 bescimus in quibus antea gloriabamur. Et ita recipietis spiritũ,
 & vuetis.

Quia venit hora, & nunc est, quando mortui audient vocem filij Dei,
 & qui audierint uiuent. Hic audire, obedire significat, & diuinẽ vo
 24 luntati obtemperare, & propriam negare, quæ totius humanę
 miserix causa est. Hoc manifeste constat in Hieremia, vbi Do
 minus Hebræis dicit: Audite vocẽ meã, & ero vobis Deus, & vos
 eritis mihi populus. Et quid esset vocẽ eius audire statim expo
 suit dicens: Et ambulate in omni via mea, quam mandavi vo
 bis, vt bene sit vobis. Et cõquerens de illis subdidit: & non audie
 runt neq; inclinauerunt aurẽ suam, sed abierũt, in voluptatibus,
 & in prauitate cordis sui, facti que sunt retrorsum, & nõ in an
 te. Et est notandum, quod vbi nos legimus hic: Sed abierunt in
 voluptatibus, alia translatio habet, sed abierunt in voluntati
 bus, & sic legit Beatus Hieronymus. Et in paraphra Chaldaica
 habetur: Sed abierunt in consilijs. Hic fons, & origo omniũ ma
 lorum

Hier. 7.

lorum est, videlicet, post appetitum suorum fluctus homines
 abire & propriam voluntatem, & sua consilia sequi, non autem
 Dei. Eia ergo mortui in peccatis attendite nunc horam esse, vt
 audiatis & vitam recipiatis. Venit hora, & nunc est (ait.) Quia
 etsi semper hora fuit dum homines in hoc seculo vixerunt ob-
 temperandi Deo, & poenitendi, modo vero postquam vitę fons
 Iesus Christus in mundum venit proprius in ea somus; post-
 quam remedia tam singularia exhibuit, vt peccatores ad diui-
 nam gratiam reuocentur. Venit hora & nunc est. Modo est, ne
 præterire eam sinatis. Nanque hora vitę huius transacta nul-
 lum postea remedium, nullaque recuperatio erit. O animæ infe-
 rorum ignibus exardentes, quæ æterna estis, ac proinde in sem-
 pitemum illis comburemini, cur à misericordiarum patre ve-
 niam nõ efflagitatis? Quoniam hora præterijt, quam nunquam
 recuperabimus. Patientissimus Iob in sterquilinio constitutus
 vim maximam lachrymarum fundens dicebat: Quis mihi tri-
 buat, vt lim iuxta mentes pristinos, quædo lauabam pedes meos
 butyro, & petra fundebat mihi riuos olei. Beatus Gregorius in
 Moralibus ait: Neque res, quæ per historiam virtus, per sig-
 nificationem culpa est, & e contra. Erat hic plâsus sanctissimi Iob
 quem mira patientia edidit, damnatorum plancium, & iolatorum-
 que significat quomodo iugentur apud inferos dicentes: O nos mi-
 seros, & infelices, quomodo è manibus elabi illam occasionem
 datamque opportunitatem, quam in mundo nacti eramus abire
 delinimus? Quædo nostros pedes, hoc est affectus nos vestros di-
 uinæ gratiæ butyro lauare potuim? & eo tempore, quo petra Chi-
 stus seruator noster tot cruciatibus perforata, & riuus plâsus,
 vna tantum lachryma, vno interiore & perfecto suspirio aut gemitu
 à nobis edito effundebat nobis riuos olei misericordiæ. Sed iam
 hæc opportunitas abiit, nunquam, nunquam, nunquam eam recuperare
 poterimus. Hic vere est ille conscientie vermis, ille scrupulus re-
 mordens, quæ spiritus sanctus illi imputatur dicens: Memento
 inquit ire, quoniam non tantalabit tibi talia, valde spiritum tuum, quo-
 niam vindictam commisit tibi spiritus, & vermis. Erit. Isaiã etiam di-
 citur: Vermis eorum non morietur. Qui est rabies, id est, (vt
 dicitur in psalmo, y. vna. vermis eorum, nuda) quæ in habent infelices, quod
 occasione obliata, vt non fuerint. Et cum supra scriptura de
 illis ait: Poenitentiam agentes, & per angustias spiritus gemen-
 tes.

Iob. 29.

D. Greg. 3. l. 1.
Moral. c. 21.

Ecdi. 7.

Isai. 66.

Sap. 7.

18tes, intelligendū vobis est, non eos pœnitere offensionis diuine, nisi quod ex malefactis operibus suis tot, quot sustinet, mala eis subsequuta fuerint. Itaque semetipsos, & non Deum offendisse doleat. O res dicta, audituque horrida. Quid non eis paueamus? Est ne hic aliquis mortuus? Aliquis in peccato mortali iacens? O iustorum vita Iesu-Christe, fili Dei, illucesce illi pro tua pietate, vt vitam in hac hora recuperet.

Venit hora, & nunc est. Vocat hic Dominus vitæ spatium, horam ad significandum eius breuitatem, & ad nos permoendos vt diligenter illam lucremur antequam effugiat, nō reuersura. Hęc vna est ratio, quare spiritus Sanctus in sacris literis vitam hominis, multis rebus fragilibus, & caducis, ac fugacibus comparat. Aliqua, ad eam famum dicit, vt in Psal. Defecerunt sicut funus 19 dies mei. Et sapiens ait: Tanquā fumus, qui a vento dissipatus est. Aliquando vapor dicitur. Quę est vita vestra? vapor ad modicum parēs. Aliquando dicitur umbra: Sicut umbra cum declinat ablatas sum. Alias ventus vocatur: Memēto mei Deus, quia ventus est vita mea. Alias floribus comparatur: Dies eius tanquā flos agri, sic effloret. Et alibi: Gloria eius tanquā flos fœni. Et flo- 20 re quidē deterior est. Namq; flos marcidus, & siccus adhuc etiā bene olet, homo autē momento temporis corrumpitur, ac graue olet. Denique Regius David ait: Veruntamen vniuersa vanitas omnis homo viuens. Quod periside est ac si diceret: In ho- minis vita vniuersa miseria, & calamitates, quę alijs creatoris sunt diuise cumulatę sunt. Cognoscentes iusti vitam esse bre- ue momentum, ex hac cognitione tanquam præteritam iudi- 21 carunt, seque mortuos reputauerē. Et ita Diuus Paulus inquit:

Psal. 102.
Sap. 5.
Iaco. 1.
Psal. 118.
Iob. 7.
Psal. 102.
1. Pet. 1.

Psal. 38.

Colos. 3.

Mortui enim estis, & vita vestra abscondita est cum Christo. Et ex hac consideratione, videlicet, se mortuos esse existi- mantes, vel proximos esse vitę finem tanquam si iam caudam in manu habere, et fraccas admirabiles perciperent. Primo op- portune efficere conati sunt, quod vos fecisse cupietis, quando illum horam attigeritis, ad entis anime exhalationem. Secundo cor suum inere humilitatis, & abiectionis proprie operuerunt, ad conseruandas, scilicet, amoris diuini prunas, quas Deuseo- rum animis incendit. Necnon & suo proprio cinere inimico- rum suorum fallacia, & laqueos præfecerunt: quemadmodum San- ctus Daniel illorum sacerdotum vestigia reuelauit, qui per-

Dani. vit.

II pul.

pulo persuadebant idolum illud, quod Babylonici adorabant, et comedere quod ipsi offerebāt. Idolum, quod nos adoramus, venter est, vt Diuus Paulus ait: Quorum Deus venter est. Qui vero nos sollicitant, vt plurimum huic Deo offeramus, sunt demones, non quod sit corpori nostro necessarium, sed, vt ipsi illo pascantur, vtque appetitum suum expleant, qui est nostra ruina, & damnatio. Cum persuasa à demonibus præstamus, & exequimur illorum voluntatem latiantes pascimus vt Babylonij sacerdotibus suggerebant, quæ idolo offerebant. Sed sparso cinere per templi pavementum, vestigijs pessimorum sacerdotum dolus apertus est. O helluo, ventris tui adorator, vis ne Dæmonum allutias agnoscere? Vis nescire, quomodo te sedurant, significantes, & persuadentes tibi necessarium esse nimis ventri indulgere? Disperge cinerem per pavementum corporis tui, & quod sit in cineres reuersurum hac memoria illud operi, & in hoc cinere dæmonum vestigia apparebunt, & quomodo te deceperint inducenteste, vt coquus vermium existeres. Cum ergo fratres notam sit hanc vitam quandam horam breuem esse, necesse est, vt quod temporis deest, diligentia superfit. Illi beatissimi Angelici spiritus, breuissimo spacio (quod Theologi secundum Angelorum instans vocant) plus multo, quam complures sancti, qui per multos annos vixerunt meruerunt. Illa enim morula infinita tempora eis ob oculos proposita & repræsentata fuerunt, quibus se Dei Optimi Maximi seruitio deuouerunt in illa fide, & amore feruido, si eos sine repentina confirmatione reliquisset. Et ita tantum obtulerunt, quantum facere, & absoluerere cupierunt, & illi desiderio meritum cor-
 28
 respondit. Contra vero maligni spiritus tantam pœnam meruerere, quantum mali patrare desiderauerunt. Ita nobis omnibus expedit multa artificia, & modos opere, & desiderio exquirere, vt tota hac breuissima hora multa merita in diuino conspectu lucremur. Sic ecclesiasticus admonet dicens: Fili à iuuentute tua excipe doctrinam, & vsque ad canos inuenies sapientiam. Quasi sis, qui arat, & qui seminat, accede ad eam, & sustine bono stratus illius, in opere enim ipsius exiguum laboris, & cito edes de generatione illius. O verba mirifica, quibus nos docet Spiritus Sanctus, quod sicuti agricola arat, seminat, & accurate munus suum exequitur, ac nox, & lux in illo rustico labore cum in-

Phil. 3.

Eccles. 6.

14tercipiunt, eodem prorsus modo nos, tanquam præcipuum mu-
 nus salutem nostram vt perficiamus suscipere debemus. In id-
 que summa cura, atque diligentia totum vitæ tempus collocan-
 da est. Sed vix, vix, & millies vix. Quia verba desunt, quibus inca-
 riam, quã præ se ferunt multi ex Christianis satis significare va-
 leamus, qui tantam rationem habentes temporis arandi, & semi-
 nandi ne prætereant, totum vitæ spatium sine vlllo lucro, aut fru-
 ctu spirituali transcurrere sinunt. Metue, metue obexcate pecca-
 tor, ne te illa sanctissimi vatis Hieremiæ maledictio de infeli-
 cissima quadam anima comprehendat, mysticè dicentis. Nul-
 lus auertat eam, omnes, qui quærun eam non deficient, in men-
 struis eius inuenient eam. Hoc est, nullus eorum, qui eius sa-
 luti inuigilant poterit eã à suis iniquitatibus remouere, & quot
 15 quot eius damnationem inquisierint, videlicet, dæmones non
 deficient, nec lassabuntur, & in tempore strictiore & magis la-
 borioso inuenient eam, quando se expedire non possit. Cùm
 suis abominationibus & turpitudinibus, adeo inuolutam &
 irretitam se viderit. (*Que no se sepa dar à manos*) ibi eam compre-
 hendent, videlicet, in hora mortis: hoc enim significat, in &c.
 In menstruis eius inuenient eam. Super illo, quod in Iob legi-
 tur, nimirum in vnaquaque rerum iactura quendam nuntium
 venire, vt Iob patientissimo de ea renuntiaret, Diuus Hierony-
 mus inquit. Hunc nuntium dæmonem esse. Nanque miracu-
 lousa res videtur in vno quoque eius labore, & calamitate, vnum
 tantum nuntium venisse. Iuxta hanc igitur opinionem, dæ-
 mon, qui damnatum inferebat, ipse nuntiabat. Haud aliter tibi
 16 peccator continget. Etenim tui obitus hora ipse diabolus, qui te
 ad scelera inuitauit, & incendit, nuntium condemnationis tuæ
 tibi afferet, Omnia hæc euenire solent peccatori, quoniam filij
 Dei vocem audire respuit, quo tempore, spatium & oportuni-
 tatē à Deo obtinebat. Quod si quis dicat: Quãquam modò nō
 audiam, morti propinquus illum accipiam, eiq; obtemperabo,
 verissimamq; agam poenitentiam, quisnam te certum facit, aut
 securum ò stulte tunc te occasionem habiturum ad rem tãti mo-
 menti conficiendam, cum omnibus requisitis circumstantijs? In
 libris Regum legitur, illum Semei, qui tot maledictis & iniurijs
 Dauidē lacesserat, postea, cū in suū imperiū ac maiestatem restitu-
 tū conspexisset ei obuiã processisse, & coram Rege prostratū
 con-

Hier. 20

Iob. 10

D. Hier.

2. Reg. 19

confessione in prima quidem facie humiliter fuisse, his verbis: **27**
Ne reputes mihi, domine mi, iniquitatem, neque memineris iniu-
riarum seruiti, agnosco enim seruus tuus peccatum meum.
 Quo I cum audisset, famulus quidam David, ostendens se sto-
 machatum, & irapeccitum propter illud figmentum ait: Nun-
 quid pro his verbis non occidetur Semei? O quot quantisque acci-
 dit, ut toto vitæ sur curriculo in inferendis quam plurimis sum-
 mo regi Christo iniurijs transacto ipso tamen mortis puncto,
 ipsius summi regis omnipotentiam contemplantes, & timore ius-
 titiæ eius ægritudine perturbatos confiteri peccata sua, & mi-
 sericordiam eorum tam imperfectè postulare, ut digni sint, qui-
 bus dicatur: Nunquid pro his verbis non occidetur Semei? Ne-
 que tamen hoc dico fratres charissimi, ut interdum vobis pœ-
 nitentiam in illa postrema hora, quamvis prauitate vestra, to- **28**
 ta vita id non curastis, sed tantum, ut persuadeam, ne illud
 tempus eam differatis, in quo tam parua opportunitas ad agen-
 dam, ut conuenit dari solet. Qui iter faciunt terris niuosis, illo
 nimio candore acie videndi obtusi, diuersorium ingredien-
 tes nihil profuscernunt, atque ideo periculosissimum est tunc
 loca procliuia & tenebrosa adire. Eodem certe modo complu-
 res hominum alboribus, & prosperis mundi huius rebus insi-
 stentes, eis se nimium deuotentes (quæ quasi nix facillime
 dissoluntur) cum ad mortis ianuas ad æternam beatitudinem
 intraturi perueniunt, ita caligant, & cæcutient, & visu he-
 betes sunt, ut quod sua plaris intersit, minime distinguant.
 Unde fit, ut iudicij & mentis expertes moriantur, neque sui
 ipsorum compotes. Communiter enim, qui male viuunt ma- **29**
 le moriuntur. De Saule in sacra scriptura dicitur, maximas
 crudelitatis & iniustitias dum viueret exercuisse. Postea verò
 inquit faceret textus, exeuntem illum à praelio vulneratum dixit
 se ad Arnigerum suum. Euagina gladium tuum, & percutite me,
 ne forte veniant incircuncisi isti, & interficiant me illudentes
 mihi. Cum per vitæ cursum superbiæ vanitatisque seruissset,
 etiam in illa vitima hora, ita in illo dominabatur, ut nefu-
 dibris ab Ethnicis se habitum videret, agnosceus armige-
 ram seruum ei manus inferre nolle arripuit gladium suum,
 & ieruit super eum. Et sic, ut reprobis vitam finiuit sempiter-
 nis inferni ignibus exarsurus. Et quanquam aliquibus tunc
 prius

Simile.

1. Reg. 31.

30 prudentiam retinere contingat, vt domestica negotia optime disponant, vt autē animæ prouideant, consilium & prudētia deficere solet. Quemadmodum in foelicissimo Achitopheli contingit. De quo dicitur: Porro Achitophel videns, quod non fuisset factum consilium suum, abiit in domum suam & disposita domo sua suspendio interiit, ordinauit domum, & deordinauit vitam, famam & animam. Denique vitæ mors respondit. Ecquis est ita corde durus, qui hæc audiens se corrigere & emendare, & ad Deum se conuertere non curet? Quia venit hora quando mortui audient vocem filij Dei, & qui audierint uiuent. Diuinus spiritus vos illuminet o fratres, vt id ita faciatis.

2. Reg. 17.

Sequitur amplius. *Sicut enim pater habet vitam in semetipso, sic dedit & filio, vitam habere in semetipso.* Hoc est, quemadmodum pater habet vitam in semetipso non accidentalem, sed essentialem & quemadmodū est fons vitæ, ita mihi vitam essentialem dedit habere, & fontem vitæ, vt ipsemet, esse. *Et potestatem dedit ei iudicium facere quia filius hominis est.* O verbum super mel, & fauum dulce. Maxima profecto beneuolentia fuit, omnia mea negotia patrem æternū fratri meo credere, meumq; iudicem facere quē dā hominem, & talem, qualis Iesus Christus: qui propter nos homines & propter nostrā salutē crucifixus, & mortuus est. Quis ergo illum cum propria causa adibit, quin ab ipso pijs oculis respiciatur? Hoc Diuus Paulus perpendit, dicens: *Quis est, qui cōdemnet? Christus Iesus, qui mortuus est, imo qui & resurrexit, qui est ad dexteram Dei, qui etiam interpellat pro nobis.* In nostrum solatium protulit pijsissimus Iesus hæc verba, videlicet: *potestatem dedit ei iudicium facere, quia filius hominis est.* Iudicem hominū illum constituit, quia est homo studiosissimus, & amicissimus hominum.

Rom. 8.

Nolite mirari hoc quia venit hora, in qua omnes, qui in monumentis sunt audient vocem filij Dei. O summa veritas, & cōsummata sapiētia Christe, qui dais: *Quia venit hora?* Quandoquidem vniuersale adhuc iudiciū non aduenerit, venisse iā affirmat, quia certissimū est futurū, & quia nos taliter vitam agere oportet, ac si iam actualiter iudicaremur. Sic etiā, vbi nos legimus: *Patientes estote, & vos, & cōfirmate corda vestra, quoniā aduentus domini appropinquabit: alij transtulerūt: Quoniā aduentus dñi appropinquauit.* Et sic est etiā in contextu Græco. Ponitur de præterito,

Iac. 5.

vt significetur infallibilitas, & certitudo illius aduētus & ipsius³³
 breuitas respectu æternitatis, & durationis bonorū, & malorum
 eorū, qui iudicādi sunt. Et notandū est, quod etsi dominus dicat:
 venit hora, non addidit; Et nūc est, nec quādo hæc vniuersalis re-
 surrectionis hora futura esset declarauit, vt nos commoueret ad
 hoc vt omnibus horis parati essemus. Et procedēt, qui bona fece-
 rūt in resurrectionē vitæ, qui verò mala egerūt in resurrectionē
 iudicij, id est condēnationis. O felices quibus tam fælix fors cō-
 tinget, vt illa hora resuscitentur ad vitam tam singulari fruendū,
 vt hæc vita cum illa collata potius mors, quā vita dicenda sit.
 Vnde dominus cuidā iuueni dixit: Si vis ad vitam ingredi ser-
 ua mandata: Non dixit: Si vis ad vitam æternam ingredi. Nam
 dicens vitam simpliciter, & absolute per antonomasiam, & per
 quandam singularitatem intelligitur de illa vita sempiterna, ad³⁴
 quam nos perducatur Iesus Mariæ filius. Amen.

March. 19.

Concio Secunda Funeralis.

Audiui vocem de cælo dicentem mihi, &c. Apoc. 14.



BEato Apostolo, & Euangelistæ Ioanni in insula
 Patmos exulanti omnes persecutiones in eccle-
 siam sanctā superuēturas alias ab Imperatoribus
 alias ab hæreticis, & inter eas quandam terribilif-
 simā, & acerrimam, quæ erit Antichristi Deus
 reuelauit. Vnde ipsemet ait: Vidi de mari be-
 stiā ascendentē, habentē capita septem & cornua decem, & su-
 per cornua eius decē diademata, & super capita eius nomina bla-
 phemiarū. Et aperuit os suū in blasphemias ad Deū, blasphemare
 nomē eius, & tabernaculū eius, & eos qui in cælo habitant. Om-
 nes doctores hæc prophetiā ad literam de Antichristo qui ante
 finē mundi uēturus est, declarāt. Vocatur uero bestia quia erit
 homo bestialis, ritu ferino, qui effrenato impetu omnibus flagi-
 tijs & peccatis mortalibus sese tradet. Cornua uero eius plurimi
 reges & principes erunt qui eum protegent, opemq; ferēt ad cū-
 sta scelera sua exequēda. Hæc autē cornua coronas habebāt quia
 illi

Apoc. 13.

2 illi maledicti Reges, coronas honoris omnibus vitiosis hominibus imponēt. Liberet nos Deus à tã periculoso tēpore. Nã si modo mundũ tot flagitijs redundare, opertumq; videmus, cũ multi principes & prælatiẽ qui iusti q; existant, qui his obliſſãt, delinquente spuniendo virtute autem præditos præmiando, tanquã ministri Dei ab eo missi, vt Diuus Petrus in sua canonica ait: 1. Pet. 2.

Ad vindictam malefactorum, laudem verò bonorum, quid, heu dolor, erit, quando Reges extiterint, qui puniant probos, improbos verò coronēt? Quid quẽso sentiret gloriosissimus Apostolus, quando tam tristia, & acerba ei Deus revelauit? Quanta amaritudine cor eius affectum remaneret, audiens sibi dici: Antichristum, & eius sequaces prædicaturos esse Christum non esse Deũ, ecclesiãq; catholicã nõ esse salutis æternæ statũ. Apo-

3 stolos deniq; , martyres, confessores, & virgines, qui Iesu Christi seruitio addicti è vita discesserunt, nõ esse in beatitudine, sed sempiternis ignibus deputatos? In diebus igitur illis (ait ipse) cũ viscera mea dolore transfixa erant: *Audiu vocem de celo dicentem mihi, Scribe: Beati mortui, qui in Domino moriuntur.* Quasi dicat: Ne vocibus istius maledictæ bestię credatis, quæ blasphemie sunt.

Audite potius & credite, quod mihi vox de celo dixit, scilicet, Omnes, qui in obsequio, & gratia Iesu crucifixi moriũtur saluos fieri, beatosq; esse: Tunc tēporis cũ illud bestię arcanũ ei aperuerat, hanc vocẽ simul misit in eius solatiũ, & nostrã sublenationẽ. Attēdite cui vox coelestis dirigitur, exultãti, maribus circũ-

1. Pet. 2. 2.

dato, nõ, nisi herbas comedẽti. Quid ergo illi dicit? *Scribe.* O tu qui exulas, tuo animo ac memoriẽ hoc imprime. Quod scribimus eo scribimus, vt tanquã res nobis vtilissima in nobis remaneat. *Quid igitur scripturus est: Beati mortui, qui in domino moriuntur.* O anima exul, quẽ in labore versaris, fame, siti, & afflictionibus vis ne magno animo ista perpeti? Scribe in mēte tuã venturã esse diẽ, qua de hoc carcere, & exilio liberatũ iste labor & omnes, quoscũq; modo suffers corã Deo, & Angelis te comitabuntur.

Opera enim in librorum sequuntur illos. Omnia mala, quæ malus committit, quãquã ipse nõ sic existimet, in libro Dei scripta sunt. Et licet tu, õ peccator illorũ obliuiscaris tēp⁹ erit, quo omnia absq; eo quod iota vnũ aut apex desit conscripta videbis. Vnde S. David ait: Imperfectum meum viderunt oculi tui, & in libro tuo omnes scribentur. Et propheta Ezechiel ait, ostendisse sibi Deũ

*Psalm. 128.
Ezech. 2.*

librum,

Simile.

librum, & scriptas esse in eo lamentationes, & carmen, & v̄c. Ecce quomodo quauis Israel minime cogitabat scripta habebat Deus in illo libro eius mala, & supplicia, quib⁹ opportuno tēpore eū affecturus erat. Accipit quis a mercatore sub cautione, & nominibus alias soluturus credito, id est (*Alfiado*) modo vnū dein de aliud, altera die aliud &c. Et quoniā illud nō prēfenti, sed credita pecunia datur, nullā rationē de ipso habet. Mercator verò cūcta ad vnguem in rationario, seu exceptorio scribit. Cūq; minus ille opinatur accedit exactor ad ostium, & nuntiat ei dicēs, Redde quod debes. Et ita ad carcerem trahitur propter debitorum fortassis oblitus erat. O peccator cæce modò in hoc seculo voluptates recreationesque illicitas accipis, quasi creditas id est, (*Fiadas*.) Omnia tamē te nesciēte Deus scribit, & omnia si mul quando nō putaueris solues. Cōtra verò probus quanquam maximis persecutionibus infestari se videat, si tamē librū Deū habere cōsideret in quo omnia eius facta, & labores excipit, debitumq; præmiū redditurum cōscribit, maximè consolabitur. Quā abiectus ad fores palatij regis. *Assueri* Mardocheus erat. Sed quoniā in annalibus regijs scriptū erat, quod fecerat pro Rege, ipso inopināte librū aperiri rex imperavit, & obsequiū sibi exhibitū a Mardocheo inueniēs summis titulis illū honorauit. Cū librū Deus patefieri iusserit, vbi iustorum merita descripta sunt, quo honore illos afficiet? Letamini ergo serui Dei: nāq; sine vllō dubio ita cōtinget, quādoquidē cœleste verbū id ita alleuerat dicēs: Beati mortui qui in dño moriūtur: opera enim illorū sequūtur illos. *D. Chryso.* ex peccato duas filias ortas esse asserit tristitiā, scilicet, & mortē. Nisi peccatū existeret, hæc duo minime essent: ex hac enim pessima matre ortæ sunt. Et perperditæ sapientiā Dei, qui statuit, vthæ duę filię istā pessimā matrē destruerēt, veluti vermes, qui a lignis nascūtur: & ipsamet exedūt atq; cōsumūt: sicut cineres, & pulueres cōbullæ viperæ (vt refert *Lactantius*) ad ipsius morsum sunt prēsentissimū remediū. Quod autē tristitia cōsumat peccatū. *D. Paulus* affirmat dicēs: Quę enim secundū Deū tristitia est: poenitentia in salutē stabilem operatur. Et ante hoc dicit illis noue credētib⁹: Si cōtristati vos in epistola, nō me poenitet, nō quia contristati estis, sed quia contristati estis ad poenitentiam. Quod autem mors destructionis peccati sit causa, idē sanctus *Apostolus* affirmat, peculiariter de *Christi* Redem

Lacta. Tit.
li. de irā Dei.
cap. 13.
Rom. 5.
2. Cor. 7.

Redemptoris nostri sacratissima morte agens, his verbis: **R**ecōsiliati sumus Deo per mortem filij eius. Ideo que sancta Ecclesia canit: Mortem nostram (scilicet peccatum) moriēdo destruxit. **D**icitur præterea peccatum à morte destriui, quoniam ipsiusmet mortis memoria peccator conuertitur, & conuersus in gratiæ vita conseruatur. Vnde vnumquēque nostrum Spiritus sanctus monet, dicens: Memorare nouissima tua, & in æternum nō peccabis. Perpendite obsecro, qualiter particulariter dicat: **N**ouissima tua. Quoniam etsi nouissima aliorum recordari, homini vtilissimum sit: vtilius tamen est sua propria mente tenere, atque agitare. Magnam operationem apud animū hominis facit mortem cuiusdam principis cernere, à quo multorum spes pependunt, cui multa capta sunt regna, cui multi parebant, & grati esse desiderabant, cuius oculi, & aspectus modo tristes, modo lætos plurimos reddidere, ac si magis animis, quam corporibus dominaretur. Sic hunc diuitem, & præpotentem die mortis suæ corā tribunali maioris, ac potentioris Regis, videlicet, Dei circumferri, & suorum omnium suffragijs egentem considerare magnam operationem apud animū hominis facit. Et quidem rationi valde consentaneum est, vt principes mortui occasione nobis sint ad Deum querendum, quando quidem viui ad eundem perdendum etiā offendiculum nobis præbent. Quod si hoc nostris oculis intueri, & in memoriam postea reuocare efficacissimum medium est ad destruendum peccatū, potissima huius causa est, quoniam hac via nostri proprii finis memoria in mentem venit. Hoc enim est commodū (vt inquit Salomon) quod ex accessu ad domum lucus deducitur. Melius est (ait ille) ire ad domū lucus, quam ad domum cōiuij. In illa enim iniscunctorum admonetur hominum, & viuens cogitat, quid futurum sit. Migratio cuiuslibet à vita, nobis in memoriā reducit, quomodo principes, & infimi omnes interituri sint, & in tantam corruptionem hos quantā illos vertendos esse: Omnis caro fœnū, & omnis gloria eius, quasi flos agri. Exiccatum est fœnum, & cecidit flos, dixit sanctus Iſaias. Fœno significauit popularem multitudinem, flore verò principes & potētes. Et cum fœnum, & flos vireſcūt pulchrior est flos fœno, sed solis ardore superueniente, simul vtrumque marcescit, tam deforme est vnum quam aliud. Similiter magnates, & ignobiles, diuites, & inopes, in corruptionem

Eccle. 7.

Eccle. 7.

Isa. 40.

foeditatem, & miseriam per mortem vertantur. Et huius cōsideratione viveat cogitat quid futurum sit, scilicet, de seipso. Cogita igitur, o mortalis homo, quid de te hodie, aut mane futurum sit & nihil prodeffe ita tecū agere, iuuenis sum, ideo longius quam senes viuam, cum mors iuuenes, & senes æquo pulset pede, ne miniq; parcat. Si quis figuli domum ingrediens multa vasa fictilia inspiceret, & figulum interrogaret, quod nam illorum durabilis esset; sane figulus talem interrogationem irrideret, responderet que: Cum omnia sint ex luto & æqualiter fragilia illud prius frāgetur, quod prius e manibus ceciderit, vel cui laesio facta fuerit. Valorum nanque, neque quod duobus ante annis, neque quod duobus ante mensibus factum est, alterum altero est fortius. Idem dicendum est de corporibus mortalibus. Omnia enim sunt lutea & caduca, ita puer, vt senex. Ille, quem Deus prius ictu lædere, pulsareque voluerit, frangetur, & prius morietur: tot siquidem mors aditus habet quot membra in homine sunt. Antiqui mortuorum sepulchra monumentum vocabant, quasi monens mentem de memoria mortis. Viuu autem etiam in vita sua sepulchra sibi condebant, quo sibi in memoriam reuocarent cito se esse mortuos. Ipsa die, qua Imperator coronabatur quatuor, aut quinque artifices, cum lapidibus diuersi generis ad eū ingrediebantur, & ipsummet interrogabant: Ex quo horum lapidum vis o Imperator vt tuum monumentum fabricemus? Idque fiebat, vt memoria recoleret (quamuis Imperator esset) mortalem tamen esse, & ne illa tanta dignitate peruerteretur. Si ergo Ethnici has rationes, & adiuuenta excogitabant, vt mortis recordarentur, & illius memoria à vitijs auerterentur, & virtutes operarentur, quid æquum erit nos Christianos facere, vt eius nunquam obliuiscamur, siquidem animæ immortalitatem, præmiorumque, & tormentorum æternitatem credimus? Sed prohi dolor: nam multi Christianorum suorum nouissimorum plus forte, quam ipsi Ethnici obliuiscunt; atque hoc malum non solum in adolescentibus, verum etiam in senibus reperitur. Quibus illud Hieremiæ merito dici potest: *Væ vobis, quia longiores factæ sunt umbræ vesperi.* Naturale est umbras occidente sole, & etiam oriente longiores fieri. Sanctus tamen Propheta non fleuit eo, quod maiores sunt umbræ in ortu solis; flet autem quo-

Simile

Hier. 6.

14 quoniam augentur in eius occasu. Ex quo intelligetis sanctum Prophetam non propter id, quod litera sonat in cortice, flere: nam id naturale est. Sed loquitur de vita presentis, quæ est veluti umbra vitæ, quam expectamus. Flet autem, quoniam quando vita finitur, quando senio proximi estis, tunc viuendi desiderium, & acquirendi cupiditas in vobis augetur & etiam imperandi ambitio accrescit. Quod non tam flebile est in iuuentute, id est, in solis ortu contingere quam in senectute, quæ est solis occasus. Per immentam Dei charitatem vos obsecro, fratres, tam iuuenes, quam senes vt tam efficaci medicina, qualis est proprie mortis memoria, vtamini, & in eternum non peccabitis. Aqua fluij Tigris lauit pedes suos Tobias. Tigris idem est, quod sagitta. Vocatur autem hoc nomine fluius illi, eo quod rapidissimo impetu fluat, quo vitæ humanæ breuitas significatur: cuius breuitatis consideratione affectus desiderijq; cordis abluuntur.

Cum ergo tristitia, & mors, quæ sunt filie peccati, ipsius met peccati destruetrices sint, illis peccata vestra, siquidem peccastis, profligate, & destruite, vt vere de vobis in obitu dici possit: *Beati mortui, qui in Domino moriuntur.* O Deus infinitæ sapietie, quid mortem rem, scilicet, tam horridam & exosam beatificas, & laudas? Iob alias sanctissimus & patientissimus dicebat, *Iob. 10.* Manus tuæ fecerunt me, & plasmauerunt me totum in circuitu, & sic repente præcipitas me? Hoc est, Quicquid in me est, opus manuum tuarum est domine: & sic subito vis hanc machinam corporis dissoluere? hæc membra destruere? *De-*
 16 *ni-* que ea res est mors, vt de ea sacra scriptura dicat: Deus mortem non fecit: impij autem manibus, & verbis accesserunt illam. Non eam fecit Deus, nam in illo non est exemplar nec idea illius, ipse enim vita est substantialis, in quo, & per quem omnia viuentia viuunt. Vnde Sanctus Iohannes dicit: *Iohan. 1.* Quod factum est, in ipso vita erat. Hoc est, omnia, quæ in tempore facta sunt, vitam & esse mentale ab æterno in verbo diuino habebant. Cum ergo ideam, siue exemplar mortis in se non haberet quomodo mortem à se educturus erat? Et nihilominus dicit: *Beati mortui, qui in domino moriuntur.* At verò vitam a deo ab omnibus expetitam & charam (quod optimè demonstrat cognoscens, dixit Beato Iob: *Pellem pro pelle, & cuncta,*

Ita, quæ habet homo, dabit pro anima sua, id est, pro vi-
 ta sua. Pellem namque filij vxoris, & fratris, dabit homo
 pro sua propria pelle, (sic enim propriam vitam diligit.) Hanc vi-
 tam, inquam, tam charam, quam tu Domine fecisti, cur quæ-
 admodum mortem, ita eam non laudas? Imò potius tuo di-
 uino spiritu dixit Sapiens: Laudauit magis mortuos, quam
 viuentes: Ad hoc respondeo, si vitam consideretis, vt à ma-
 nibus Dei exiuit, cum formauit hominem de limo terræ, & in-
 spirauit in faciem eius spiraculum vitæ, & factus est homo in
 animam viuentem, vt in Genesi habetur, istam vitam pre-
 tiosam & amabilem esse, tanquam rem à visceribus Dei edo-
 ctam. Cæterum si consideretis mortem, vt à manibus homi-
 num egressam, ita odibilis, & abominabilis est. At verò si vi-
 tam consideretis, qualem homo peccato reddidit, tam foedam
 tamque miseris plenam, hoc modo vix est, quod in ea laude-
 tur. Et ita sancti Epiphanius, & Eucherius, Chrysostomus, &
 Theodoretus affirmant, illa verba, quæ Dñs dixit, postquam
 Adā peccauit, scilicet: Nunc ergo, ne forte mittat manum
 suam, & sumat etiam de ligno vitæ & comedat, & viuat in eter-
 num. Post quæ verba statim sequitur: Emisit eum Dominus de
 paradiso voluptatis, aiunt isti sancti Doctores non fuisse suppli-
 cium, sed potius maximam Dei misericordiam, eum, scilicet,
 occasione priuare, ne posset immortalis esse in hac vita, tot mise-
 rijs calamitatibusque subiecta, quia vnum leuaminum quod in-
 prudentibus habet, est, parum esse duraturam. Atque ita vide-
 tur à Deo data fuisse, & concessa, quasi huius mundi pœnarum
 leuamen. Nam cum ibi homini Deus diceret: Maledicta terra
 in opere tuo, spinas & tribulos germinabit tibi, in sudore vul-
 tus tui vesceris pane tuo, mox subiecit: Donec reuertaris in ter-
 ram, de qua sumptus es, quia puluis es, & in puluerem reuerte-
 ris. Ac si diceret: Consolare, quoniam hæc pœnæ non multum
 durabunt, sed solum donec è vita migres. Et notate vos obse-
 cro primam possessionem, quam mors adiuit, non in Adam ma-
 lefactore fuisse, sed in innocente Abel. O incomprehensibilia
 iudicia Dei. Quænam hæc iustitia Dñe? Quid Abel admisit, vt
 prius mortis ianuam ingrediatur, cum tam iustus, & innocens sit?
 Quid prius iustitiam hanc tuam exerces in viro innocente, & vir-
 gine? Potius Domine manum deberes extendere contra proditorem

Eccle. 4.

Gene. 2.

Gene. 3.

auctorem Adamum, vel contra proditorem Cain, ne terram inno-
 cente sanguine iusti Abel cruentaret. Merito certè condemnã-
 te Domino Adamum ad mortem innocens Abel soluit prius,
 vt Theodoretus notat super Genesim, vt significaret nobis mor-
 tem non esse repulsam, id est, (*Disfavor*), sed maximum fauorẽ,
 quando quidem prius, in quo eam exercuit maior amicus fuit
 quem in terris tunc habebat. Vnde Sapiens ait: Placens Deo fa-
 ctus est dilectus, & viuens inter peccatores trãslatus est. Raptus
 est ne malitia mutaret intellectum eius, aut ne fictio deciperet
 animam illius. Si verò mortem consideretis, non qualis ab homi-
num manibus egressa est, nisi qualiter illam Deus adornauit (*Pla-*
aband) plane videbitis, inter se eas iam sortes mutasse, & quomo-
 do Deus à morte venenam abstraxit, vt per Oseam premiserat,
 dicens: **Ero mors tua o mors.** Vita mortis, amaritudo, & acerb-
 itas eius erat, & inferni portam esse, hanc vitam ab ea Deus abstu-
 lit, dulcem, coeli que ianuam eam faciens. Ideo illam iam, vt rem
 mortuam, puella, puerique irrident, & gaudentes ad martyriũ
 properant, & tyrannorum minas contemnunt, velut si quis ser-
 pentis pellem paleis refectam inspiceret: quæ quanquam exte-
 rius serpentis similitudinem præ se ferat, scit tamen interius ser-
 pentem non esse, & nihil præter illud exterius exillere. Ita iusti
 mortem contemnunt, quia vitæ autor Iesus Christus iam eã ne-
 cauit. Iam præter illud exterius, præter illam figuram, & appa-
 rentiam nihil remansit, sed illud tantum, scilicet, tolli nos e vita,
 quod in maiorem vtilitatem nostram redundat. Habetis globu-
los precatorios, id est, (Vnas cunctas) in maximo honore, & pre-
 tio, quoniã aliquas sanctas reliquias tetigerunt. Eodẽ modo post
 quam Christum Redemptorem nostrum mors tetigit maximi
 ponderis & æstimationis est. Hinc est quod olim Deus Israeli-
 tis longam vitam pollicebatur, propter legis eius obseruantiam
 dicens: Custodite, & facite quæ præcepit vobis Dominus, vt vi-
 uatis, & bene vobis sit. Modo verò in præmium magnorum ser-
 uitiorum mortem discipulis iuis promittit, dicens: Calicem qui
 dem meum bibetis. Et alibi: Tradet autem frater fratrem in mor-
 tem, & pater filium, & infurgent filij in parentes propter nomẽ
 meũ. singulare Dei beneficium, & quasi præcedentium meri-
 torum præmiũ est, in partem illi alicui fortitudinem, ad mor-
 tem amore suo tolerandam. Et ita Diuus Ambrosius testatur se

Theodore.
in Gene. 46.

Sap. 4.

Ose. 13.

Simile.

Simile.

Deut. 5.

Matt. 20.

Matt. 10.

D. Ambro.

ex ore Pauli accepisse in somnis, de que Sanctis Gervasio, & Protasio dixisse: Hi sunt qui in vrbe hac per decem annos in Dei seruitio perdurantes ad hæc pertingere meruerunt, vt Christi martyres fierent.

Et quia mors ita adornata erat, postquam reliquiam tam celestem, qualis est Christus tetigit, ait vox de celo. *Beati mortui, qui in Domino moriuntur.* Et ideo adiungit: A modo enim iam dicit spiritus, vt requiescant a laboribus suis. A modo, id est, postquam agnus occisus est, sacratissimoque sanguine suo coeli ianuas aperuit. Cæterum aduertite, vt dicat: illos inori, vt requiescant a laboribus, qui in Domino moriuntur: hoc est, in eius diuina gratia. Vnde Sanctus Isaias inquit: veniat pax, requiescat in cubili suo qui ambulauit in directione sua. Cubili suo: id est, in mansione sua. Quia in domo patris mei (ait Dominus) mansiones multe sunt. Perpendite diligenter fratres mei hæc verba qui ambulauit in directione sua. Flete ergo, pœnitentiam agite viasque vestras dirigite, & rectas eas facite, qui adhuc prauas habuistis, & nunc sepe in mente vestra moriamini, vt postea in Domino mori sciatis. Cum equus stadium aliquod est decursurus prius eques per eundem locum illum pedetentim deambulare facit, vt terram olfaciat, & agnoscat, quam postea decursurus est, vt quando cucurrerit tutius id efficiat, vt pote cognoscens nullam esse foueam, nec obstaculum, in quo offendere possit. Sic tu, si mortis stadium recte vis conficere illud sapissime, & lenter nimis modo deambula, & terram, in quam citissime conuertendus es, olfac. Diuus Ambrosius asserit: quod si basiliscus hominem inspiciat antequam ab eo inspiciatur illi interim it, Contra verò, si homo basiliscum prius intueatur antequam illum cernat basiliscus, ipse basiliscus ab homine interimitur. Ita si mortem sepe meditans modo vides eam interficies, & ad te mortua veniet. Sin autem illa te prius videt non visa à te, neque considerata, te que imparatum offendit ipsa met te in æternum occidet. Cæterum dicetis: Si iusti moriuntur in domino, vt requiescant a laboribus suis, vt quid hæc suffragia, & exequia in sancta ecclesia fiunt? Ad hoc dico quod quauis nonnulli in domino moriantur, & vt in gloria requiescant, aliquid tamen debitum, & insolutum deferunt in aliam vitam, nam culpa hic remittitur pœnata: sicut æterna in temporalē commutatur, vt in hoc seculo, aut in

Isai. 57.

Simile.

*D. Ambr.
ser. 10. in
Psalm. 118.*

alio

26 **in alio p̄soluatur.** Vt cū quis, v. g. pro delicto morti adiudicatus
 erat, deniq; veniam à Rege impetrat, & capiti p̄cna in decem,
 aut viginti annorūm exilium ei commutatur. Et ita in libr. Reg-
 gum legitur Dauidem Absaloni filio indignatum, quia fratrem
 Amnonem interemerat, precibus Ioab remisisse ei crimen: il-
 la tamen lege ne per triennium in eius Regium palatium in-
 traret. Sic Deus per veram p̄nitentiam culpas mortales in
 hac vita remittit, & in p̄nas temporales commutat, quibus in
 hac vita bonis operib⁹ satis fit, vel saltem in purgatorio. De quo
 asserit decretum Distinct. 75. Qui in aliad, &c. igni purgatorij
 nulla p̄cna temporalis comparabilis est. Vnde Divus Augusti-
 nus ait: Fratres charissimi, ille ignis purgatorius, & si non te
 æternus durior tamen est, quum quicquid in hoc sæculo p̄cna
 27 rum posset cogitari, sentiri, vel videri. Post hanc vero vitam
 Purgatorium esse probatur illo, quod Christus. R. N. dixit: Scili-
 cet: Qui blasphemaverit in Spiritū sanctum, neq; remittetur ei
 in hoc sæculo, neq; in futuro. Vnde colligitur peccata saltem ve-
 nialia in alia vita remitti, ad hæc enim expianda purgatorij est.
 Si enim in alio sæculo, alicuius peccati remissio non esset, Dñs
 nequaquam diceret. Non remittetur ei in futuro sæculo. Ac si in
 hac vita q̄o esset peccatorū remissio, dñs nō diceret de peccato
 in spiritū sanctum: Nō remittetur ei in hoc sæculo, siquidem de
 nullo peccato remissio erat. Præterea in libr. Machabæorū dici-
 turis anctis, & salubris est cogitatio pro defunctis exorare, vt à
 peccatis solvantur. Et B. Apostolus Paulus ait: In nomine Iesu om-
 ne genu flexatur cælestiū, terrestrium, & inferiorū. Et in Apo-
 28 calyphi dicitur: Et omnem creaturā, quæ in celo est, & super ter-
 ram, & sub terra omnes audivi dicētes sedēti in throno & agno:
 Benedictio, & honor, & gloria, & potestas in sæcula sæculorum.
 Ex hoc apertissime colligitur subtus terram esse aliquos, qui no-
 men Dñi Iesu reuerētur, in illoq; cōfidunt, & eximia atq; incre-
 dibili pietate benedicūt sedenti in throno. Hi vero sunt in pur-
 gatorio. Nam de Iamitatis Sanctus Iſaias inquit: Non infer-
 nus confitebitur tibi, neq; mors laudabit te, nec expectabūt qui
 descendunt in lacum veritatem tuam. Et ideo ad succurrendum
 defunctis, & satisfaciendum p̄cenis, illorum exequias celeb-
 ramus, multa denique pietatis officia præstamus. Et in hoc sen-
 su possunt illa Divi Pauli verba interpretari, scilicet: Alio-
 1. Cor. 13

Simile.

2. Reg. 13.

Decr. D. 2.
qui in aliud.
D. August.

Luc. 12.

2. Mac. 12.

Phil. 3.

Apec. 5.

Iſai. 38.

1. Cor. 13.

Luc. 12.

quin si resurrectio mortuorum non est, quid facient qui baptizantur pro mortuis? Si omnino mortui non resurgunt, ut quid & baptizantur pro illis? Hic baptizantur simile est illi, quod Dominus dixit: Baptismo habeo baptizari. Vbi baptismum suam sacratissimam mortem, suosque labores vocauit. Tunc ergo pro mortuis baptizamur cum nos flagellamus, ieiunamus, flemus, pro illisque oramus. Quod si non esset mortuorum resurrectio, ait sanctus Apostolus, nihil hec omnia prodesse possent: sed quoniam est resurrectio plurimum conferunt. Legitur cum quidam pater de familia Prædicatorum in die animarum concionaturus esset, nocte præcedente eiusdem ordinis fratrem defunctum ei apparuisse, dixisseque ei: Venio te admoniturus cum tibi hodie sit prædicandum, ut commendatissimum populo relinquant, ut in hac die summopere animabus defunctorum Purgatorij faueant, quandam enim summam misericordiam est Deus hodie eis impertiturus, propter Christianorum suffragia eis exhibenda. Hodie namque animarum quindecim millia à cruciati- bus, & flammis, quibus vexantur egressura sunt. Quam visionem idem prædicator in concione sua populo retulit. Cum ergo infallibilis veritas sit purgatorium existere, & suffragia animabus vtilissima esse, potissimum verò sacrosanctum Eucharistiæ sacramentum præcipit sancta Synodus Tridentina, in principio Sessionis. 25. Episcopis, ut sanam de purgatorio doctrinam à sanctis Patribus, & sacris concilijs traditam, à Christi fidelibus credi, teneri, doceri, & ubique prædicari diligenter studeant. Ideo de semel, & millies singulos patres concionatores ad pedes vniuscuiusque humiliter prouolatus, obsecro ne tantæ pietatis operis obliuiscantur, sed, ut magna cura, & assiduitate populos exhortentur, ut ad subueniendum illis animabus suffragijs, & altissimo mysterio ineffabilis altaris sacrificij excitentur. Quod si illæ animæ, pro quibus hæc suffragia offerimus, fortè ex hoc mundo purgata discesserunt: hæc, inquam, sacrificia profunt, ut adiue- mus illas ad agendam gratias Deo pro tam singulari beneficio, quod eis contulit, ad suam beatitudinem eas tollendo. Illæ enim animæ beatæ non se sufficientes inueniunt ad laudandum, sicut debent diuinam celsitudinem, easque sancta ecclesia in hoc præuenit, ut illis subueniat. Cum in veteri lege essent tot sacrificia, quædam, quæ pro peccatis offeriebantur, quædam vero, quibus gratiæ

Concil. Tri-
dent. Sessio
no. 25.

3 gratiæ agebantur pro acceptis beneficijs: sic in lege gratia super
 mû missæ sacrificium pro omnibus illis stat, quoniam in eolla
 omnia sacrificia continetur, ipsum est summa, & circumscrip-
 tio id est, (*La cifra y tantomonta,*) & etiam infinites plus omnibus,
 quæ in veteri lege offerebantur, Deoq; immolabatur. Vnde Di-
 nus Paulus ait: Impossibile enim est sanguine taurorum, & hir- *Hebr. 10.*
 corum auferri peccata. Ideo ingrediens mundum dicit: Hostiã
 & oblationem noluisti, corpus autem aptasti mihi, holocausto-
 mata, & pro peccato nõ tibi placuerunt. Dixi, ecce venio. Et ita
 hoc pretiosissimo sacrificio, de quo sancta ecclesia dicit: Hoc sa-
 crificium laudis, animas gloriosas diuinæ bonitati gratias agere
 adiuuamus propter singulare beneficium, quod ex eius liberalis-
 sima manu acceperunt.

33 Dixit vterius vox illa de cælo: Opera enim illorum sequuntur il-
los. O benedicta sit talis vox, & benedicta talia nũcia, quæ iustis
 tã læta sunt. Cõsolamini serui Dei, nã omnia vestra opera bona,
 & labores patienter tolerati vsque ad diuinum conspectum vos
 sunt comitaturi. Cum Dominus Eliã Prophetam in paradysum
 terrestrẽ transferre vellet, inquit sacer textus: Ecce currus igne⁹
 & equi ignei diuiserunt vtrumque, scilicet, Eliam & Eliseum, & *4. Reg. 2.*
 ascendit Elias per turbinem in cœlum. Quid Domine? si quidem
 seruum tuum honorare volebas, nõne honorabilior esset currus
 crystallinus, aut adamantinus, & eiusmodi equi fulgidi, quã cur-
 rus, & equi ignis defolatoris? Minime, quia de Eliã dicitur: Surre-
 xit Elias Propheta, quasi ignis, & verbum ipsius, quasi facula ar- *Eccli. 49.*
 debat. Et si quidem omnia verba, & opera eius ignea erãt, ab hoc

34 viuendi modo in igne transeat. Curate dilectissimi, vt verba, &
 opera vestra sint amoris igne accensa: illa enim currus, & equi
 erunt, qui vsque ad Dei conspectũ vos comitabuntur. O quam
 meritõ apud Isaiam dicitur: Dicitur iusto quoniam bene, quoniã *Isai. 33.*
 fructum adinventionum suarum comedet. Statimque subditur:
 Vx impio in malum, retributio enim manuum eius fiet ei. O
 verba iustis dulcia, contra vero peccatoribus amara. Et tenim, vt
 bonã opera iustos, ita mala opera peccatores sequuntur. Vnã-
 quilque enim opus suum portabit, inquit Diuinus Apostolus. *Gala. 6.*
 O quibus oneribus pressi exhibunt infœlices, qui suas libidines
 in hoc sæculo explere voluerunt. Quot peccata, & scelera, õ pec-
 cator perpetrasti, tot onera super te baiulabis, quæ animam tuã

opprimet, eamque etsi spiritualis sit ad tartari profunda descēdere facient. Quapropter dilectissimi non tam rationibus quam precibus vltimam manū huic rei imponam. Vos obsecrans, vt avertatis, quam cito hoc futurum sit, & neque vnam duntaxat horam, vos certam habere. Idcirco abhinc vos præparate, vt cum mors venerit plenos gratia inueniat, & illam tanquam per portam ad æternam fœlicitatem transeat: ad quam nos perducat Iesus Maria filius. Amen.

Concio Tertia Funeralis.

Ego sum resurrectio & vita. Ioannis. 11.



DRUDENTISSIME, ac conueniētissimæ sacrosanc̃ta mater Ecclesia fidelibus defunctis exequias celebrat, eorūq; funeribus piam operam dat: est enim tam viuis, quam mortuis vtilissimum. Viuis, quia Deus dixit homini: De ligno scientiæ boni, & mali ne comedas, in quacunq; enim die comederis ex eo, morte morieris, mors necabit te: quasi diceret: Anima mors propter peccatū tuū corpus interficiet, daemō autē dixit: Nequaquam moriemini. Homo verō miser hoc daemōnis elogiū sequitur, adeo vt vix persuaderi possit obitū sibi esse. Abiquū est ergo, vt exequiæ celebrentur, & hi tumuli erigantur, vt his signis exterioribus & sensibilibus profundo oblivionis semno dormientes excitentur, & reminiscantur cras, aut sequenti die idē fortasse de se faciendū esse. Memor esto iudicij mei, sic enim erit & tuū, mihi heri, & tibi hodie, inquit ecclesiasticus. O quanti nosstra interest semper illa verba p̃æ oculis habere, quæ prudentissima quædā mulier Regi Dauidi pronuntiauit, scilicet: Omnes morimur, & quasi aqua dilabimur. Aqua nos comparat, nam ipsa saporem accipit a terra, qua defluit. Si auri, vel argēti venis decurrit est perutilis, & dulcissima. Si autem sulphureis venis pertrausit, int̃ p̃ida, nocivaq; est. Similiter talis est mors, qualis vita, qua trahit. Qui bene

viuit,

Gene. 2.

Gene. 3.

Ecl̃i. 38.

Reg. 14.

3. viuit bene moritur, & qui male viuit, vt plurimum male moritur. Qualis est tela, quæ textitur, talis eius ora & extremitas est. Si tela est flopea, & rudis, eodem modo ora crassa est, si verò tela tenuis est, etiam ora tenuis existit. Vita nostra est tela textorio huius mundi intexta. Huius autē telæ extremitas, & ora est mors. Quod si vita sincera, integra, & tenuis, & sancta existit, mors etiam, quæ eius est fimbria ei correspondet. Sin autem vita est rudis, imperfectionibusq; plena magnopere pertimescendum est, ne talis mors sit. Vnde in Apocalypsi dicitur: *Væ enim* habitantibus, & morientibus in terra. Hoc est: *O miseros illos,* quorum mors sicut & vita terrena est. Iusti verò neque in terra habitant, nec in terra moriuntur, sed semper in cœlo corde sunt fixi. Siquidem cum Diuo Paulo dicere possunt: *Nostra conuersatio in cœlis est.* In Deuteronomio dicitur: *Ascendit Moyses super montem Nebo, mortuusque est ibi.* Mirū quidem videtur Moysen solū in monte interire. Ceterum quia iustus erat, recteque vixerat, nihil ei id nocuit, quoniā Deum præsentem habebat, quanquā homines illa hora ei defuissent. Deus tamen consolator in obitu illius non defuit. Et dicens sacer textus: *Mortuus est Moyses seruus Domini,* subdit statim: *Et sepeliuit eū in valle terræ Moab.* O benedictus, & glorificatus sit talis Deus, qui sic seruos suos honorat. Quoniā Moyses fidelissimus eius seruus fuit ipsemet Deus illum sepeliuit. Qualis namque vita extitit talis, & mors fuit. Satagite ergo fratres sanctam vitam ducere, si similem mortem obtinere cupitis. Dicit etiam quasi aqua dilabimur. Nam fluij etsi omnes dulces sunt, fines tamen amarissimos habent, siquidem, vt ait ecclesiastes: *Omnia flumina intrant in mare, quod quidem amarum est.* Ita omnes homines, qui in hoc mundo voluptuose, delicateque viuūt, in morte tristitia, & amaritudine terminantur. Vnde ecclesiasticus ait: *O mors, quam amara est memoria tua viro habenti pacem in substantijs suis, & cuius viæ directæ sunt.* Non omnibus dicit nimis amaram esse, nisi illi tantum, qui contentus est, & pacem habet cum diuitijs suis, cuique omnia ex animi sententia ad libitumque succedunt. Hic est peccator, qui bona temporalia, licet male parta, absque vilo conscientie scrupulo, & remorsu possidet. Nam iustus eas in pace non possidet, imò potius scrupulum diuitiæ ei inferunt, an bene cōparatę fuerint,

Apoc. 8.

Philip. 3.

Deut. 34.

Ecclesi. 16.

Ecclesi. 41.

fuerint, an eas secundum diuinum beneplacitum expendat, an deniq; occasione futuræ sint, vt propter illas conditorem suum offendat. Et huic mors ita amara non est. Cum Socratem aliquãdo Plato interrogaret, quomodo se in vita habuisset, & quo pacto in morte se habere cogitabat, ille respondit: In iuuentute rectè viuere, in senectute verò bene mori laboraui, atque ita interiori cruciatus, seu dolore non afficior, neque mori recuso. Nam cum vita honesta fuerit, mortem cū hilaritate expecto. Væ, væ, væ, quanta nobis Christianis ignominia est hæc Ethnici Philosophi verba audire. Quis nostrum, quæso, tanta cōfidentia mortem expectare poterit, cū nostra peccata formidabilem, & horrendam nobis illam efficiant? Perpendite vlteriùs quomodo dicat: Quasi aqua dilabimur. Vbi significatur vitam nostram prolixitatem quandam moriendi vsque ad finem ipsius vitæ esse. Vnde ecclesiasticus vocat eam mortem decurrentem & prolabantem, his verbis: Pro morte defluente deprecatus sum, quæ festinanter magnoque impetu fluit. Et Diuus Gregorius ait: Quotidianus defectus corruptionis humanæ, quid est aliud, quam quædam prolixitas mortis? Itaque vita nostra ex multis mortibus composita est. Nanque mors nihil aliud est, quam vltima linea, & meta ipsius vitæ. Quid enim hora decima est, nisi finis temporis, quod illuc vsque peruenit? Decima etiam, & dimidia est finis vitæ, quæ illuc vsque peruenit. Atque ita quæcunque temporis pars mors dicitur, quia finis est temporis quod illuc vsque peruenit. Est igitur tota vita mortibus compacta. Vnde Dominus ait: Amen dico vobis, quia qui verbum meum audit, & creditei, qui misit me, transiet a morte in vitam. Vbi hanc vitam mortem vocare videtur. Aliam verò vitã appellat, & mortem transitum dicit, quo ex hac morte ad vitam transgreditur. O vtinam hæc omnia frequentissimè mentibus nostris euoluereamus, quàm facile pompas, sumptus, & voluptates huius seculi contemneremus, siquidem tam citò, & cum tanto dolore ea relinaturi sumus: Accidit pueris in hortu fructibus consitu ad furandũ poma ingredi. Ad hoc autem aliqui eorum in arbores ascendunt, & à ramo in raram saltus edunt, fructus carpentes, & in sinus, & manicas mittentes. Alij verò pueruli stant sub arboribus vociferantes, dicentesque: Mittite ad me, at mittite ad me, at mittite ad me. Illi verò vocibus eorum obfurdeseunt, nec nisi tantum sibi

Eccli. 51.
D. Grego.

Ioan. 5.

Simile.

sibi colligere nituntur, & cum sunt omnino referti & onusti pomis, manicas & sinus plenas habentes, ab horto que exire contendunt, ad pomariorum ostium olitorem offendunt, qui eos omnibus fructibus expoliat, & insuper crudis verberibus illos afficit. Mūndus hic est tanquam hortus arboribus confitus, quæ sunt diuersi status voluptatum fructibus, honoribus, lucris, & illorum ambitionibus onusti. Et homines veluti pueri ex arbore in arborem scandere, & reptare incipiunt, & ex ramo in ramum saltare, quia fere nullus inuenitur, qui sua sorte contentus vivat. Eques nanq; Comes esse cupit, Comes autem Dux, at Dux Rex, Rex vero Imperator, Imperator denique omnibus dominari, cunctaque possidere desiderat. Nec solum in secularibus statibus, sed etiā in ecclesiasticis hoc vitium regnat. Beneficiarius nanque Canonici esse contendit Canonicus, Episcopus, Episcopus, Archiepiscopus, Archiepiscopus, Cardinalis, Purpuratus præterea Summus Pontifex: Maximus autem Pontifex adhuc habitis & possessis his non est satiatus. Postquam igitur homines in has arbores ascenderunt, vix, nisi sui ipsorum recordantur, quotquot fructus possunt sibi colligere studentes. Etenim si de quibusdā paucis socijs, qui Diuum Paulum comitabantur, ait ipse: Præter Timotheum, Omnes quæ sua sunt, quarunt, nō quæ Iesu Christi, quid his calamitosis temporibus ab hominibus sperari potest? Videmus nanque paruulos, & mendicos, qui has arbores nondū conscenderunt ex profundo indigentia suæ magnos clamores edere ad illos, qui in eis sunt constituti, dicentes: Mihi largimini, talia mihi impartimini. Quidam sic: O Domine habeo filiam nuptui dandam, subuenias mihi obsecro ad illius dotem. Quidā vero ait: A Egritudine premo, opem ferte, vt medicinā mihi possim adhibere. Plurimi tamen horum pauperum clamoribus auribus seras obijciunt: non nisi sinus, crumenas, & thecas vsque ad summū reficere nituntur. Cum verò ex voto satis referti, onusti que sunt ex horto mūdi huius exeantes, in hortulanum, qui est mors incidunt, quæ omnibus eos expoliat, nec tantū bonis temporalibus eos nudos relinquit, sed præterea plurimis etiam crudelissimis que verberibus cruciat. Quid aliud obsecro illi remorsus, anxietates, agonix & horrores, quos seculi magnates, & diuites patiuntur in exitu, quam quædam mortis cruda verbera sunt, quibus ab huius mundi horto exeantes eos afficit? De Catholi-

Philip. 2

*Ferdināndus
Rex Catho-
licus.*

tholico Rege Ferdinando literis commendatum est, postquam res tam sanctas expedisset, aeternaq; memoria dignas, morti iam proximum, alta voce, ut omnes circumstantes audirent, animadvertentem, quam parum diuitiarum profint, quantumque noceant in haec verba prorupisse. O utinam, & diuinæ maiestati me monachum laicum alicuius conuentus fuisse placuisset, dummodo tam exactè & strictè, tot regnorum & prouinciarum, quæ mihi subditæ fuere ratio reddenda non esset. (O *sancta Maria senora,*) cui non summam parit admirationem, summumque terrorem incutit, Regem Christianissimum, qualis hic extitit, qui tot tantaq; pietatis opera edidit, hoc timore concuti, hæc que verba proferre in huius mundi exitu. Moysi in vitæ suæ extremis constituto dixit Deus: Ascende in montem istum Abarim, & contemplare inde terram, quam daturus sum filiis Israel. Cumque videris eam: ibis, & tu ad populum tuum, sicut iuit frater tuus Aaron, quia offendisti me in deserto Sin in contradictione multitudinis, nec sanctificare me voluistis coram ea super aquas. Hoc ita factum fuit, quoniam præcipiente eis Domino, ut ad petram loquerentur, ut aquam eis præberet, ipsi tamen virga percusserunt eam, ut in Numeris dicitur. Hæc profectò verba nimium terrorem nobis debent incutere. Si enim Deus Moysi tanta sanctitate prædixit, in stante morte vnum duntaxat peccatum exprobrat, quid nobis, qui tot tantaque passim committimus, accidet? Atque ideò minimè miremur maximos esse timores, conscientieque stimulos, quos crudelissimi, & elati tyranni illa hora patiuntur, siquidem talia iustis tunc ante oculos obijciuntur. Hæc itaque sunt verbera, quibus mors, velut alter hortulanus, fructus, atque bona temporalia ab hominibus aufert. Quid ergo, o mundani, tantifacitis, tantaque diligentia, & anxietate hæc inquiritis, quæ tantò cum tanta acerbitate dimissuri estis? In Leuitico præcipiebat Deus, ut in prædiorum aliarumque rerum venditione annus Iubilei obseruaretur, qui erat quinquagesimus, in quo hæreditates, & omnia ad pristinos, & priores dominos redibant. Et, ut quo plures residui anni essent vsque ad Iubilei tempus plus pretium augetur, siquidem diutius eis fruiturus emptor erat. Et quo pauciores restarent dies minoris venderetur. Ita æquum erat ut homo in rebus terrenis faceret, ut, scilicet, spatium vsque ad mortem, quæ est, sicut annus Iubilei metiretur, annosque numeraret, quando

Num. 27.

Num. 20.

Leuit. 25.

15 quando res ad proprios dominos redibunt, videlicet, ad mundā,
 diuitiæ, corpus ad terrā, spiritus ad Dñm qui fecit illū. Sed hoc
 est discriminis, quia in illo Hebræorū Iubileo anni certierant, &
 diffiniti, & ita certum & constitutum pretiū dari poterat: hic au-
 tem ne vnā quidem horam certam habeamus. Dicite fratres, si
 Iubileus ille omnibus inopinantibus, de repente aduenire pos-
 set, aut intra vnus diei spatiū, quis nā, quæso, prudens, rebus pre-
 tium imponere auderet? Cū igitur hic noster Iubileus à diuina
 volūtate pendeat, & hodie, vel cras superuenire possit, quid tan-
 tum laboris pretiū pro illis rebus damus, quæ statim, aut crastino
 die à nobis auferēdæ sunt? O quā quietus, & trāquillus in tempe-
 statibus, & turbinib⁹ maris seculi huius, tāquā piscis magnus hu-
 ius cōsiderationis profundo pelago immergeretur, quæ admo-
 16 dū pisces maximarum tēpestatum tēpore faciūt, quæ hoc mo-
 do nequaquā sentiūt. O Dei mirabile artificiū, q̄ sumplit ad cul-
 pæ remediū ipsiusmet culpe pœnā, quæ est mors. Quia per pec-
 catū mors ait D. Paulus. Et idē vocatur mors à mortū, quia per
 pomi peccatū intrauit ipsa in mūdū. Et vt illius memoriā tenere
 m⁹ statuit Dens, vt stomachus noster cadauerū cœmiteriū esset
 quādo quidē in eo aues, pisces, & reliqua animalia, quæ quotidie
 comedimus, mortua sepeliūtur. Cum igitur nobiscū sepulchrū
 habeamus, ingens profecto miseria est nimirū mortis non memi-
 nisse. Quondam Rex David petiuit ab Achimelech sacerdote,
 Si habes hic ad manum hāstam, aut gladium da mihi. Et dixit sa-
 cerdos: Ecce hic Gladius Goliath Philistæi, quem percussisti in
 valle Terebinthi, est inuolutus pallio. Et ait David: Nō est huic
 17 alter similis, da mihi eū. Maximū profecto mysteriū hic latet, q̄
 noluerit David praliaturus contra Goliath, arma Saul accipere
 cōtra ipsum Philistæū, & arma Goliath cōtra Saul sumpserit,
 quo gladio illū interemerat, & de hoc dicit nullū ei esse similē.
 Quo significatū est mortē gladiū esse Sathanę artificio fabrica-
 tū, quādo quidē propter peccatū in mūdum introiuit, & quā ip-
 semet Sathanas in homines dōminabatur, in suāq; potestātē &
 iurisdictionē redigebat, eisdē omnino armis ipse dæmō vincē-
 dus erat, scilicet, morte pretiosissima Christi redēptōris nostri.
 Et hoc eodē gladio vult Deus, vt modo aduersus Goliath, &
 Saul, hoc est, cōtra dæmonē, & peccatū pugnemus. Dicēs verō:
 Non est alter huic similis, significatū est, quā efficax remedium
 quamquā

Roma 5.

1. Reg. 21.

quam quæ acutus gladius ad debellandum dæmonem, & peccatum, necnon ad omnes mundi fastus, & vanitates contemnendas, mortis memoria sit. Vnde inuenietis, vbi nos legimus dixisse Moysen ad populum: Testes inuoco hodie cœlum, & terram quòd proposuerim vobis vitam & bonum, alia trãsslatio habet: quòd proposuerim vobis vitam, & mortem: & sic est in contextu Græco, & in paraphrasi Chaldaica. Itaque id quod vnalectio bonum appellat, altera mortem dicit. In quo significatur quantum commodum mors hominibus afferat, siquidem eius consideratione à malis cõuertuntur. Propheta Baruch interrogat: Vbi sunt principes terræ, qui dominantur super bestias, quæ sunt super terram? qui in cœli auibus ludunt? (id est, qui sunt aucupes,) qui argentum thesaurizant, & aurum, in quo confidunt homines, & non est finis acquisitionis eorum? Exterminati sunt, & ad inferos descenderunt, & alij loco eorum exurrexerunt. Animaduersione dignissimũ est, sanctum Prophetam, cum loqueretur de ijs, qui actualiter dominabãtur super bestias, & in cœli auibus ludebant, & argentum, & aurum thesaurizabant, affirmare subinde, quòd iam exterminati erant, & ad inferos descenderant, & alij loco eorum exurrexerant. Et hoc ad demonstrandum, ijs tantocitò ex hac vita fore migrandum, & ad inferna descendendum, vt eos iam illic esse, & exardere (ad exaggerandam temporis breuitatem) dici posset. Vos ergo, qui cum Christiani sitis, tam proteruè, turpiter, & dissolute vitam ducitis, sicuti illi, qui Ethnici erant, ãngite vos iam inferorum ignibus comburi. Nam cum vita sit tam exigua, & breuis, nisi mores vestros corrigatis, citò vos illic videbitis. Quæ cum ita sint fratres charissimi, vnusquisque id, quod Spiritus sanctus admonet exequi studeat, dicens: Ante obitum tuum operare iustitiam, quia non est apud inferos inuenire cibum. Hebraeis etiam dixit Deus: Verterunt ad me tergũ, & non faciem, & in tempore afflictionis sææ dicent: Surge, & libera nos. Vbi sunt dii tui, quos fecisti tibi? Surgant & liberent te in tempore afflictionis tuæ. Verba tremenda, & ancipitilus gladijs acutiora ad corda scindenda. Si sumus idololatræ vt illi Irachitæ, & Deum, ventrem pecuniam, libidinem, voluptatem & honorẽ iudicamus, & habemus, & si vt ea adoremus, Creatori terga vertimus, cur non veremur, ne nos eodem supplicio, quò & illos, Deus puniat permittens, vt in illa hora ad eò cæci simus.

Deut. 30.

Baruc. 3.

Eclli. 14.

Hier. 2.

21 Ut misericordiam sicut oportet ab eo deposcere nesciamus & ita
 illam non obtineamus. Nam etsi verum sit, ut idololatriis in illo
 extremo labore nobis dicat meremur: Vbi sunt Dij tui quos fe-
 cisti tibi? Surgant & liberent te, id minime diceret si misericor-
 diam, ut par est petere tunc sciremus, ut re vera nonnulli posce-
 re sciunt, ipsamq; tunc assequuntur. De quibus illud ecclesiasti-
 ci dicitur. In tempore consummationis effundent virtutem, &
 furorem eius, qui fecit illos confundent, ubi alia trāslatio habet:
 Et furorem eius, qui fecit illos placabunt: & sic est in contextu
 Græco, veruntamen, quia periculosissimum est ad illam horam
 expectare, eam modo opportuno tempore petamus. Expergi-
 scimini & nolite errare, Deus non irridetur (ait diuinus Apolto-
 lus,) quæ enim seminauerit homo hæc & metet. Qui seminat in
 22 carne sua, de carne & metet corruptionem, & qui seminat in spi-
 ritu de spiritu metet vitam æternam. Post Domini resurrectio-
 nem, quibusdam discipulis piscantibus cum ipse Dominus ap-
 pareret in littore maris, Simō Petrus tunica succinxit se, erat
 enim nudus, & misit se in mare. Magis expeditus Sanctus Apo-
 stolus enataret si nudus in mare se mitteret, cæterum maluit la-
 boriose vestitus natare, quàm postea in littore coram eius diui-
 no magistro nudus apparere. Ita nos omnes decet per mare hu-
 ius calamitosi mūdi virtutibus indutos enatare, tametsi laborio-
 se, ut illis vestiti, & ornati ad litus mortis in cōspectu superni iu-
 dicis appareamus, quàm virtute, timore, & verecundia ex utrius-
 que delicijs in mari mūdi huius enatare, & deniq; ad mortis
 littus ignominiose nudos apparere, ad opprobria æternamq; dā-
 23 nationem accipiendū. Sunt præterea defunctis vtilissima suffra-
 gia, & exequiæ, quoniam sacrificijs præcationibus, & elemosy-
 nis eis adiumento sumus ad satisfaciendum, si forte aliquo debi-
 to hinc obstricti discesserunt. Si in huius defuncti obitu hæc cau-
 sam mihi commendatā aliquis Orator Ethnicus humanè tracta-
 re vellet, copiosam profecto dicendi materiam inueniret, in quo
 ingenij sui dexteritatens ostentaret, & rhetoricæ stylum dilata-
 ret, & etiam in multis illam commendare, siue laudare posset.
 Cæterum Evangelicus concionator, cui omnis ostentatio, adu-
 latioq; prohibetur, & cui in omni doctrina, quæ ad ædificatio-
 nē, & vtilitatem animarum non dirigatur immorari nō licet agē-
 do de donis eius naturalibus, & de dotibus corporis, sed tantū

Eccles. 39.

Gala. 6.

Ioan. 21.

Ecclesi. 10

aliquot ex eius virtutibus ad presentium ædificationem manifestare decet, quoniam scriptum est: Timenti Deum bene erit in extremis, & in die defunctionis suæ benedicetur. Quo mortuus perueniat scire non possumus, nec tam acutam aciem oculorum habemus, ut hinc cœlestes sedes, & domicilia prospicere possimus. Est tamen defuncti salutis indicium bona fama, quam de se reliquit, quando omnium vox est. O quam bonus vir hic erat quam pacificus, quam pius, quam utilis Reipublicæ, quamque timens Deum. Hoc satis aperte in huius defuncti morte experimento patuit, cuius exequias celebramus. Ideò æquum est, ut eius virtutes recteque facta publice laudemus. Cum arbor eradicatur in vacuo, quod reliquit, quanta esset conspicitur. Si enim magnum vacuum relinquit, signum est magnam fuisse arborē. Vultis ne quantus seruus Dei hic defunctus esset cernere? attendite, quam ingens vacuum suo obitu reliquerit. Quot profue-
ca, id est, (*hospitales*;) quot carceres, quot viduæ, quot orbi, & pupilli, quot ægroti, & pauperes vacui remanserunt, quos omnes fouebat, & sua ope tutabatur pietateq; implebat. Si casu defunctus cum esset virtute præditus morte subita perijt dices: Scitote fratres puram, & integram vitam morte repentina non maculari, neque fœdari, quinimo in hoc cōspicitur, quam bonū sit sanctæ, & integre vitam agere, liquidē mors subita accidere potest. Et ideo sancta ecclesia non solum orat, ut à morte subita liberet nos Deus, sed etiam addit: A subitanea, & improvisa morte libera nos Domine. Nam quavis subitanea sit, nisi sit improvisa nō præiudicat ei, qui obiit. Sic spiritus sanctus affirmat his verbis dicens: Iustus si morte præoccupatus fuerit in refrigerio erit. Et cō-
 stituit Deus sua diuina prouidētia, ut aliquis iustus sic subito moriatur, ut tu, peccator consideres, si illa morte sicut illum iustū inua de ret, qualē te inueniret. O adulter, o vltor, o usurarie, o ambitiose, & superbe, quid de te esset infœlix, si heri, vel hac nocte, aut hoc mane, te mors sicut hunc seruū Dei subito raperet? Quid hæc considerans non contremiscis? Expergiscere o peccator tā vehementi tuba, & stimulo quantus hic est, & incipe statim ab hinc te præparare, veram agēs pœnitētiam. Etenim licet à Deo syngrapham, te non repente è vita tollendum haberes, ingens amentia est, illud tempus expectare, ut te præpares, in quo vix opportunitas adest ad id quod tua interest absoluēdum. Quanta
 demer-

Simile

Sap. 4

Simile


Rom. 17. 6. debeamus seruire nos informasti, siquidem nostri miseri casus, resurrectio, mortisq; nostræ vitæ. Hoc optime Diuus Paulus perpendit dicens: Existimate vos mortuos quidem esse peccato, viuentes autem Deo in Christo Iesu. Non ergo regnet peccatum in vestro mortali corpore vt obediatis concupiscentijs eius sed exhibete vos Deo tanquam ex mortuis viuentes. Ac si diceret: Quid in vobis peccatum effecerit cōsiderate fratres, scilicet, quod ex immortalibus mortales vos reddidit. Et si quidem adeo vobis nocuit, non regnet in corpore vestro mortali. Omnes vos in Christi obsequium exhibete, qui vos ex mortuis cum tanto sui dispendio viuos effecit. Hoc idem vaticinatus fuit Dauid dicens: Dominus retribuet pro me, Domine misericordia tua in seculum. Vbi Beatus Hieronymus vertit ex Hebræo: Dominus operabitur pro me. Et quoniam propter tanta, ac tam sublimia beneficia huic cœlesti Redemptori summopere obtēperare debemus, animaduertit Diuus Paulus Corinthijs maxima promptitudine omnem inobedientiam puniendam esse, dicens: Arma militiæ nostræ non carnalia sunt, sed potentia Deo, ad destructionem munitionum, &c. Et in promptu habentes vlcisci omnem inobedientiam. Verbum illud: In promptu habentes, subiunxit Sanctus Apostolus, vt quantum malum inobedientia sit illi cognoscerent. Igitur dilectissimi prompte nostræ veræ resurrectioni, & vitæ Christi seruiamus, vnde efficacissimum desiderium videndi illum nobis exorietur. Dicemusque cum Regio Dauide: Quemadmodum desiderat ceruus ad fontes aquarum ita desiderat anima mea ad te Deus. Sitis iusti, cerui siti comparatur. Quoniam, vt naturales dicunt, & etiam Diuus Augustinus asserit: Ceruus serpentes interficit, quos postquam interemit, ardentiori siti maioriq; impetu ad fontem frigidum currit. Ita homo qui peccata vera contritione peremit, maiori anxietate anhelat, celerioriq; cursu ad vitæ fontem Iesum Christum properat. Nam quanto animus diuina gratia mundior est, eo maiori desiderio angitur videndi Deum in gloria. Ad quam nos perducatur Iesus Mariæ filius,

Amen.

Concia

Concio Quarta Funeralis.

Deo autem gratias, qui dedit nobis victoriam per Iesum Christum Dominum nostrum. 1. Cor. 15.



Huius nostræ miserrimæ tēpestatis hæretici, vsq; a deo conati sunt arbitrij humani libertatē volūtatisq; nostræ vires deprimere, vt dixerint, nos nihil boni operari posse, sed oēs studiosas actiones omnino Deo auctori tribuēdas esse. In cuius tali dogmatis confirmationē nonnulla sacræ Scripturę loca perperā intellecta intorquēt. Quidā loc⁹ est B. Apostoli Pauli Philippēsis dicētis: Deus est enim, qui operatur in nobis & velle & perficere p̄ bona volūtate, hoc est, Deū ipsum desiderij operisq; executionem nobis elargiri. Alius est Iſaię, nomine Iustorū dicētis: Omnia opera nostra operatus est nobis. Ad quod tamen B. Augustinus respondet dicens: Initium salutis nostræ Deo inspirante fit. Deus est qui intellectum illuminat, impellit q; in bonū voluntatem, eamq; in operatione comitatur, non tamen cogit, vt id agat, ad quod illam mouet, sed potius in sua libertate relinquit: vnde & sui arbitrij est Deo vocanti audire, vel aduersari. Et ita D. Paulus ait: Dei enim coadiutores sumus. Ecce, quia nō tantū asserit Deū operari, sed etiam nos cum ipso simul. Et alibi hoc ipsum insinuat dicēs: Abūdanti⁹ illis omnibus laboraui, non ego autem, sed gratia Dei mecum. Ambo fecimus, nō ego solus. Hoc exēplo id perspicuum fiet. Si viator, cui longū iter conficiendum restat, dormiat, quomodo iter facere poterit? Si illi tñ sic somno oppresso alius comes superueniēs inclamet: Eia frater expergiscere, longū enim iter nobis superest, hoc certe facto excitat illū, mouetq; ad iter capeſsēdū, & si necessariū iudicat, pane, vinoq; suo famelicū reficit, lassum equo vehit, exanimatū eloquio confirmat. His tamen minime cogit illum ad iter agendū. Sic se Deus nobiscū habet, quibus lōgū iter quousq; in cælū perueniat nus agendū superest. Attamen nostrā volūtās oblivionis somno ita oppressa torpet, vt bonū operari, nec à vitijs expergiscere possit, nisi Deus excitante moueatur. Eaq; Sanct. ij. pars. l h 3 non

Philip. 1.

Iſai. 16.

D. August. l. de Eccl. dogm.

1. Cor. 3.

1. Cor. 15.

Simile.

non solum excitat verum etiã ne deficiat in via iustitiæ, diuina gratia, alijsq; quam plurimis fauoribus confirmat. Hoc igitur est quod inquit Apostolus, Deũ operari in nobis, & velle, & perficere. Hoc autẽ nullis nostris existentibus meritis, sed pro bona sua voluntate. Et hunc horũ verborum sensum verũ esse ex eo constat, quoniã inmediate antea dixerat: Cum metu, & tremore vestram salutem operamini. Ecce quomodo illosmet operaturos esse significet, quos vt ad opus hoc exequendum animaret Deũ adiutorẽ fore promisit. Vnde addidit: Deus est enim, qui operatur in nobis, & velle & perficere. Quasi diceret: Confirmamini fratres ad hoc bonũ opus exercẽdum, hoc tãto dño duce & coadiutore. Verũ est tamẽ Deũ in hoc opere potissimum suggerere, si quidem principia tribuit, medijs fauet, nec vsq; in finẽ deficit. Homo vero vsum bonum liberi arbitrij tantũ præstat, qd satis parũ est, respectu eius, quod Deus confert. Quod licet itã se habeat Deũ, scilicet, potissimã nostrarũ actionum partem suggerere, eius tamẽ diuina bonitas optime nobiscũ se gerit, optimũ nobis elargiẽdo, nõ quomodo vulgo dici solet (*Parte Nicolas, y para si lo mas, mas parte a ley de buena compaña*) quia seruato optimẽ societatis iure, totius negotij vtilitatem nobis elargitur sibi dũtaxat gloria & honore retento. Vnde B. Ioãnes se vidisse testatur super thronos viginti quatuor seniores sedentes, circũamictos vestimentis albis, & in capitibus eorũ coronas aureas. Et paulo inferius: Et procidebant viginti quatuor seniores ante sedẽ in throno, & adorabant viuẽtem in sæcula sæculorum. Et mittebant coronas suas ante thronũ dicẽtes: Dignus es dñe De⁹ noster accipere gloriam, & honorẽ. Mittere coronas ante pedes Dei nihil aliud est, quam profiteri, si coronas beatitudinis habẽt omnia esse diuino auxilio tribuenda, & illi propterea gratiarum actiones gloriam, & honorem referre. Hac de causa D. Paulus his verbis nos docet, vt gratos nos exhibeamus, immortalesq; Deo nostro gratias agamus pro hac tã insigni victoria, quam nobis vnigeniti filij sui meritis interuenientibus dedit. Sed dicetis: Quibus nã de rebus hæc victoria cõparatur? Quæ bella gerimus? Imo à vobis ego quærerem: De quibusnam rebus nobis non possumus victoriam reportare? Aut quid est in orbe, quod cõtra nos assidue bellum non gerat? Nihil fere est. Et integerrima victoria hora mortis comparatur. Ideoq; maximo animi affectu eam Beatus

7 Job præoptabat dicēs. Cunctis diebus, quibus nunc milito expecto donec veniat immutatio mea. Cupiebat mutare vitā belli in vitam pacis: Atq; vti iure optimo hanc miserā vitā, belli vitam appellari sciatis notate quot lites, & contradictiones miser homo in se continet. Et incipiendo ab anima, quæ cū vna sit potentialq; suas tam vnitas cōiunctasq; habeat, vt omnes eiusdem sint essentia, nihilominus tamen inter ipsas exitiale bellum cōtradictionesque variaz versantur. Ita, vt in peccati materia intellectus voluntatem decipiat, in virtutis verò negotio voluntas intellectum superet, & captiuet. Certum est peccatum non admitti, nisi præuio voluntatis consensu, quem quidem cōsentium voluntas non præbet, nisi sub specie boni, quia nemo operatur ad malum aspiciens, ait S. Dionysius. Finis enim, & scopus nostræ voluntatis bonū tantum est, quod illa sua sponte diligit, & amplectitur. Quod si aliquando in hoc negotio delirat, ex eo est quoniam intellectus ex cutiens ipsam errore suo in errorē inducit. Putat enim etiā si malum operetur ibi tamē aliquid boni latere vnde prius quam opus ipsum aggrediatur excæcata est. Ideo Regius David de peccatoribus agens dicit: Ad nihilū deuenient, tanquā aqua decurrēs. Et de quadam anima peccatrice in Prouerbijs dicitur: Pedes eius descendunt in mortē, & ad inferos gressus eius penetrāt. His de vobis locis satis aperte demonstratur quemadmodū peccatū nō subito fiat, sed quod suos gradus, & cursum habeat, cū descensus appelletur. Primus quidē passus dēmonis suggestio est, cum delectabilium rerū obiectione. Secundus delectatio à parte appetitus sensitui. Terti⁹ est animę cōdelectatio, quia cū appetitu sensitiuo valde coniuncta & cōglutinata est. Et hæc cōdelectatio est volūtatis passio, nō autē actus eius. Atq; ita falso Gabriel Scoto imputat dixisse, hos animę actus esse, quod nusquā ille somniauit, sed passiones esse dixit. Ab illo aut tertio gressu quartus oritur: Qui est quādo volūtas dicit: Ego volo, tūc enim, & nō ante peccatū cōsummatur. Curate idcirco fratres met⁹ quosdā, & formidines animā perturbātes à vobis expellere. Ah pater (dicit quis) mille phātasq; mētē meę obiciūtur, & representātur. Nihil refert. nā si eis minime affētiris in eo nō peccas, imo resistēs mereris. Peccatū enim nō in phātasq; delectatiōe, aut sensualitatis, siue volūtatis cōdelectatione cōsistit, si quidē eius passio nō autē actus est, verū quidē est,

Job. 14.

Dionys. l. de
Div. nomi.
cap. 4.

Psal. 57.

Prouer. 5.

Gabr. in. 3.
d. 5.

hanc voluntatis delectationem instar pulueris esse obsecratem, intellectu. Nam ipse intellectus, voluntatem delectatione implicatam aspiciens obsecratur, ac illud bonum iudicat, voluntati que ut bonum offert, ipsa autem bonum exillimans ait: Volo illud. Ecce quomodo in rebus vitiosis intellectus voluntatē evertit. In rebus etiā virtutis voluntatem cum intellectu pugnare, eūq; subiugare inuenietis. Et tenim voluntatem altius tendere amādo, quam ratio ipsa intelligendo constat. Namq; intellectus nō nisi corporea sensus ingredientia consequitur. Et quāuis eius officiū sit veritates indagare, & cōcludere vulgo, *Aueriguar* atque diffinire, (sicuti gustus officiū est sapores distinguere) illas tantū veritates concludere quas dignoscere, potest. Vnde, sicut veritates diuinas, & fidei catholica intelligere non potest, ita neq; eas determinare, seu cōcludere. Voluntas verò cum earū amorem ita assequatur, iubet & quōdammodo cogit intellectu, vt eas accipiat, atque credat. Quia sine fide impossibile est placere Deo, inquit D. Paulus. Hoc quadam similitudine facillime agnoscetis. Indiget quis, verbi gratia, potionem amaram, quam si non sumpserit, vt purget corpus proculdubio corrumpetur, & morietur. Et quāuis propter amaritudinem gustus potionem abhorreat, ratio tamen illum adigit, vt eam vel saltem pillulas accipiat, easq; integras glutiat, si enim masticauerit eas, amaricabūt valde & difficile vorari, seu glutiri poterunt. Eodem modo se habet intellectus cū supernaturalibus veritatibus. Nequit enim fidei articulos, quasi Absintium vorare. Voluntas vero cum has veritates reuelatas admet iubet ipsum eas credendo sumere, & tanquam pillulas integras glutire, nē illas dentibus terat, nam ita acerbiores existent. Hoc Spiritus sanctus consulit dicens: *Altiorate ne scrutatus fueris, sed quæ præcepit tibi Deus illa cogita semper.* Et in pluribus operibus eius ne fueris curiosus, nō enim est tibi necessarium ea, quæ abscondita sunt videre oculis tuis. Quid charius, quod hic tractauimus dici posset, quam his verbis ipsa summa veritas significat: Et hoc est, quod D. Paulus inquit *Captiuantes intellectum, &c.* Vbi dicit: *Arma militiæ nostræ non carnalia sunt, sed potentia Deo (quibus, scilicet, sumus.) In captiuitatem redigentes omnem intellectum in obsequiū Christi.* Ex his verbis colligitur voluntatem amore ornatam, & reliquis facultatibus, intellectu victū captiuumq; tenere. Cū victor victum

Hebr. 10.
Simila

Eccles. 3.

2. Cor. 10.

13 visum se se tradere facit, ex illius patria eum educit, & captum
 catenisque ligatum in terram alienam eum portat. Sic voluntas
 intellectum victum retinet, & sic ad cœlum euehit, eumq; ad fi
 dei mysteria ducit, & cum extraneis agere, & conuersari cogit,
 quoniam eius natura est veritates, quæ indagari possunt discu
 tere. Quod si intra animam, quæ tam vna, & singularis est, tot
 repugnantiæ, & contentiones sunt, quid quæso inter animam, &
 corpus fiet? De quibus Dominus Paulus inquit: Caro concupiscit
 aduersus spiritum, spiritus autem aduersus carnem: hæc enim si
 bi inuicem aduersantur. In Genesi legitur, magnum inter domū
 Abrahamæ, & domum Loth ortum fuisse dissidium. Vterq; enim
 eorum multa habebat pecora, terra autē exigua, angustaq; erat.
 Ideoq; omnia simul pasci non poterant: & propterea illis erat do
 14 nec Abrahamā à Loth diuisus fuit. Hoc ipsum inter corpus & ani
 mā agitur. Vnusquisq; gregem habet, suas, videlicet, passiones,
 & appetitus. Terra autem, in qua pascitū grex accepturus est, vo
 luntas est ipsa, quæ tam arcta existit, vt simul amborum greges pasci
 minimè possint. Si enim animæ desideria pascuntur, atq; explen
 tur, corporis desideria satiari non valēt, & è cōtra. Congustatū
 est enim stratū ita, vt alter decidat, & palliū breue vtrinq; operi
 re nō potest. Et D. Paulus ait: Si secundū carnē vixeritis morie
 mini, si autē spiritu facta carnis mortificaueritis viuetis. Ecce quā
 difficiliter tam dissimile pecus in volūtate pascatur. Et quoniā ho
 rum quodlibet sua desideria pasci & explere cōtendit, alterum
 aduersus alterum insurgit, & inuicem reluctantur, & hæc pugna
 quousq; per mortē diuidantur permanebit. Tunc enim spiritua
 15 les animæ conflictus, quos intra se habet, & quos gerit cū carne
 absoluentur, & implebitur quod Dñs per Isaiam promisit dicēs:
 Sedebit populus meus in pulchritudine pacis, in tabernaculis fi
 duciæ, & in requie opulenta. In hoc mūdo domicilia animarum
 sunt corpora, sed tamē non sunt tabernacula fiduciæ, quādo qui
 dem quotidie vitiantur, & paulatim corruunt. Hōdie nanq; no
 bis dētes excidūt, cras visus obtunditur, post ridie venustas vul
 tus marcescit. Ca terum illa cōsi tabernacula, de quibus Dñs dixit:
 In domo patris mei mansiones multæ sunt, summa cum cōfi
 dētia possidebūtur, quia nūquā deficient. Alia sunt prælia, & cō
 flictus externi cū rebus exterioribus, quanquā iusti non tantila
 bores famis, pauperiei, & ægritudinis æstimant, nec molestias,
 h h s. & ho-

Similit.

Gala. 5.

Genes. 13.

Isai. 28.

Roma. 8.

Isai. 32.

Ioan. 14.

Rom. 12.
D. Aug. su.
Psal. 46.
1. Cor. 9.

& hostium persecutiones, spe enim coronæ inde reportandæ subleuantur. Et ita D. Paulus ait: Spe gaudētes, in tribulatione patientes. Quapropter D. August. præpōderat illa D. Pauli verba, quæ D. Paulus Corinthijs scribēs dixit, videlicet: Quasi moriētes, & ecce viuimus, vt calligati, & nō mortificati, quasi tristes, semper autē gaudētes, tanquā nihil habētes, & omnia possidentes. Vbi aduertite, quomodo oēs aduersitates, & tribulationes ab Apostolo mala nō dicātur, sed quasi mala. Quasi tristes quasi moriētes sicut egētes. Omnia autē cōtraria, quæ animæ bonæ erāt, nō adiūgit eis, Quasi vel tāquā, nec sicut, siue vt, sed simpliciter & absolute dicit: Ecce viuimus, semper autē gaudētes, omnia possidētes, tanquā res firmissimæ, solidæ, atq; veræ. Profectō secūdū mundi iudiciū quæ diuinus Apostolus perpessus est nō deberet quasi mala illa dicere, quādoquidē tantā inopiā tāta persecutionē, tantā delationē, tot verbera, & carceres tot deniq; naufragia tolerauit. Cæterū quia in his omnibus nunquā illi Deus defuit, qui vera lætitia est, omnia mala ludibrio habebat. Quod vero iusti laborē summū iudicāt est, q̄ quanto sanctiores extiterūt, eo magis Deū timuerūt. A deo, vt cū Propheta Hieremias in vētre matris sanctificat⁹ esset, adeo hoc timore cōcutiebatur, vt Deo diceret. Solus sedebā, quoniā cōminatione replesti me. Quare factus est dolor meus perpetuus, & plaga mea desperabilis? O mirā exaggerationē. Attēdite quo huius sanctissimi viri timor pertingebat, & quāto dolore int⁹ eo afficiebatur. Præterea quia his verbis significat hæc vana nō esse, sed diuini spiritus impulsu nata, siquidē dicit: Replesti me. Iob etiā cū talis esset q̄ merito dicere potuit: Nec reprehēdit me cor meū in omni vita mea, (quoniā lethale peccatū in vita sua nō admisit) de se tamē fatetur: Sēper quasi tumētes super me fluctus timui Deū, & pōdus eius ferre nō potuit. Vix alijs verbis explicare aut plus exaggerare hūc timorē sanctus vir posset. Cōsiderate, quāto, timorē, quo homines in medio mari cōstituti nauicula vēcti afficiūtur, vndiq; vētis agitati, vndis cœlū tēpestatis impetu ascēdentibus, & quasi singulis momētis eos absorbere volentibus. (O sancta Maria (enōra) quā stupēdū id erit cernere, siquidē tātū audiri summū terrorē incutit. Talis igitur sancti Iob cruciatus erat propter timorē. Quod si, quare sic sancti trepident, & timeāt interrogetis, quæ ve huius metus causa assignari potest: ad hoc

Isai. 15.

Iob. 27.

Iob. 31.
Simile.

hoc

19 hoc alijs rationibus omiſſis reſpondeo: Præcipuam huius timo-
ris cauſam eſſe, quoniam ſancti non tantū ad miſſorū malorum
ſed etiā acceptorum bonorū rationem reddituros ſe eſſe intelli-
gunt. Vnde Ūñs dixit: Cui mandauerunt multum p̄ lūs exigēt
ab eo. Et ideò D. Paulus ait: Væ mihi eſt, ſi non Euāgelizauero.
Ad hoc enim munus gratiā acceperat. Rēctē etiā ſanctus Iob ſi-
gnificauit vnde hic timor ſibi ſub oriretur cum dixit: Poſuiſti in
neruo pedem meum, & obſeruati omnes ſemitas meas. Quan-
quā in alijs ſacræ ſcripturæ locis neruus pro ipſo neruo corporis
accipitur, hic tamen caudicem ex duobus lignis confectum ſig-
nificat, quem dicimus (*El cepo*) quæ ligna inuicem connectūtur,
& pedem in medio claudunt, & ſtringunt, vt vix homo moueri
ad hanc vel illam partem poſſit. Pedes animæ affectiones ſunt.

Luc. 22.
1. Cor. 9.

Iob. 13.

20 Caudex verò ex duobus lignis qui ipſos conſtringit, vltimi iu-
dici) metus eſt, & timor carendi beatifica Dei viſione in infer-
no. Vnde poſtquam Sanctus vir dixerat: Poſuiſti in neruo pedē
meum, ideſt, hi timores Domine meas affectiones tanquam cau-
dex deuietas habent, vt nunquam abſte diuidar, ſubiunxit ra-
tionem huius. Et obſeruati omnes ſemitas meas. Vbi, &, cauſa-
lis eſt, & ſignificat: Quia obſeruati, &c. O huius ſæculi filij, ſi
hæc profunde cōſideraretis, vtiquē; reſpiſceretis, Deūq; timere-
tis. Maxima cōfuſio veſtra eſt iuſtos cernere tāta cōſcientiæ pu-
ritate nitere, & tāto mœrore, & Dei timore affici, nos autē pec-
catis onuſtos tā à metu remotos tātaq; hilaritate vitā ducere. No-
li lætare Iſrael, noli exultare ſicut populi, quoniā fornicatus es à
dño Deo tuo, dicebat S. Oſeas. Ideſt, Nescio Iſrael quomodo læ-
titiæ capax ſis, cū Deo vera lætitia careas fidē habēs, quā habes.

Oſe. 9.

Si, vt Ethnicus crederes qui ſibi perſuaſum habēt, nihil reſiduū no-
bis eſſe, quā naſci, & mori, nō mirarer, vt ita lætus inter tot flagi-
tia, & ita abſq; timore viueres: cū vero credas, quod credis læte-
ris ſicut populi: O magnā cecitatē. O quā rēctē aſtatiū hic mul-
tis hæc verba quadrāt; q̄ ſicut Arabes ſine fidēi lumine viuētēs, ſic
& vos viuitis. Vnde cū fratres veſtros è vita diſcedere cernitis,
terremini, ſed hūc tremorē tāquā bruta animātia mox deponi-
tis. Gallinā videbis duodecim pullis comitatā, vno quoq; diui-
ſim per pratū gramē comedētē omnis dāni obliſo, altero culicē
ſequētē altero vermiculū, alio verò herbā roſtro petentē. Tranſ-
uolat miluus (*da vn carpaſo*) & vnū illorum in vnguibus rapit.

Simila.

Tunc

Tunc omnes ocyus ad rubum confugiunt, ibiq; terrore concus-
 si sunt nec prodire audent. Paruo tamen tēporis spatio trāfacto
 statim obhiscuntur, & sicut antea per pratum vagari incipiūt.
 Reuertitur interū miluus, & eos adoritur (*da otro çarpazo*) & aliū
 aufert. Tunc pulli denuo in rubū sese recipiunt. Quod si prioris
 obliti sunt, secundi huius nō minus. Iterumq; egressis redit mil-
 uus, & alterum tollit. Deniq; toties ad pratum regrediuntur q̄
 omnes ab ipso miluo consumuntur. Nunquam periculo sapuer-
 runt, & nihil mirum cum creatura irrationales sint, mirādum ta-
 men est, tot homines rationis & fidei compotes in pratis huius
 seculi mortem imparatos offendere. Videas eos in agmina velu-
 ti pullos culices, vermiculos, nugas, ac ludicra huius seculi inse-
 ctantes, tam obliuiosos, ac si Deus non esset eos intuens. O per-
 uersam, & diabolicam cæcitatem. O homines bestijs irrationa-
 biliores, quid sectamini? quid inquiritis? quid in mundo expeti-
 tis? Et quid Deum infinitæ maiestatis offenditis, nisi propter cu-
 licē, vermiculū, aut herbulam minutissimam? Vobis verō vestri
 ipsorum oblitis superuenit miluus, scilicet, mors. Et impetum fa-
 ciens (*da vn çarpazo*) ad uncis vnguibus harpagat, & tollit vnum
 ex sodalibus vestris. Obiit demū vnus illorum, qui vobiscum lu-
 debat, & deābulabat, & omnes stupefacti remanetis, & ad rubū
 spinosum pœnitētix cōfugitis, cōtristatiq; estis, & maridi, me-
 ditantes singuli, atq; dicētes: Nōne sicut illū mors abstulit, me
 potuit auferre? Quā Deo miserationē redderē, si in hac vite cō-
 ditione me mors inuasisset? Duos aut tres ad summū dies sic ma-
 netis, sed mox omnia hæc è mēte effluunt, & ita denuō per vitia
 dispergimini, quasi tale nāquā accidisset. Iterū mors reuertitur
 aliāq; direptionē facit (*da otro çarpazo*) & tollit alterū atq; alterū
 nec tamē idē emendatur qui remanent, quin imo inopinatō
 super eos irruit imparatosq; inueniens in infernum eos detru-
 dit. O luminum pater hanc gentis multitudinem caligine circū-
 fusam pro tua clementia illumina, vt in tanti mali cognitionem
 deueniant. Concipite charissimi, vos obsecro, sanctissimum per-
 petuumque timorem, non transeuntem cito, aut demissum in-
 stat bestiarum, quandoquidem periculum, in quo iacetis cer-
 nitis, & vtrum hodie, an crās ventura sit mors, ignoratis.
 A qua quidem neque potentia, neque opes, neque iuuen-
 tus vos eripere possunt. Hoc, vt seculi magnatibus in animum
 inducat

1 inducat egregius vates Hieremias præclaræ tituli metaphora di-
 cens: Ascendit mors per fenestras vestras, ingressa est domos ve-
 stras. Idest, ad vos ò seculi potentes videtur mors ingressum nõ
 habere. Nã re vera apparet quòd diuitijs vestris omnẽ aditũ in-
 gressumq; , quo ipsa intrare solet, interclusa tenetis. Nihil tamẽ
 id obstat, quoniam si morti non fuerit ingressus per inferiores ia-
 nuas superioribus tamen fenestris intrabit. Inopi & mendico ip-
 sa pauperies, nuditas, parcus cibus, & potus, humilis deniq; &
 abiectus lectus hæc omnia mortem illi minatur. Nanq; isthæc
 omnia fores sunt, quibus ingreditur. Opulentus autem cum istas
 ianuas occlusas habeat, quia lautè edit lautiusq; induitur, & pre-
 tiosum lectũ habet, &c. difficillimè sibi mortem posse esse exi-
 stimat. Huic itaq; inquit Hieremias: Quanquam ò diues ad te
 26 mors per ianuas ipsas non ingrediatur siquidem clausas illas ha-
 bes, nõ deerunt fenestræ per quas intret. Idest: Impossibile est,
 quin mors posticum aliquem, quo ad te ingrediatur inueniat.
 Meditare, in quid omnes ante te magnates redacti fuerint. Hoc
 enim deberet sufficere, vt ad poenitentiam agendum te incitaret.
 Hebræi catholici idololatriæ prædicantes, vt à tanto idololatriæ
 peccato eos deterrent, mortuorum ossa, atq; Caluarias in ido-
 lorum altaribus ponere consueuerant, existimantes medium
 efficacius hoc esse, vt timorem vehementem hoc modo concipi-
 erent, & idola detestarentur. De optimo Rege Iosia legitur 4. Reg. 23.
 quòd misit, & tulit ossa de sepulchris, & combussit ea super al-
 tare, in idololatriæ detestationem. Hæc omnia dixi fratres ti-
 moris causa, quo cum iusti viuunt semper ob oculos habentes mi-
 27 nutissimã & strictissimã rationẽ, quã Deo reddituri sunt. Ideo
 q; , si vitã vt perpetuum bellum habent, non tantum est, vt dixi
 propter corporales labores, & afflictiones, quas perpetiuntur,
 quã ob absiduas spirituũ suorum anxietates, cruciati metu ne for-
 te Dei celsitudinem offendant. Simule etiam inflammatissimo
 quodam desiderio cruciantur, iam se in cœlo cernere cupiẽtes,
 quietè & tràquille Deum amantes. Hoc autem cœli desiderium
 tam egregia res est, vt D. Paulus affirmet: Munus spiritus, quem Gal. 4.
 Caritas, R. N. nobis meruit in terra esse, videlicet, in pectorib⁹
 hominũ ardentissimum videndi Deum desiderium accendere,
 & cum eo conuersandi. Et itã inquit: Misit Deus spiritũ filij sui
 in corda vestra clamantem. Abba pater. Et puto cum Beato Au-
 gustino

Iere. 9.

4. Reg. 23.

Gal. 4.

gustino vocem patris additam esse à sancto Apostolo, nō ad p̄c̄a
 reginae vocis explicationē, sed ad maiorem affectum augēdum
 more Hebræorum, quoniam hæc geminatio verborū habet ma
 ximam emphasim secundum Hebræos. Et ita clamantē, Abba
 pater, significat: Spiritū sanctum desiderium intensissimum mit
 tere iustis videndi Deū, quo omnes clamare dicereq; facit: **O**
Pater Pater, quando te aspiciam? Idcirco tantum quisq; potest
 conijcere de iustis, quod habeant spiritum Christi quanto maio
 ri cœli desiderio exardescunt. Ob hæc iustorū vita proprius mi
 litia dicitur, quam peccatorum. Diesq; mortis est dies victoriæ
 huius tam assidui certaminis. Et sicut perfecta charitas, bona pro
 ximorū, vt propria censeat, cum proximum nostrum moriētem
 viderimus Christiano ordine, bonis operibus ornatum, quod
D. Paulus ait agamus: Deo autem gratias, qui dedit nobis victo- 29
 riā. Etenim nostra est & nobis ab eo data, siquidē eam fratri no
 stro tribuit. Peculiariter etiā eum laudare debemus, cū aliquos
 iuuenilis ætatis è vita discedere videmus virtutibus ornatissi
 mos, meritisq;. Ibi enim præcipue quædā occasio ad diuina, &
 profunda iudicia cōmendanda relucet. Experientia cōperimus
 aliquos fructus statim veris initio maturescere, aptosq; esse ad
 colligendū, & comedendū, vt cerasa acerba, & dulcia. Alij fru
 ctus sunt, vt quædā pyrorum species, quos quāuis totius veris so
 le calefiant, calores eos adurant, aquæ inundent, semper tamē, vt
 saxa dura manent, vt vix mandī possiat. Eodē modo nōnullæ
 animæ sunt, quæ vel minimo calore, aut impulsu diuino, primo
 vere ætatis suæ statim maturescūt, & præcoces sunt, vt Deus eas
 colligat exhorto mundi huius in mēsam & patinā suā. Quædā
 adeò duræ, & immaturæ sunt, vt postquā plurimi calores, vento
 rū flatus, aquarum deniq; inundationes, videlicet, plures cōcio
 nes, plura monita, & reprehensiones, plures inspirationes, & la
 bores eis superuenerint, vix mature sint. Sæper obstinate proter
 uaq; manent. Diuinam igitur maiestatem deprecemur, vt si du
 ri sumus, eius diuini spiritus charismatibus nos molliat, mites ve
 ro, & clementes magis, ac magis leniat suæ gratiæ suauitate; vt
 hoc modo omnes ad perfruēdam beatitudinē hinc euolemus.
 Amen.

Simile.

L A V S D E O.





INDEX AVTHORITATVM SACRAE SCRIPTVRAE,

quæ sparsim in hoc opere ab Authore explicantur, secundum ordinem veteris ac noui Testamenti.

Ex Genesi.



- D**IXIT Deus, fiat lux, &c. part. 1. pagina 198. nu. 17
Vidit Deus cuncta que fecerat, & erat valde bona. p. 1. p. 661. nu. 1
2 Faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostram. p. 1. pa. 266. nu. 16. & p. 2. p. 407. nu. 6
Formauit Dominus Deus Adam de limbo terre. p. 2. p. 93. nu. 4
Immisitque Dominus Deus soporem in Adam. p. 2. p. 362. nu. 4
Hoc nunc os ossibus meis. par. 1. p. 200. nu. 25. & p. 296. nu. 14
Creauit Deus hominē ad imaginem, &c. p. 2. p. 93. nu. 9
3 Super pectus tuum gradieris, & terrā comedes omnibus diebus vitæ tuæ. p. 1. p. 179. nu. 19
Nunc ergo ne forte mittat manum suam, &c. & uiuat in aeternum. part. 2. pa. 468. nu. 18
Et collocauit ante paradisum voluptatis Cherubim & flammēum gladium. p. 1. p. 504. nu. 16

- 4 Possedi hominem per Deum. par. 1. p. 336. nu. 1
6 Videntes filij Dei filias hominum. quod essent pulchrae, &c. ex omnibus quas elegerant. p. 1. p. 653. nu. 9
Gigantes autē erant super terram in diebus illis. p. 1. p. 249. nu. 24
12 Faciam te in gentem magnam p. 1. p. 337. nu. 2
13 Ambula coram me, & esto perfectus, p. 2. p. 47. nu. 12
18 Si inuenero Sodomis quinquaginta iustos in medio ciuitatis. p. 1. p. 110. n. 9
28 Apparuit ei Dominus in conualle Maibre, &c. Ne transcas seruum tuum. p. 1. p. 279. nu. 15
37 Inuenit eum vir errantem in agro. p. 1. p. 729. nu. 31

Ex Exodo.

- 7 Denouauit Virga Aaron Virgas corū. p. 1. p. 286. nu. 14
8 Abominationes Aegyptiorum immolabimus Deo nostro. p. 2. p. 131. nu. 3
13 Primogenitū hominis pretio redimes. p. 1. p. 676. nu. 23
23 Ecce ego mitto Angelum meum, qui praecedat te, &c. Et est nomen meū in sancto y pars. 11 3 illo.

Index Authoritatum.

- illo. p. 1. p. 740. nu. 24
Non adorabis deos Amorrhæorum, &c.
Et auferam infirmitatē de medio tui.
p. 1. p. 171. nu. 23
29 Tolle vitulum de armento, &c. Eo
quod pro peccato sit. p. 1. p. 627. nu. 5

Ex Levitico.

- 27 Omne quod domino consecratur, siue
homo fuerit, siue animal redimī nō po-
terit, &c. sanctum erit domino. p. 2.
p. 388. nu. 18

Ex Numeris.

- 20 Quia non credidistis mihi, &c. in ter-
ram quam dabo eis. part. 2. pag. 246.
nu. 14
21 Fac serpentem æneum & pone eū pro
signo p. 1. p. 97. nu. 25
23 Populus solus habitabit, &c. Et fient
nouissima moea horum similia. p. 2. pa.
37. nu. 3

Ex Deuteronomio.

- 4 Attende tibi ipsi, ne fiat verbum os-
culum in corde tuo. part. 1. pagin. 61.
nu. 18
31 Tollite librum istum, & ponite illū,
&c. ut sit ibi contra in testimonium.
p. 1. p. 275. nu. 15
33 Concresecat sicut pluuia doctrina mea,
descendat sicut ros eloquium meum. p.
2. p. 60. nu. 4

Ex libro Iudicum.

- 9 Terunt ligna, utINGERENT super se Re-
gem, &c. p. 1. p. 492. nu. 17.

Ex primo Regum.

- 13 Filius unius anni erat Saul cum regna-
re cœpisset, part. 1. pagina. 723. nu-
mero 12
20 Hirā Hiraites erat sacerdos David. p.
2. p. 31. nu. 25

Ex secundo Regum.

- 14 Omnes morimur, & quasi aqua dila-
bimur. p. 2. p. 474. n. 2

Ex tertio Regum.

- 19 Vidit enim spiritum grandem, &c.
Et operuit vultum suum pallio. p. 1. p.
264. nu. 10
Spiritus grandis & fortis subuertens mō-
tes & conterens petras, &c. par. 2. p.
288. nu. 11

Ex quarto Regum.

- 4 Accinge lumbos tuos, & tolle bacu-
lum meum in manu tua, &c. non re-
spondeas illi. parte. 2. pagina. 54. nu-
mero. 32
10 Est ne cor tuum rectum cū corde meo.
p. 2. p. 83. nu. 9

Ex secundo Paralip.

- 9 Beati serui tui hi, qui assistunt coram
te omni tēpore, &c. quia diligit Deus
israel, & vult seruare eum in aternū,
p. 1. p. 594. nu. 1

Ex Tobia.

- 5 Ego sum Azarias magni Ananiae fi-
lius de filijs israel. part. 2. pagin. 328
num. 29

Ex lib. Esther.

Index Authoritatum.

14 Tu scis domine necessitatem meam,
quod abominer signū superbia, & glo-
ria mea, &c. nisi in te domine Deus
meus. p. 2. p. 345. nu. 14

Ex Iob.

1 Circuivi terram & perambulavi eam,
p. 2. p. 86. nu. 17

9 Verebar omnia opera mea, sciēs quod
non parceres delinquenti. p. 1. p. 370.
nu. 5

In turbine conteret me, & multiplicabis
flagella mea etiam sine causa. par. 1. p.
401. nu. 30

11 Oculi impiorum deficient, & refugium
peribit ab eis. parte. 2. pagina. 381. nu-
mero. 29

13 Posuisti in nervo pedem meum. p. 2. p.
491. nu. 19

14 Homo natus de muliere, &c. &
nunquam in eodem statu permanet.
p. 1. p. 800. nu. 17. & sequent.

15 Cunctis diebus suis impius superbit, et
numerus annorum incertus est tyran-
nidis eius. p. 1. p. 59. nu. 1

16 Operui cinere carnem meam. par. 1. p.
335. nu. 28

Terra non operias sanguinem meum, nec
inveniat in te locum tacendi clamor
meus. p. 1. p. 311. nu. 25

17 Mundis manibus addet fortitudinem.
p. 1. p. 289. nu. 26

22 Si reversus fueris ad omnipotentem,
&c. & proflicite torrentes auro. p. 1.
p. 469. nu. 6

24 Sic in tenebris quasi in luce ambulat.
p. 1. pagin. 433. nu. 35

28 Sapientia ubi invenitur (&c. p. 1. pa.

441. nu. 17

Eccet timor domini ipsa est sapiētia, & c.
ibid. nu.

29 Res morabitur in mensa mea, par. 1.
p. 308. nu. 17

31 Si despexi pereuntem eo quod nō habe-
ret indumentum. p. 1. p. 254. nu. 8

Si vidi solem, cum fulgeret, & c. 29 nega-
tio contra Deum altissimum. par. 1. p.
259. nu. 24

Dixerunt viri tabernaculi mei, Quis dec-
de carnibus eius: ut satureremur? p. 1. p.
326. nu. 3

33 Ecce hac omnia operatur, ut revocet
animas eorum à corruptione, & illu-
minet in luce viventium. par. 2. p. 215
nu. 7

38 Quis dimisit lapidem angularem eius,
cum me laudarent astra matutina, &
iubilarent omnes filij Dei. p. 1. pa. 727
nu. 25

Nunquid gyrum Arcturi poteris dissi-
pare? p. 1. p. 576. nu. 12

39 Nunquid ad præceptum tuum eleuabi-
tur aquila, & c. inde contemplatur es-
cam. p. 2. p. 279. nu. 54

Ex Psalmis.

1 Beatus vir, qui non abiit in consilio im-
piorum, & in via peccatorum nō ste-
tit, & in cathedra pestilentie non se-
dit. p. 1. p. 697. nu. 12

Non resurgent impij in iudicio. p. 1, pag.
378. nu. 30

2 Servite Domino in timore. par. 1. pag.
295. num. 12

3 Multi dicunt anima mea, Nō est salus
ipsum in Deo eius, & c. & exaltas caput
meum.

Index Authoritatum.

- meum. p. 2. p. 6. nu. 8
- 4 *Sacrificate sacrificium iustitiæ, & sperate in Domino.* p. 1. p. 8. 10. nu. 1
- 7 *Exurge Domine in precepto, quod mandasti, &c. & propter hanc in altum regredere.* p. 1. p. 553. nu. 25
- Ecce parturit iniustitiam, &c.* p. 1. pagi. 290. nu. 2 & p. 458. nu. 6
- 8 *Domine Dominus noster.* p. 1. pa. 269. nu. 25
- 9 *Sedisti super thronum qui iudicas iustitiam* p. 1. p. 106. nu. 24
- Ut quid Domine recessisti longe? &c. dum superbit impius, incenditur pauper.* p. 1. p. 539. nu. 24
- Mitte Domine legislatorem super eos, ut sciant gentes, quoniam homines sunt.* p. 1. p. 19. nu. 3
- 10 *In circuitu impij ambulans secundum altitudinem tuam multiplicasti filios hominum.* p. 2. p. 350. nu. 6
- 13 *Dixit insipiens in corde suo, Non est Deus* p. 1. p. 263. nu. 7
- Veloces pedes eorum ad effundendum sanguinem* p. 1. p. 450. nu. 10
- Multiplicatæ sunt infirmitates eorum &c. per labia.* p. 2. p. 301. nu. 19
- 15 *Sanctis qui sunt in terra eius, &c.* p. 1. p. 212. nu. 2
- Funes ceciderunt mihi in preclaris, &c. Benedicam Dominum, qui tribuit mihi intellectum, &c.* par. 1. pagin. 784. nu. 4
- 16 *Ego autem in iustitia apparebo conspectui tuo satiabor cum apparuerit gloria tua.* p. 2. p. 167. nu. 4
- De absconditis tuis adimpletus est venter eorum, &c.* p. 2. p. 205. nu. 9
- Ego clamaui, quia exardisti me.* p. 1. pag. 281. nu. 15
- Sub umbra alarum tuarum protege me.* p. 2. p. 383. nu. 2
- Domine praeveni eum, &c. frangeam tuam ab inimicis manus tuae.* p. 1. p. 602. nu. 24. & p. 2. p. 32. nu. 30
- 17 *Laudans inuecabo Dñm.* p. 1. p. 3. nu. 8
- Intonuit de caelo Dominus, &c. & reuelata sunt fundamenta orbis terrarum ab increpatione tua Domine.* part. 1. pag. 155. nu. 2
- Cum sancto sanctus eris, &c. cum peruerso peruerteris.* p. 2. p. 310. nu. 19
- Sub umbra alarum tuarum protege me* p. 1. p. 513. nu. 19
- Protector est omnium sperantium in se.* p. 1. p. 606. nu. 2
- 18 *Si mei non fuerint dominati, &c. & emundabor à delicto maximo.* p. 1. pa. 260. nu. 25
- Lex Domini immaculata conuertens animas, &c. præceptum Domini luciam illuminans oculos.* p. 1. p. 808. nu. 3
- 21 *Manducauerunt & adorauerunt omnes pingues terra, &c. et anima mea illi uiuet.* p. 1. p. 213. nu. 6
- Ne longè facias auxilium tuum à me.* par. 1. p. 327. nu. 4
- 22 *Parasti in conspectu meo mensam.* p. 1. p. 327. nu. 5
- 23 *Sacrificium laudis honorificabis me, et illic iter quo ostendam illi salutare Dei.* p. 1. p. 783. nu. 1
- 26 *Credo videre bona Domini in terra uiuentium.* p. 1. p. 841. nu. 4
- Circuini & immolauit, &c. psalmum dicam.* p. 1. p. 356. nu. 30

Index Authoritatum.

- 28 *Ne simul eras me cum peccatoribus,*
Et cum operantibus iniquitatem ne per
das me. p. 414. nu. 2
- 29 *Et in templo eius omnes dicent gloriam*
p. 1. p. 598. nu. 12
- 30 *Qua magna multitudo dulcedinis tuae*
Domine. c. p. 2. p. 395. nu. 4
In manus tuas Domine commendo spiritum
meum, redemisti me Domine Deus
veritatis. p. 1. p. 768. nu. 38
- 31 *Exultate iusti in Domino, rectos decet*
collaudatio. p. 1. p. 524. nu. 15
- 32 *Gustate et videte, quoniam suavis est*
Dominus. p. 2. p. 48. nu. 13
- Immittet Angelus Domini in circuitu ti-*
mentium tuum. p. 1. p. 754. nu. 29. c.
p. 2. p. 385. nu. 7
- Diuites eguerunt et esurierunt. p. 1. pagi.*
684. nu. 6
- Accedite ad eum et illuminamini, et fa-*
cies vestrae non confundentur. p. 2. p. 125.
n. 17. c. p. 166. n. 2, c. p. 48. n. 18
